
VIX EA NOSTRA VOCO


VT VIDEANT
QVO QVE POSTERI
VINEA.
HOVENA.
TRANSPLANTATA A GVEL
TRADITA A GVEL
DD. DOMINICO S. R. I. PRAELATO AC DEPVTA
TO PERPETVO. ABBATI XXXIX. AMPLISSIMO.
PATRI SENIORI REVERENDISSIMO. SACER.
DOTI IVBILAEO SVI POSVERE FILII. ANNO
SAL. REP. CIↃIↃCCLXXXI AETATIS LXXVIII. REGI.
MINIS XXXVI.
Ios. Ant. Mesmer del.

PRODROMUS MONUMENTORUM GUELFICORUM SEU CATALOGUS ABBATUM IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTENSIS

PRODROMVS
MONVMENTORVM
GVELFICORVM
SEV
CATALOGVS ABBATVM
IMPERIALIS MONASTERII
WEINGARTENSIS
A
POTENTISSIMIS ILLIVS NOBILISSIMAE GENTIS
PRINCIPIBVS
FVNDATI, INSIGNITERQVE DOTATI ETC.
EX
MONVNEMTIS DOMESTICIS, ALIISQVE COAEVIS SCRIPTORIBVS
COLLECTVS
A
R. P. GERARDO HESS,
O. S. B. MONACHO, EJVSDEM COENOBII SACERDOTE CAPITVLARI,
AC P. T. PRIORE.







AVGVSTAE VINDELICORVM,
LITTERIS JVLII GVILIELMI HAMM, JVNIORIS.
MDCCLXXXI.

REVERENDISSIMO

PERILLVSTRI AC AMPLISSIMO

S. R. I. PRAELATO

DOMINO DOMINO

DOMINICO II.

IMPERIALIS MONASTERII WEINGARTENSIS

ET HOFENSIS

ABBATI VIGILANTISSIMO,

LIBERORVM ET IMPERIALIVM DOMINIORVM,

IN BLVMENEGG ET LIEBENAV, HAGNAV ET BROCHENZELL ETC.

DYNASTAE:

INSIGNIS COLLEGIATAE ECCLESIAE IN BETTENBRVNN

COMMISSARIO PONTIFICIO:

S. R. I. DEPVTATO PERPETVO.

SACERDOTI JVBILAEO, AC SENIORI

VENERANDISSIMO ETC.

REVERENDISSIME PATER!

Quod a multis jamiam retro annis a DEO T. O. M. *junctis vocibus votisque ardentissimis precati sumus, id nobis feliciter tandem euenisse bodie, ingenti nostro gaudio & prae laetitia gestientes conspicimus. Quum enim casus bumanos, incertosque aetatis prouectae euentus atque naturae bumanae caducas spes cogitaremus, timore affici nun semel coepimus, ne senectus, quam ipsam morbum dicere veteres sunt ausi, tot tantisque laboribus fracta ante diem concideret, atque exspectationem nostram frustraretur.*

At quum illuxisse felicissimum desideratissimumque illum solem oculis arbitramur, quo Ivbilaevs Sacerdos *aram proxime es accessurus, non possunt non corda & voces Filiorum in Jubila extolli,* Patri*que* svo Reverendissimo *ex animo tantam felicitatem gratulari. Enim vero! eam* TE *adtigisse metam cernimus, quam si non omnes plerique saltem sibi exoptant, paucissimi assequuntur: Weingartensium Abbatum, tanto saeculorum tractu licet baut pauci numero fuerint, certe nullus est consequutus. Hoc beneficii genus* TIBI *ab optimo Numine reseruatum est, vt singularem* TVAM *in Illud pietatem, atque merita haut certe vulgaria singulari quoque dono vel in praesenti etiamnum vita remuneraretur. Ata:! jam frontem in rugas contrabere, quod alias vix potes, mibi videris; propterea quod sermonem panegyricum in* TVI *Laudes me declamaturum arbritrere, qui tamen perbene noscerem, quam sis a gloriae studio alienissimus, famam mereri non aucupari doctus.* Reverendissime Praesvl: *sileam vtcumque; merita tua naufragium tamen nullum facient: duplicata gloria referent posteri, quae ego inuitus licet oratione adtingere omitto. Praedica-*

bunt TE Abbatem ad praecepta S. P. Benedicti exactissimum: cujus Spiritum pleno hauseris pectore, quem nedum in TVOS mira suauitate transfuderis, sed in vniuersa Congregationis Sueuico - Josephinae, (cujus Praesidium maximam partem regiminis TVI gessisti) asceteria quoque, stupenda in casibus maxime arduis dexteritate propagaueris: adeo vt Eminentissimus quidam Praesul vice plus vna auditus sit publico in Coetu asserere: Abbatem Weingartensem speculum esse Praelatorum, atque Exemplar Abbatum.

Quid? musas putabimus Weingartenses mutas fore, quin MAECENATI SVO *carmen sint decantaturae chordis etiam sociandum, quo sedibus se suis restitutas testabuntur, atque tantum exultas, vt pudore suffundi minime sibi metuant etiam cum academicis comparatae?*

Aut tam erunt fortassis immemores accepti abs TE beneficii tot clerici: tot studentes: tot artifices atque opifices: tot denique pueri scholares, qui TE PATRONO *vel ad Paroecias aliaque munia ecclesiastica nominati sunt: vel quibus victum, vestitum coeteraque ad addiscendas artes aut frequentandas scholas necessaria abunde suppeditasti?*

De Pauperibus quid loquar? immo quid de TE loquentur ipsi? peruulgato TE sermone Patrem pauperum audire, quamuis audire nolis, norunt quotquot TE norunt, haec aliaque de TE narrabunt posteri. Nos ergo nihil? immo TE judice nihil!

Quum

Quum enim ante quadriennium quinquagesimus, ex quo monasticae religioni initiatus fueras, annus flueret, nosque signo aliquantulo pium in PATREM OPTIMVM *amorem testari constitueremus, volentibus id exteris etiam & praecipuae dignitatis viris, pro TVA quae summa est modestia, honores quosuis a TE refutasti, caussatus, pabulum nos inuidiae paraturos, quae si vnquam alias, hac certe nostra aetate spicula vibrare in Monachos, liuore venenum adspergente, ante soleat.*

Verum quidquid obganniant maleuoli, viuere saltim ex legibus naturae, quas toties & solas crepant, Monachis quoque licebit, vtrum vero quidquam propius eisdem conueniat, atque PATRI *honorem deferre, merito ambigere licet. Coeterum quidquid sumus electuri, dicteria hominum nunquam effugiemus, vel ingratos iidem erga* PARENTEM *senio prouectum deque Vinea quam optime meritum: vel vanos nos calumniabuntur. Atqui illud maxime nolumus, hoc merito contemnimus.*

Paterno itaque vultu vt suscipere velis REVERENDISSIME PRAESVL, *quae TVI ad conciliandam hodiernae diei festiuitatem aggrediuntur, enixe precamur: hoc inprimis opusculum apud TE gratiosum esse finito quod hisce circumstantiis adtemperatum nobis videbatur. Abbates complectitur Weingartenses, TIBI pridem notissimos: Praedecessores inquam TVOS, quorum praeclaras virtutes tam strenue es insequutus, vt nedum eos assequutus, sed recte factorum gloria etiam superasse plerosque sine adulatione merito dicaris.*

Taxit

Faxit propitium numen, vt CVJVS Imaginem aeri incisam libello praefiximus, atque EJVS memoriam hac arte immortalitati consecrauimus, longissimos posthac atque felicissimos annos ad postremam vsque senectam & senium viuat, ac non nisi serus ad coelum redeat. Haec votorum, haec precum nostrarum meta est, qui filiali prorsus affectu peremamus

REVERENDISSIME PATER

TVI

Deuotissimi Filii

Prior & Conuentus.

PRAE-



PRAEFATIO.

Paucis te morabor beneuole Lector! Inprimis excusare me tibi debeo, quod quum publicae quaedam Nouellae vice plus vna nuntiarent, proxime in lucem me producturum *Monachum Weingartensem seu Chronicon de Guelfis Principibus*, nunc fidem meam haut liberauerim, nec fecerim exspectationi de me habitae satis. Verum praeterquam quod ego illud meum propositum cum amicis quidem communicauerim, nequaquam autem vt ante tempus illud in orbem litterarium euulgent postulauerim: insuper aliud interuenit impedimentum grande, quo minus operi me accingerem, atque quae variis ex an-

gulis ac scriptoribus congesseram, justo ordine disponerem atque in lucem publicam propellerem. Accedebat, quod jam anno priore *Goettingae*, intellexeram esse *Hanouerae* Virum, qui de noua editione *Chronici Weingartensis* ex Codice *Viennensi* cogitaret: imo quod *Scheidius* dudum promiserat se facturum, jamjam ab illo effectum esse, opusque sub praelo sudare, ergo praeuentum me ratus, exspectandum duxi, donec quis partus proditurus esset, meis oculis arbitrarer, prodiit & typis quidem elegantissimis V. Tomus excusus orphanotrophei sumptibus, quemadmodum priores IV. sub rubrica *Originum Guelficarum*, sed de his alio loco.

Interim praesens volui annus inceperat, in quo, quum Referendissimus D. Abbas noster *Dominicus* quinquagesimum sacerdotii sui annum esset acturus, operi vltimam manum imponere statueram. At arctum nimis videbatur temporis spatium, quam vt aduersaria mea in ordinem redigerem, editionemque castigatissimam ex *Autographo* numeris suis absolutam pararem.

Scripto tamen aliquo celebrare tanti *Patris* memoriam, eamque aeternitati transscribere magnopere concupiueram, ergo subito mihi incidit consilium conficiendi catalogum Abbatum nostrorum, quod quidem praesenti instituto videbatur quam maxime congruere, & carere difficultate. Quoniam vero priores inprimis Abbates cum *Guelfis* erant oppido connexi, praemittere Dissertationem de Fundatione, Restauratione atque translationibus Weingartensis coenobii constitui. Omnem vero hunc complexum *Prodromi Monumentorum Guelficorum* titulo

tulo insigniui propterea; quod haut obscura occurrant indicia, imparatum me suo tempore & data prima occasione ad conscribenda & edenda *monumenta guelfica* haut accessurum.

Coeterum quanti referat habere Catalogos nedum Pontificum, Imperatorum, Episcoporum, Ducum etc. sed Abbatum quoque eruditi quique norunt, quum inde Historiae vniuersim, tum maxime rei diplomaticae insignis lux affundi soleat. Equidem pridem prostant Weingartensium Abbatum nomina in certas series distributa: at quoniam naeuis & erroribus, etiam cum Chronologia temporum pugnantibus, tum impressos tum toties a nostris depictos & descriptos Abbatum Catalogos, refertos reperi, operae pretium me facturum existimaui, si eos perpurgarem, atque sub incudem vocarem, quantum ea in re praestiterim? aliorum judicium, sed ex rationum momentis non praejudicatis opinionibus ferendum, exspecto.

Tametsi namque plerasque difficultates superasse me sperem, non tamen vsque adeo me meaque amo, vt spongia non indigere putem, rem mihi gratissimam praestiterit, quisquis vel addere vel demere, vel demum corrigere minus veritati consentanea, aut nondum satis perpurgata voluerit. De reliquo si aliquoties cespitasse me contigerit, veniam meriturum me ab aequis Lectoribus confido, quoniam properandum mihi & magnopere fuit. Immo nisi adjutrices mihi manus commodassent quidam confratrum meorum, quorum sedulam in perquirendis scriniis operam hic libenter commendo, succumbendum mihi oneri fuisset; quoniam tam erat mihi ad scribendum exi-

guum

guum temporis reliquum, vt nemo id facile crediturus ſit, niſi cui aliunde perſpectum eſt, quae ſint officii mei munia. Certe vix vnquam vna ſaltem hora fluxit, qua arreptum rurſus excutere calamum non debuerim.

Errorum quidem typographicorum ratio mihi alia reddenda non eſt, quam quod locorum diſtantia praepeditus eam curam aliis committere debuerim. Oro tamen Lectorem, vt pro ſua humanitate, quidquid neglectum hac in re fuit, excuſare ipſe velit.

Scribebam 30. Aug. Anno 1781.



DISSER-

DISSERTATIO PRAEVIA

DE

PRIMA FVNDATIONE, RESTAVRATIONE,

ET

TRANSLATIONIBVS MONASTERII WEINGARTENSIS.



DISSERTATIO PRAEVIA

DE

PRIMA FVNDATIONE, RESTAVRATIONE,

ET

TRANSLATIONIBVS

MONASTERII WEINGARTENSIS.

---

§. I.

De prima Fundatione.

1. Priusquam Abbatum nostrorum seriem texamus, originem inuestigare necesse est conditi Monasterii, cui sua Incunabula debent Weingartenses. Conueniunt porro scriptores celebratissimi Hundius in Metrop. Salisburg. Mabillonius in Annal. Bened. d'Acherius in Actis Sanctorum Ord. S. Bened. Bollandus ad Diem 9. Febr. Raderus, Brunnerus & passim scriptores Boici, S. *Altonem* nobilissimo Scotorum genere natum circa medium Seculi VIII. in *Bauariam* adpulisse, ibique pari fere intervallo *Augusta Vindelicorum* & *Monachio* distans Coenobium aedificasse, ab Ejus Nomine *Altomünster*, seu Monasterium Altonis nominatum.

2. Quo



2. Quo id Anno factum sit, etsi cura superest, spes tamen non est determinare, quod nulla indubiae fidei monumenta aetatem tulerint. Clarissimus Mabillonius Annal. Bened. Tom. II. p. 122. S. Altonis *Aduentum* ad Annum 743. locat, scribens: „*Hoc fere tempore* in Bojariam venit S. Alto, nobilissima Scoto„rum gente progenitus, seceffitque in quamdam *Frisingensis Pagi* siluam — — „vbi *Monasterium* ex ejus nomine postea nuncupatum *aedificauit*. — — Quamdiu „eo in loco vixerit Alto, quoue Anno decesserit, ignorauit ejus vitae scriptor „*Seculi decimi Anonymus*.„ In Actis Sanctorum Tom. III. P. II. pag. 218. not. b. obitum ejus ad Annum DCCLXX. reponit, diem autem emortualem V. Idus Februarii seu 9. Februarii adsignat. Qua die etiam ipse in Kalendariis Altomonasteriensibus nec non in Antiquissimo Ebersperpensi apud B. Oeffelium Rer. Boic. script. T. II. p. 15. adnotatus inuenitur, quaue in Ecclesia Frisingensi annua Ejus memoria colitur. Alii tamen malunt obitum Ejus ad Annum Christi 760. ponere monument. Boic. V. X. p. 327. Lyturgiam, qua per octiduum eum venerantur Altomonasterienses, sua manu descriptam ad R. P. Bucelinum nostrum transmisit R. P. Alto Grindler Brigitanus Anno 1640. In Vineis solemni Ritu Ejus festus Dies quotannis ititem 9. Februarii celebratur. Lectiones vero secundi Nocturni cum vita primigenia discordant, merito emendandae.

3. Syluae magnam partem a *Pippino Rege* accepisse traditur S. Alto, isque a plerisque *Fundator* Altomonasteriensis celebratur, verum Fundationem ab alio factam ratam duntaxat habuisse Pippinum vehementer suspicor, quum enim Pippinus in regem primum inunctus sit Anno 751. Sanctus vero Alto mox *post aliquot annos coeperit construere habitacula seruitio diuino apta, nec non Monasterium Religiosorum, & spiritualis vitae amatores assumserit, secumque habitare fecerit*, vt habet vitae scriptor n. 3. & *S. Bonifacius* Monasterium S. Altonis constructum consecrauerit circa annum 750. Vtpote Anno 755. Martyrio coronatus; prima fundamenta Monasterii, antequam Pippinus in Regem inauguraretur, jacta sunt. Porro certum est, deinceps Altomonasterium circumque vicinas terras *Ditionis Guelficae* fuisse; has vero jam tempore conditi hujus Monasterii ad eosdem Guelfos spectasse cur dubitemus? Conditorem itaque Monasterii S. Altonis aliquem hujus illustrissimae gentis fuisse persuasum omnino mihi habeo. Raderus certe scripsit: *Conditorem primum Eticonem ferri, Comitem Lycatiorum* castigatus eapropter a Brunnero apud Bolland. l. c. n. 2. eoquod annis centum Altone posterior hic fuerit *Ludouici pii vxoris Judithae Frater, Eticho Welfi filius*. Verum

nil

nil cogit, vt *hunc Etichonem* Iudithae fratrem Conditorem Monasterii statuamus, pluribus ex gente Guelfica *Eticonis* nomen commune fuit. Ipsum *Welfum I. Ludouici* Imperatoris *Socerum* Annalista Saxo Euardinus pag. 659. Bynomium facit; *nam & Eticho & Welfus dicebatur.* Confer Chronicon picturatum Bothonis apud Leibnit. Tom. III. Script. Brunswic. immo Chronicon Brunswicense apud Maderum in Antiq. Brunswic. eum nude *Ethiconem* nominat. *temporibus Karoli erat quidam Ethico Princeps magnus, cujus filiam Ludouicus Rex filius Karoli duxit in vxorem.* Equidem & hunc Conditorem Altomonasterii per aetatem statuere non licet.

At Instrumentum Anno Seculari IX. edidit R. P. Simon Rettenbacher Chronici Cremifanensis pag. 24. & seqq. quod etiam nuper rursus prodiit Serie Historico-Chronologica Abbat. Part. I. pag. 5. per R. P. Marianum Bachmayr monachum *cremifanensem*, in quo describitur donatio in festo Dedicationis facta anno 778. Inter testes, qui praesentes adfuere Donationi a *duce Tassilone* factae, *Vtich Comes* adnotatur, quis porro nesciat, initiales syllabas aliter passim pronunciatas a veteribus fuisse? temerariusne sim, si *Vtichonis* hujus nomen ipsissimum *Etichonis* esse putem? & hunc eundem, qui Conditor *fertur* Monasterii Altomonasteriensis; vel saltem *Filium* ejus qui condidit, atque adeo ex *Gente Welfica* Virum? forte etiam hic *Eticho* rectius *Pater Welfonis I.* constitueretur; quam *Warinus*, *Ruthardus*, aut *Isambertus* toties decantati, praesertim quum, vt omnes norunt, antiquissimi scriptores e Bauarorum stirpe progenitum *Welfonem I.* testentur, sic Theganus c. 26. Edit. Pithaei p. 117. *Sequenti vero anno accepit* (Ludouicus) *filiam Welfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bauarorum, & nomen Virginis Judith.* alii eundem quoque *Ducem Bajoariorum* nominant. vt Auctor vitae *S. Friderici* Vltrajectensis apud Surium, & Marianus Scotus ad annum 821. *Ludouicus Imperator Judith filiam Velphi Ducis Bojoariae Reginam sibi sociauit.* Non vtique quod proprii nominis Dux esset, vtpote a Carolo M. in ordinem redacto *Tassilone* haec Dignitas cessauerat: sed quod *Dux natus* esset progenitus ex familia cui *Jus auitum* Ducatus Bauarici competeret. Egregie haec mea conjectura pollicem premit sententiae Clarissimi D. Mederer, qui proximis hinc annis Dissertationem Limatissimi Judicii scripsit, qua Guelfos ad *Agilolfingos* refert: immo ex *Agilolfingorum* nomine *Guelfingorum*, atque ex hoc *Welfingorum*, ac tandem *Welforum* nomen enatum accute aduertit. *Beyträge zur Bayrischen Geschichte I. Stück.*

 Porro



Porro *Thassilo* ex *Agilolfingis* erat, enimvero ex *Lege Bojoariorum* eo ex genere Duces *semper & fuere, & esse debebant.* Ipsa Legis verba in medium adferamus: *Agilolfingi usque ad Ducem in quatruplum componuntur, quia summi Principes sunt inter nos. Dux vero, qui praeest Populo, ille semper de Genere Agilolfingorum fuit, &* ESSE DEBET, *quia sic Reges Antecessores nostri concesserunt eis.* Apud Herold. Germanic. Antiqq. pag. 93. Itaque illum quoque *Vticbonem* seu *Eticbonem* ejusdem generis fuisse pronum est conjicere; quia plerumque ii primo loco testium recenseri solebant, qui proxime Dotatorem sanguine contingebant, sed haec suo loco diffusius.

Qui Lectorum meorum vitam S. Altonis integram legere volunt, adeant Hundium, Bollandistas, & Acta Sanctorum d'Acherii seu Mabillonii. Heic Excepta tantum damus, sed quae necessaria erunt & stabilienda ea, quae infra dicturi sumus. Editis tamen his omnibus praeferendum jure existimo Reuerendissimum Dominum Abbatem nostrum *Wegelinum*, qui ante annos ducentos Ipse ex Autographo Altomonasteriensi haec, quae subjicimus, ad apicem exscripsit. Ejus porro Auctoritas in dubium vocari nequit, quoniam tum ea de re, quam ego stabiliam, ipse ne cogitauerat quidem. Ejus verba haec sunt: *Guelfo porro Monasterii S. Altonis Restaurator Vxorem habuit Irmentrudem, ac Matrem Itbam. Sic Monumenta, quae in eodem S. Altonis Monasterio conscripta ipse vidi, & excepi in haec verba:*

„Post obitum Beati Altonis praepotens quidam ex *Alemannia*, Parens videlicet eximii illius *Comitis*, qui vulgo Nomen quoddam est Sortitus, quod „Latine exprimitur *Catulus*, nescio qua traditione, quaue lege vendicantes sibi „Ejus Monasterium omniaque quae ad hoc pertinebant, qua de re accidit, „vt cum tanti loci Possessores Pompae Secularis & curae familiaris studiosi „fuissent magis, quam diuinae seruitutis locum eundem paterentur annullari, „nullaque vendicatione (forte *Veneratione*) congrua visitari. *Bolland. c. l. n. 6.*„

„Hoc igitur modo, hac negligentia S. Altonis Monasterium per multa habebatur curricula Annorum, donec praedictus *Comes Catulus* eidem Monasterio „praedia nonnulla *Donatione publica* traderet, *Monachisque etiam congregatis* Abbatem venerandum Nomine *Rudolphum* his omnibus regulariter praeficeret.„

„Sed



„Sed postquam idem *Rudolphus* S. Altonis Monasterium *annis plurimis* stre-
„nue gubernans ex hac assumtus est vita, successerunt eidem tantummodo Ab-
„bates DVO, *Eberbardus* videlicet, probitate varia insignitus, nec non *Hein-*
„*ricus* Abbas etiam Monasterii ALIVS *) *cui & adbuc sagaciter praeest praesen-*
„*te vita potitus.* Horum autem memoriam idcirco hic inserui, vt omnia,
„quae de S. Altonis reuelatione *super Monasterii renouatione* facta retuli, tam
„praesentium quam futurorum notitiae pateant, magisque credibilia fiant.
n. 7. 8. 9.

„Inter haec pariter etiam commemorandum est, quod venerabilis *Itba* sci-
„licet *Mater praenominati* pro Institutione tali Deuotione tanta apud ipsum in-
„tercedendo laborauit, vt pro diuini officii augmento suas delicias suamque fa-
„miliam minui gauderet, & in eodem S. Altonis Monasterio *Sepulturam suam*
„fieri decerneret. Dixisse quoque fertur, quia ideo forsitan *Genus omne Paren-*
„*tum Propinquorumque nostrorum instabile, minusque longaeuum hactenus fuit*, quod
„S. Altonis Monasterium sub tanta negligentia relinqueretur. Emendemus er-
„go in melius, quod ignoranter peccauimus, N. 10.

„Eadem vero *Itba defuncta*, ibique quo decreuerat sepulta, *defuncto quoque*
„*Viro, Filioque eorum Catulo* praedicto, veneranda Matrona *Irmentruda* dicta Pa-
„rentibus nobilissimis orta, *Ejusdem* scilicet *Catuli* per annos jam MVLTOS VIDVA,
„adhuc disponente Deo *in vita praesenti posita*, qua etiam optamus vt perfruatur,
„mundoque periclitanti per eandem Deus succurrendo miseriatur. Haec inquam
„Matrona cum *Viro filiisque suis defunctis*, ad *solius* Haereditatem atque Poten-
„tiam *omnis eorum possessio deuenerit*, tali Deuotione tantaque Humilitate Christo
„se subjecit, vt non solum ea, quae ab Antecessoribus suis ad S. Altonis
„Monasterium donata sunt, non minueret, sed etiam plurimum augeret.
„*Bolland. n.* 11.

5. Quam sint in rebus chronologicis ad errorem proni etiam praeclarissimi scriptores Exemplo nobis esse potest Mabillonius Vir nullis Encomiis satis celebrandus. Is in Annal. Benedict. l. c. adserit vitam S. Altonis scriptam esse ab Anonymo *decimi Seculi*, in Actis vero sanctorum omnino tuetur, eam *Seculo nono* fuisse exaratam, idque euinci ex n. 9. & 11. qui autem ipsissimi cum dedo-

*) *Hundius eodem, quo Abbas noster, Autographo vsus est, quum igitur & ille in margine* Alius *posuit, hujus lectionem suo roborauit dubio.*

dedocere errorem debuissent, insuper not. b. adjicit: *hinc Auctoris aetatem disce ex Numero vltimo, vbi vixisse se testatur* SVPERSTITE *adhuc* IRMENTRVDE WELFONIS *relicta ejus, qui Monasterium restaurauit*. Atqui *Irmentrudis* vidua *Welfonis* etiamnum superstes fuit post medium *Seculi XI.* vt mox videbimus. Magis mirum est, cur doctissimus Vir a Sententia Bollandi abierit, ex quo vitam S. Altonis Actis Benedictinis intulit, qui vero palam notauit, Auctorem Anonymum vitae hujus Sancti scripsisse ante *annos sexcentos*, editus vero est hic tomus II. anno 1658. rursus in Commentario praeuio §. 1. n. 2. legerat, Auctorem scripsisse *trecentis post S. Altonem annis*, ergo necessaria Consequutione inferre debuisset, Biographum S. Altonis vixisse saltem adulto jam Seculo XI. Sed condonemus homini gallo lapsum ad Historiam Guelficam minus adtento; an autem P. Bucelinus, dum Germaniae sacrae P. II. p. 93. *Heinricum Abbatem*, cujus in hac vita mentio fit, Altorffium inmigrasse anno 985. & in Annalibus Weingart. pag. 61. & 62. omnino anno 972. contendit, veniam mereatur? alii judicent!

6. Vt vero omnis Ambiguitas tollatur, & certo de Antiquitate scriptoris constet, Nomina colligamus ibi expressa, meminit ergo *Patris Catuli* seu *Welfi: Ithae* hujus *Matris*, *Filiorum defunctorum*, & *Vxoris* etiamnum *superstitis Irmentrudis*. Singula excutiamus necesse est, quoniam inde, quae inferius adstruam, suum sortiri robur debent. *Patris* Catuli seu Welfi nomen ignorauit Laudatus Scriptor; at illud feliciter nobis conseruauit synchronus & oculatus testis EKKEHARDVS junior S. Galli Monachus apud Goldastum Rerum Alemannicarum pag. mihi 45. vbi postquam narrasset *Conradum Regem S. Othmaro* pro more Censum annuum obtulisse, subdit: *Quod &* RVDOLPHVS *postea* WOLFHARDI *Comitis* PATER — — *in censu Calybum de metallo Faucium juliarum fecit. Sed idipsum Wolfhardus & Heinricus filii Ejus aliquot annis dum facerent, motus rubore Heinricus, quasi homo sit Censarius fratre inuito Censum supersedit. Accidit autem in Vigiliarum S. Othmari die fratres ambos Capreum venantes in Cacumen quoddam rupis artissimae ducti, lassi cum consedissent, repente petra, super quam Heinricus sedit, collapsa, adolescens ille magnae Indolis, pro dolor! in profundissimas valles rueret, & periret vix spiritum habere poterat Mater orbata (scripturi nunc sumus, quod* VIDIMVS) *necdum luctu finito cum Filio & Filia vnicis ad pedes sancti venit.* Vixit porro *Ekkehardus* hic Monachus S. Galli etiamnum *sub Notperto Abbate*, qui Anno MXL. electus est, ex Vadiani Chronologia Abbatum Sant-Gallensium apud eundem Goldastum pag. 152. Poterat ergo Ekkehardus sed etiamnum Juuenis vidisse dolentem Matrem

Itham

Itham cum *Filio Guelfone* & *Filia Richgarde*, Adalberoni Comiti in Sempta & Eberſperg poſtea nuptui tradita. Fundatrix trium Monaſteriorum *Eberſperg*, *Kuobach* & *Geiſenueld* haec fuit, Ex Anonymo Weingartenſi. Confer Codic. tradit. Eberſperg. N. XLVII. Tom. II. Script. Bauaric. Oefelii. *Henrici* caſus accidit circa Annum 990. quo *Welfus* quoque juuenis etiamnum erat. Chronologiae meae Welficae alibi rationem reddam.

7. Secundo loco Aetatem *Ithae* inueſtigabimus. Haec Neptis Ottonis M. ex Filia *Richlinte* fuit, teſte chronica de Guelfis. Jam vero Otto I. natus eſt Anno 912. vti ex Carmine Roſwitae, & Necrologio Fuldenſi recte eruit Euardus Opuſc. IV. de ſtemmate Imp. Saxonic. Orig. Guelf. T. IV. p. 389. ergo liberis procreandis operam haud dederit ante annum 927. & conſequenter nec *Neptis* Ejus Itha tedas nuptiales alere facile potuit ante annum circiter 970. vel ſaltem 960. produxit vero Viduitatis ſuae annos ad Annum 1020. Vt ex Cruſio recte ſtatuunt Originum Guelficarum Scriptores Tom. II. pag. 217. Obiter heic noto, *Itham* hanc non fuiſſe Vxorem Rudolfi Fratris S. Conradi, alias certe conqueri jure non potuiſſet: *genus omne Welfonum longaeuum non fuiſſe*; quum Maritus Ejus Nonagenario major Mortem obpetiiſſet defunctus c. a. 995. natus vero c. a. 900. vel prius etiam, vtpote haeres patrimonii Guelfici, quod *Primogeniti* adibant. Porro S. Conradus Senex obiit anno 976. vt alibi docebo. Adde, quod ex Piſtorii Genealogia *Rudolphus Frater S. Conradi* obiit jam Anno 940. quo *Itha* ex mox dictis nata nondum eſſe potuit.

8. *Filius* Rudolfi & Ithae *Catulus* ſeu *Welfus*, Ekkehardo *Wolfhardus*, bella geſſit cum *Conrado Salico* & *Brunone* Epiſcopo Auguſtano teſtibus Wippone apud Piſtorium pag. 434. Annaliſta Saxone ad Annum 1027. Hermanno Contracto ad Annum 1026. Defunctus anno 1030. ex Chronico Auguſtenſi apud Freherum. T. I. S. R. A.

9. *Liberi* Guelfonis erant *Guelfo*, *Dux Carinthiae* ab *Heinrico III.* Factus Anno 1047. teſte Hermanno Contracto ad h. a. obiit nedum ex Monumentis noſtris, ſed & Berchtoldo Conſtantienſi anno 1055. Ad eumdem quoque Annum Mortem Ejus referunt Necrologium Fuldenſe, & Annaliſta Saxo, aliique. *Filiam Chunizam*, id eſt, *Chunegundem* (quod Nomen ab Imperatrice *Chunegunde Matris Imizae Amita* haereditauit) Vxorem duxit *Azzo* ditiſſimus Marchio *Eſtenſis*, & ex Ea *Guelfum totius terrae noſtrae futurum Haeredem & Dominum progenuit.* Verba

 ſunt



ſunt Anonymi de Guelfis. Ejus Epithaphium ex Monaſterio Vangadicienſi, vbi ſepulcrum meruit, nobis Seruauit Muratorius Tom. IV. Antiqq. Italic. Diſſert. 51. pag. 607. *Marmore*, inquit, *inſcripta erat Memoria Cunegundis ibi ſepultae, quam, neſcio, quibus tabulis fretus Chartae Scriptor ajebat, Anno MLVII. finem viuendi feciſſe.* Muratorius omnino cenſet eam primum circa Annum MLX. Supremum obiiſſe Diem.

10. *His Liberis*, & *Viro* defunctis *ſola* ſuperſtes fuit *Imiza*, *Irmengardis*, ſeu *Irmentrudis* de Glizberg, id eſt Lucemburg Filia *Friderici Ducis*, ad quam omne Patrimonium Guelficum deuolutum eſt, & cui diuturniorem Vitam precatur ſcriptor. Itaque dubium jam nullum ſupereſſe poteſt, vitam S. Altonis non ab Anonymo *Seculi decimi*, minus *noni*; ſed poſt Seculi XI. medium, circiter Annum MLX. conſcriptam fuiſſe. Enimvero, vt demonſtratum eſt, Perſonae, quarum meminit, ſaeculo demum XI. vixere & obiere, ſcriptor autem duobus prope ſaeculis ſi prius vixiſſet, harum vtique res geſtas conſcribere nulla ratione quiuiſſet. Quum igitur etiam eo adhuc tempore *praeſenti vita potitus ſit Heinricus Abbas*, certo certius eſt & ipſum poſt medium ſaeculum XI. adhuc vixiſſe, qui tamen in cineres redigi haut dubie jam pridem debuiſſet, ſi, quod vult Bucelinus, jam anno 972. vel 985. Altorfio cum ſuis inmigraſſet. Sed de hoc infra.

§. II.

De Fundatione Cel'ae in Ammergau, & Ejus Vnione cum Altomonaſterienſi Coenobio.

1. Praeponitur Anonymo de Guelfis *Arbor genealogica*, in qua ſuis quisque cellulis affabre effictus Antiquarii manu viſitur, hujus gentis ſurculis, plerumque foeminae Vxores ſimul pictae adſiſtunt. Ad *Eticbonis Imaginem* haec adſcripta legere eſt: *ab hoc cepit Altorfenſis Abbatia in Ambergou.* Qua occaſione conditum illic Domicilium Monachorum ſit, narrat Anonymus Weingartenſis cap. 3. „*Eticho* — — genuit filium *Heinricum* Nomine. Hic itaque Henri„cus cum ad militares Annos perueniſſet, & ſuae voluntatis compos fieret, „ignorante Patre ad Imperatorem ſe contulit, cumque illi ſumma familiaritate „ſociaretur, & totius Imperii vires, terminos ejus circumeundo & pertran„ſiendo cognoſceret, ipſius Imperatoris Inſtinctu hominium ei & ſubjectionem „fecit, & in beneficio IIII. milia manſuum in ſuperioribus Partibus Bojoariae

„ab

„ab Eo fufcepit, quod cum Pater Ejus percepiffet, ratus Nobilitatem fuam, „& libertatem nimis effe declinatam, vltraquam credi poffit, confternatus „animo dolorem fuum omnibus caris fuis expofuit, & affumtis XII. ex illis „*infra Montana* ad Villam, quae dicitur *Ambirgow*, regalibus Beneficiis & Pof- „feffionibus ditiffimis relictis *feceffit*, & ibi non amodo vifurus filium fuum con- „fenuit. Cepit & ibidem collectis Monachis *Cellam* conftruere, in qua etiam „poftmodum cum XII. fuis humatus requiefcit.„

Fere eadem narrat Annalifta Saxo l. c. p. 660. *Pater ergo Ejus*, inquit, *ex mirabili Morum inaequalitate* „fupra rationem hoc grauiter ferens Actum a Fi- „lio, receffit de Bawaria, & *in terra montana, in parua Prouincia juxta Syluam,* „*quae Scerenzerewald* dicitur, cum Proceribus XII. qui fibi prae ceteris adhaere- „bant, reliquum *vitae tempus* peregit.

Pari ratione *Fragmentum vetus*, quod ex Ludwig. tom. VIII. L. II. Reliquiarum omnis Aeui Diplomatum thefauro fuo fueuico inferuit confultiffimus Io. Rainhaldus Wegelinn Tom. II. Differt. X. vbi pag. 134. haec leguntur: *quod tandem compertum eft Welponi* (nam & Ethico Welfus erat) *Patri fuo & indigne ferens receffit a Bawaria in Montana babens ibi Caftra & Ciuitates licet modica, circumdedit autem terram illam Silua proprie dicta Scberendewald, accipiens ex fuis XII. Milites, & Vafallos, qui pre aliis femper erant in Curia fua, conclufitque viam, per quam intrauerat manens ibi omnibus Diebus vite fue.* Ammergov inter *Pagos* Germaniae medii Aeui recenfet Chronicon Gottwicenfe P. II. pag. 542. *Pagi* vero nomine ea aetate intelligebantur certi Diftrictus, quos *Goas*, *Gau*, feu *Gay* etiamnum adpellamus, e. g. *Illergau*, *Donagau*, *Brisgov* etc. Sed Ipfum Abbatem Clariffimum audiamus: *Amergow*, *Amergov* eft *Pagus* „Ducatus Bajoariae ad Fluuium „*Ampriam* vel *Ammeram* prope Fontes Ejusdem ad confinia Tyrolenfia vsque „ad lacum nominatum *der ftafel See*, & Coenobium *Raitenbucb*, habuit ifte *Pa-* „*gus* proprios Comites de Amergow fiue Ambergov dictos, a quibus Welfo- „rum Profapia originem traxit, fitum eft in eo Villa & Monafterium Ambir- „gow, quod ab Ethicone fundatum, & ab Ejusdem Filio Heinrico in Alto- „münfter *ad Fluuium Ilmum translatum fuit*, haec Ille.

2. Diutius ambiguus haerebam, vbi locorum Sylua *Scerenzia* dicta poffet inueftigari, commodum mihi acciderat, Iter Oeniponto in Patriam per Ettalam me aliquando feciffe, occurrebat ergo animo locus *Mittenwald* fylua

 media,



media, conjiciebamque hanc Nomenclationem Oppidum a ſitu, quod *medium* eſſet in ſylua illa protenſa, accepiſſe: nam ad *Cyreolam* vsque extendebatur, vide Mapp. Geogr. Seuteri Comitat. Tyrol. Litt. G. d. vbi *Scherin - Thal* reperies inter *Seefeldam* & *Cyreolam*, ergo Chartam Geographicam medii Aeui, quam celebratiſſimus Abbas Gottswicenſis Operi ſuo adfixit, auidius perueſtigabam, ſi quid forte in rem meam occurreret. Succeſſit conatus; *Scarantia* enim oculis, tum mox animo etiam ſiſtitur, locus hodie munitiſſimus, & qui Portam Tyrolim e Bauaria ingreſſuris aperit, *Scharniz* ſeu *Scherniz* nunc vocatus. Hoc ipſo in Antro ab antiquiſſimis temporibus condita Abbatia viſebatur *Scarantia*, Anno XVI. Thaſſilonis, Chriſti vero 763. fundata. Non multo poſt tempore ſuaſu *Aribonis* Epiſcopi Friſingenſis niuoſa ſolitudine relicta Monaſterium ad lacum *Kochelſee* translatum eſt, vbi etiamnum conſiſtit, *Schlechdorf* nuncupatum. Adi R. P. Meichelbeckii Hiſtoriam Friſing. T. I. c. 3. §. 3. pag. 60. immo potius Monumenta Bojca Vol. IX. p. 7. & ſeqq. An autem locus a ſylua, an viciſſim ſylua a loco Nomen tulerit? ignoro. Summi Viri Leibnitius, Euardus, & Pfeffelius Auctor Monumentorum Bauaricorum hanc ſyluam *Scyrorum* dictam ſuſpicantur a Populo *Scyrorum*, qui Sueuorum Regibus *Hunnemundo* & *Alarico* Anno 458. foedere contra Gothos juncti erant. Principes eorum *Edica*, & *Wulfo* dicebantur. Nomina *Eticboni* & *Welfo* ſimillima. Lege Jornand. de rebus geticis Edit. Lindenbrog. p. 137. Verum quidquid horum ſit, putes, caue, Nomine *Syluae* non niſi Nemus aliquod ſignificari heic; Ipſa Regio, quod ſaltubus frequens eſſet, ſylua dicebatur, quemadmodum *ſylua Hercynia*, *ſylua Brigantina* etc. Confer. Monumenta Bojca Volum. VII. p. 363. vbi inſignis ejusdem ſyluae occurrit mentio, *quidquid prefatus Heinricus in deſcenſu* REGALIS SALTVS, QVI SCHARNICA DICITVR, *poteſtatiue poſſidet, in loco, qui litum appellatur, totum ille Wezzinbrunenſis Eccleſie Fratribus ſolemni donacione legauit* etc. Quorſum haec dicta ſint, ex iis quae inferius dicenda ſunt Lector intelliget.

3. Quo autem Anno *Ethico* ſeſe in regione iſthac horrida abdiderit, Nemo Hiſtoricorum adnotauit, quin ne Imperatoris quidem Nomen, a quo Feuda acceperit *Heinricus* Ejus Filius, vllibi expreſſum inuenitur. Si fides haberi *Trithemio* poſſet, rem ad *Arnulfum* Imperatorem referre haut ambigerem. In Monaſterii enim Hirſaugienſis Chronica pag. 25 ita ſcribit: *Arnoldus ſiue Arnulphus Imperator Romanorum poſt Carolum groſſum* . . . *Vxorem habuit* LVCARDAM *filiam* WELPHONIS DVCIS BAUARIAE etc. Certe & Annaliſta Saxo & veteris Fragmenti Auctor referunt, *Heinricum* hominium Imperatori feciſſe perſuaſum *a*

Sorore

Sorore sua Imperatrice, tametsi in Nomine *Judithae* oppido fallantur. Interim quum Annalista Saxo, Auctor grauis Imperatorem *Ludouicum* vocet, quamuis inepte *Pium*, malui ei accedere opinioni, quae sub *Ludouico* vulgo *Infanti* Historiam supradictam gestam fuisse putat. Itaque *Ethico* circa Annum 900. Solitudinem ingressus, & circiter Decennio post Mortem cum Vita commutauit, nisi, quod Auentino placet, ab Vngaris Anno 907. Irruptionem facientibus *Ethico* noster caesus fuerit.

4. Sed Anonymum de Guelfis l. c. vlterius audiamus. *Comperta Morte Patris Heinricus considerans locum vbi cella incepta fuerat incommodum & difficilem Claustralibus, ad Villam, quae dicitur Altenmunster, vbi Sanctus Alto confessor requiescit, supra dictos Monachos (Amergauienses) cum omnibus suis transuexit, & Abbatiam ibi satis religiosam & diuitem perfecit.* Vtraque ergo Monachorum Colonia in vnam coaluit Abbatiam, & Incolis & Redditibus plurimum a Principis liberalitate adauctis. Factum id fuit circa Annum 915 - 920.

5. *Postea*, pergit Anonymus noster, *& in Altdorfensi Villa Abbatiam cum Sanctimonialibus in loco vbi nunc parochialis Ecclesia est, construxit.* Heinricus nempe filius Etichonis, quod quidem factum reor circa Annum 920 - 925. structuram autem Ipse Morte praeuentus non absoluit, sed *Beata* Ejus Vxor de Hohunwarth cum Filio suo *Conrado* Episcopo constantiensi perfecit. Vti a Nostris adnotatum fuit. Ceterum etiamnum non obscura circa Domum parochialem cernuntur veteris Monasterii rudera.

6. R. P. Bucelinus, cui fere vbique volupe fuit, vtut antiqua, adhuc vno saltem Seculo antiquiora reddere, contendit, Heinricum Atque Beatam fuisse duntaxat *Restauratores*, non *Fundatores* Parthenonis Altdorffensis, ante ducentos enim Annos *Welfonis I.* Parentes *Isambertum* & *Irmentrudem* prima jecisse Monasterii fundamenta. Verum confutatus, antequam haec scriberet, a D. Georgio Wegelinn profundissimi Judicii Abbate fuit. Cujus Verba ex libro Abbatum Tom. I. pag. 14. huc transscribere placet: *Bruschius & quidam alii ejus farinae scriptores Altdorffensis Monasterii Fundatricem scribunt fuisse Irmentrudem primi Guelfonis Vxorem.* (aliis *Matrem*). „De hac Fundatione nihil in nostro Archiuo & „aliis nostris' scripturis inuenitur: sed *Matrem S. Conradi*, & ejus Maritum „*Heinricum* nos *primos* Altdorffensis Monasterii *Fundatores* agnoscimus. Sic no„strum Chronicon, sic in Vita S. Conradi, quam habes in eodem nostro Chro„nico de Guelfonibus, sic antiqua eaque varia Manuscripta Documenta.



7. Traditio eſt, *Heinricum* hunc *S. Conradi Patrem* in Altdorffenſi Aſceterio tumulum inueniſſe, de Matre ac Fratribus affirmat *Vita S: Conradi* Saeculo XII. eadem, qua Chronica de Guelfis manu exarata, ſequentia ibidem leguntur: *Vbi* NVNC *quoque* & IPSA *cum Filiis ſuis Rudolfo atque Welfone corpore ſepulta requieſcit.* Haec ergo Corpora *Seculo XI.* a *Welfone tertio* huc in *Montem S. Martini* translata non ſunt, vt recentiora quaedam Monumenta, & communis Perſuaſio habent, contra Fidem indubiorum & antiquiſſimorum MSS. noſtrorum: immo contradicente ipſo Chronographo de Guelfis, qui C. VII. diſtinctim enumerat, *quorum* Oſſa de Villa in S. Martini Montem translata ſunt, nempe *Patris ſui Guelfi, &* *Patrui Heinrici* (illius ſcilicet, qui in Valle atheſina apud Lounon ſaxo percuſſus interiit) & *Aui Roudolfi*, error ex Homonomia Nominum ortus eſt, dum *Heinricum* & *Rudolfum* S. Conradi *Patrem* & *Fratrem* cum his, de quibus mox laudatus Anonymus Weing., incauta Poſteritas confudit. Sed de his ſuo loco.

§. III.

De Altomonaſterienſis Coenobii Inſtauratione.

1. Nihil vſpiam reperire Licuit, quae fuerint Monaſterii S. Altonis Fata ab eo tempore, quo ab *Heinrico* Ambergouienſes quoque Monachi illis connexi ſunt; nec vllius ſaltem Abbatis memoria conſeruata eſt; propterea quod, quemadmodum conqueritur Vitae S. Altonis Scriptor, ea quae litteris referuntur tradita, poſtmodum furtiue ablata ſunt. Haec furti ſuſpicio in Monachos noſtros cadere poſſet, quaſi ii, quando ex Altomunſter emigrarunt, litteraria Monumenta ſecum Altdorffium tulerint. Demus, eos hoc feciſſe, num Furti damnari poſſunt ii, qui ſua ſecum auferunt? quamuis & iſta ſcriptorum alienatio nulla ratione niti videtur, quum in omnibus noſtris ſcriniis nil tale exiſtat, nec vmquam extiterit; niſi fors contendas, ea Documenta cum Monaſterio *Altdorffenſi*, quod poſtea flammis combuſtum eſt, ſimul in Cineres abiiſſe. Verum in propatulo eſt, quem Monumenta haec deſideratiſſima caſum ſubierint, Bauariam, ac Sueuiam ad vſque lacum lemanum Seculo X. frequentibus illis Hungarorum Incurſibus foede barbareque depopulatas fuiſſe, notius eſt, quam vt vlla Inductione opus ſit, id pluribus comprobare. Monaſteriis inprimis, vt quae eo aeuo ne quidem muro cingebantur, Peſtis illa ſaeuiſſime incubuit, quod ſexcentis poſſem Exemplis communire. Ager praecipue Auguſtanus frequentius vim hoſtium, Hiſtoricorum Relatione, perpeſſus eſt, & hinc conjici datur, factam fuiſſe; vt Coenobium S. Altonis ruinis ſuis ſepeliretur,

Mona-

Monachis vel occisis, vel quauersum dispersis, chartisque, quas Praedones forte repererant, laceratis, aut igne consumtis.

2. Atque haec Monasterii S. Altonis facies erat, quousque *Itha*, de qua supra dicere occepi de illius Instauratione consilium caperet. Aliquot ante Annos fatali casu praedilecti Filii sui *Heinrici* in luctum versa, nuper quoque *Mariti praematura Morte* in acerbissimum dolorem conjecta in Religione (quod solent homines aduersis casibus pressi) praesidium quaesiuit. Ergo ad filium *Catulum*, tunc rerum potitum, conuersa, *Precibus apud Ipsum intercedendo laborauit, vt pro Diuini Officii Augmento suam Familiam minui gauderet* — — *dixisse quoque fertur: quia ideo forsitan omne genus Parentum & Propinquorum nostrorum instabile minusque longaeuum hactenus fuit, quod S. Altonis Monasterium sub tanta negligentia relinqueretur. Emendemus ergo in melius, quod ignoranter peccauimus.* Vita S. Altonis l. c.

Nec poterat, nec volebat praecibus piae *Matris* deesse *Comes*, alias, vt *pro remedio Patris*, more majorum, *aliquid Deo conferret*, pronus atque sollicitus. Hinc *Praediis nonnullis donatione publica traditis Monachisque etiam congregatis Abbatem venerandum nomine Rudolfum his omnibus regulariter praelatum effecit*, ibidem. *Rudolfus* Pater Catuli, id est, *Welfi* obiit, quod alibi docebo, c. a. 995. Ergo instauratum est Monasterium S. Altonis circa Annum Christi *millesimum*. Id, quod etiam ex serie trium Abbatum, qui ab eo tempore sibi successerunt, infertur. Rudolfus *plurimis Annis* strenue gubernasse scribitur. Demus itaque Ei Annos Praelaturae *viginti & quinque*, quo ex hac vita assumto *duo tantum Abbates* successerunt *Eberhardus* ad annum vsque hujus seculi *quadragesimum*; circa quem electus esse debuit *Heinricus*, qui postea anno 1047. Monachos secum *Altdorffium* adduxit, vt infra videbitur. Aberrauit ergo a Vero R. P. Bucelinus dum Germaniae sacrae pag. 93. *Rudolfum* Abbatem anno 952. designatum fuisse scribit, magis vero Auctor Monumentorum Boicorum, qui *Rudolfo* huic omnino notam chronicam 850. adscribit. Vol. X. p. 327.

§. IV.

De Translatione Altdorffensium Sanctimonialium ad Altomunster, & Monachorum Altomunsterensium in Altdorff.

1. De hac Translatione ita loquitur Anonymus noster, Cap. VI. *Hic etiam* (Guelfo II.) *Abbatiam Altorfensem transferendo huc Monachos de Altomunster, & Sanctimoniales*



moniales illuc ponendo permutauit, in qua Abbatia (Altdorffensi) *& ipse postmodum defunctus requiescit.* Duae his verbis oriuntur Difficultates. 1. Qui potuerit *hic Welfus* transferre loco Monachos, quum tamen septendecim Annos prius quam loci mutatio contigit, defunctus fuerit? 2. Quomodo sepeliri potuit in *Abbatia* Altdorffensi, si prior ipse, atque Monachi huc aduentarunt, viuere desiit? Inprimis citra piaculum dicere possem, Monachum nostrum prope sesqui Saeculo ab hoc Facto remotum aliquid humanitus fuisse passum, atque Autonomia deceptum tribuisse *Patri*, quod tribuendum *Filio* fuisset. Profecto *restaurationem* cum *translatione* confudisse videtur, quum de *illa* altum sileat: atque *hanc* idcirco *Welfoni II.* tribuisse pridem tumulo inlato. Verum insistendo etiam textui ajo, *Welfum II.* sibi quidem *propositum* habuisse, & forte jamjam translationis inchoasse Negotium. At quum tempore opus esset, vt mutuis consiliis de Bonorum Permutatione tractaretur, citius, quam res tanti momenti ad finem deduceretur, diem obiisse extremum, poterant & aliae interuenire Curae, quae praestituto operi vlterius intendere prohibuerunt, & sane interuenerunt, anno enim MXX. opem tulit *Werenhario* Episcopo Argentinensi, & cum Eo *Burgundiam vicit*, vt verbis vtar Chronici Augustensis apud Freherum Rer. Alem. Scriptor. Tom. I. Edit. struuianae p. 494. subsequentibus annis cum *Conrado Salico* Imperatore collisus est, atque atrocia Bella gessit consorte *Ernesto* Sueuiae Duce, teste Anonymo nostro atque Wippone l. c. Sed & Augustam inuasit, aerarium diripuit, Brunonemque hujus sedis Episcopum diuturno Bello lacessiuit, (quae omnia ex Hermano Contracto ad Annum 1026. Annalista Saxone ad Annum 1027. & reliquis passim scriptoribus certissima sunt) donec tandem Anno 1028. (vt habet Chronicon Australe apud Eundem Freherum) *Ernust Dux & Welff Comes Conrado Imperatori ad Deditionem venerunt.*

Inter hos ergo bellicos tumultus reliquum non habuit, vt translationem Monachorum effectam daret. Sed & breui post mortuus est, cujus quidem obitus annum citatum chronicon Augustense ad Annum MXXX. refert. Anno saltem 1036. ab Hermanno Contracto ad h. a. *Irmengardis* Ejus Vxor jam VIDVA adpellatur.

Ad secundam Difficultatem tollendam facit, si dicatur: Anonymum amplius lectorem docere nihil voluisse, quam quod *Welfus* post mortem suam in Abbatia *Altorffensi*, *Irmentrudis* vero in *Altenmunster*, sepultus fuerit. Vtrum vero id consummato jamjam translationis Negotio, aut serius, factum fuerit, non dicit; aut

aut si diceret, manifeste falsum diceret, vt mox patebit, quid? quod & claustrum monialium *Abbatiam* vocat Anonymus noster, vide supra §. 11. n. 5. sepeliri ergo poterat Guelfo II. in *Abbatia Altorffensi*, antequam *Abbatia* virorum fieret Altdorffium.

2. Vtrumque ex Hermanno Contracto eruamus, ac liquido diffiniamus. Is quum Auctor Synchronus, & aliquot duntaxat leucas Altorffio dissitus esset, ignorare, quae in Vicinia gererentur, non poterat. Ex Eo vero scimus 1) *Welfonem II.* obiisse ante annum 1036. & 2) Sanctimoniales hoc ipso Anno etiamnum in *Altorf* consedisse. Ipsum audiamus: *Sanctimoniales & Domina Irmengarda Welf* COMITIS VIDUA *apud Altorf pro Clericis collectae sunt*, ad. ann. 1036. Edit. Canis. Antiq. Lect. Tom. I. Quae quidem verba tametsi obscuriora sint, id tamen satis clare innuunt, Imizam eo anno jam *Viduam* fuisse, ergo Welfus obierat. Item: Sanctimoniales Altorfenses colligi coepisse, reculasque suas convasasse, abiturae cum Domina Irmengarda, & cessurae locum Clericis, id est, Monachis Altmonasteriensibus, ergo ante obitum Welfonis nondum discesserant, sed nec postea mox abierunt, obueniente quocumque tandem obstaculo.

3. Quid multis? reciprocis tractatibus circa bonorum Permutationem ratis perfectisque ipsa tandem Inmigratio anno 1047. facta est. Hunc Annum, citra dubium ex tabulis Altomonasteriensibus, adnotauit Wiguleius Hundius Metropol. Salisbur. pag. 81. dicitque eam translationem factam circa Annum 1047. alias 1057. forte non satis memor Numeri, quem oculis ipse suis quondam legerat, hunc posteriorem numerum imprudenter timidus addidit. Omnem nobis scrupulum eximit Reuerendissimus Georgius Abbas, quantum Nomen Weingartensibus! cujus Verba ad Apicem huc exscribam: *Miror a Wiguleo positum fuisse* (subdubitanter quoque) *Annum* 1057. *cum in Monasterio Altomunster, vnde Wiguleus sua accepisse videtur, in* LOCO CAPITVLARI, *vbi de Translatione hac aliquid notatum est, solum appareat positus Annus MXLVII. quo circiter tempore verosimile est factam esse translationem.* Immo historica ex Fide non jam verosimile, sed expeditum judico hunc sane Annum certo figi translationis factae debere. Hunc enim tabulae Altomonasterienses, hunc etiam nostrae Domesticae aliquoties adscripsere, duae in publico loco, Hypocausto videlicet recreatorio suspensae Translationem ad hunc 1047. Annum referunt, quid? quod R. P. Jacobus Schekh Ord. S. Saluatoris Altomunster Prior & Confessor generalis in Catalogo Abbatissarum praedicti Monasterii *Hiltrudem* anno hoc ipso 1047. jam illic

 prae-

 

praefuisse scribat? non hoc suo digito suxit, sed domesticis Monumentis eruditus. Libellum nempe edidit anno 1730. quo Millesimum, vt vocant, Fundationis celebrabant Moniales, licet perperam. Exspectandus enim fuisset annus *quinquagesimus* hujus Seculi. Cl. D. Pfeffel in Catalogo Abbatissarum Altm. *Hiltrudi* primae post translationem Abbatissae tribuit Annum 1050. mon. Boic. l. c. p. 328. R. P. Bucelinus suae insistens chronologiae ad arbitrium adsumptae *Hiltrudem* secum Altmonasterium Moniales duxisse affirmat, anno vtique eodem, quo *Heinricum* Altorfium venisse contenderat, nempe 985. quo certe nondum vsuram lucis habuit.

4. Hoc ergo itidem Anno *Heinricus* vltimus Abbas in Altomunster, jam non *hujus* tantum, vt Impressa habent, sed etiam *alius* Monasterii, vt D. Georgius *) Wegelinn legit, *Abbas*, nempe primus in Altdorff, factus fuit. Ipse P. Bucelinus saepenumero probat, adferitque Heinricum. qui fuit *vltimus* in Altomunster, inmigrasse Altdorffio *primum* illic Abbatem factum. Deceptus in eo solum, quod plurimis Annis Ejus huc Aduentum praeuerterit, in quem quidem errorem etiam postea plures ex Nostris post se traxit. Vide Ejus Catalogum l. c.

§. V.

De Translatione ex Altorff in Montem S. Martini, seu Weingarten.

1. *Anno* 1053. *Altorfense Coenobium igne consumitur*, ita Hermannus Contractus Vrstisii & Pistorii ad h. a. Indoluit optimus Princeps exitiali suorum calamitati, & quum miro prorsus ac singulari eos adfectu prosequeretur, proprio eos quasi sinu excepit, fouitque tenerrime; ita, vt auitam tantorum Principum sedem, Castrum in Colle, qui Altorfio inminet, situm, eis largitus sit, Monachorumque habitacula illic adaptarit, in quae etiam anno 1055. inmigrarunt. Anonymum loquentem inducamus. Cap. VII. sic scribit: *Idem etiam Guelfo Monasterium in Monte antiquum* (suo enim tempore jam nouum erat constructum, inceptum anno 1124. ab Heinrico nigro Welfonis IV. Filio, Vti Fratre, Ducibus Bauariae) *in honore S. Martini fundauit, nomen Winigartin imposuit.*

2. Me

*) *Vita supra* §. 1. n. 4.

2. Me etiam non monente quilibet lectorum intelliget tantillo Annorum spatio non fuisse opus *pluribus Abbatibus*, atque eos, quos post Bruschium P. Bucelinus noster suo Catalogo inseruit, omnino esse commentitios. Eorum certe vel nulla, vel obscura in Monumentis nostris existit memoria. Ejus enim Catalogi, qui in templo veteri ante 60. annos diruto, quondam adscriptus legebatur, & quem potius Pictorem ex suo Cerebro confinxisse, quam rerum nostrarum Virum peritum dictasse crederes, nullam esse rationem habendam pro more suo erudite demonstrauit Reuerendissimus noster Georgius Abbas T. I. Libri Abbatialis pag. 37. & seqq. Equidem in Necrologio nostro antiquo inscriptus est *Luitoldus Abbas*, sed recentiori manu, fuit is non Weingartensis, sed Zwifuldensis Abbas qui Anno 1231. obiit, XII. Cal. Febr. *ob merita mortilogiis etiam Weingartensis & Martallensis Monasteriorum inscriptus*, ait P. Steph. Bochenuallius in Catal. MS. Zwifuld. hunc tamen ipsum Luitoldum aliunde adscitum & ducentis annis juniorem P. Bucelinus Altorffenses inter Abbates collocat, vt hiatum inter Annos 985. & 1055. quoquo modo expleret.

Itaque *Heinricus* Abbas *vltimus* in Altomunster, qui Monachos in *Altdorff* transtulit, Is ipse quoque cum suis *Montem S. Martini* conscendit, atque *primo loco* in Catalogo Abbatum nostrorum constituendus omnino est. Enimuero ex Vita S. Altonis, quam primum post Annum MLVII. & circa Seculi XI. sexagesimum scriptam esse demonstrauimus, constat hunc Heinricum etiamnum ALIVS *Monasterii fuisse Abbatem, cui sagaciter praefuit*, & *praesenti vita positum*, hoc est inter viuos adhuc egisse eodem tempore, quo ad *solius Irmingardis Potentiam omnis Guelfonum Haereditas deuoluta est*; quod autem factum demum fuisse *post Guelfonis III. Mortem*, quam testimonio synchronorum scriptorum anno MLV. obiit, ex se est manifestum.

3. Haec quae hactenus disputaui, vel Quercetano possent, reor, sufficere. Verum insuper commonstrare certissimo Argumento possum, Heinricum adeo anno 1064. superstitem, & Abbatem *Weingartensem* fuisse; quo confecto Nemo prudens deinceps dubitabit, eum in Monte S. Martini quoque vt in Altorff *primum* Abbatem exstitisse. Clarissimus *P. Mauritius Hohenbaum van der Meer*, meritissimus quondam Prior *Rhinaugiensis* & modo Congregationis Helueticae Secretarius, Vir Doctrina & Singulari Humanitate commendatissimus, cum quo frequens mihi rerum Guelficarum caussa commercium litterarium fuit,

 Anno



Anno Monaſterii ſui Millenario 1778. breuem Hiſtoriam Fundationis & rerum ſub Abbatibus geſtarum ſeriem publici Juris fecerat, pag. 58. narrat: ſub Gerungo Abbate fabricam Monaſterii Schaffhuſiani fuiſſe abſolutam, atque 3. die Nouembris a *Rumoldo* Epiſcopo conſtantienſi templum fuiſſe Honoribus S. Salvatoris atque omnium ſanctorum ſolenni ritu dedicatum, inter Abbates feſto ritui adſiſtentes recenſuit quoque *Heinricum Abbatem Weingartenſem.* Haerebam primum, tum & de Fide Scriptoris dubium habebam animum, nam & ego quondam cum Weingartenſibus Jouem lapidem juraſſem, *Beringerum*, & non *Heinricum* primum fuiſſe loco, quo nunc conſiſtimus, Abbatem. Ergo auſus ſum rogare Virum, vt aſſerti ſui indubiam mihi redderet rationem, non defuit officio, itaque Chartam hauſtam ex quodam Chronico MS. Schaffhuſano pag. Ipſi 45. ad me perſcripſit in hanc ſententiam: „Notitia Dedicationis Monaſterii omnium „Sanctorum Schaffhuſii, ex Archiuo ejusdem Monaſterii ad Annum 1064. „Tertio Nonas Nouembris Monaſterium nouum Scafhuſii in honore S. Saluatoris & omnium ſanctorum dedicauit Rumoldus Epiſcopus Conſtantienſis, „preſentibus Abbatibus Hermanno Einſidlenſi, Immone Fabarienſi, HEINRICO „WEINGARTENSI, Arnoldo Petershuſano, Gerungo Renaugienſi, & Wern„hero Sanblaſiano.„ Neſcio, an quidquam poſſet dici in rem meam gravius, atque ad conuincendum etiam obſtinatiſſimas mentes adferri luculentius teſtimonium.

4. Attamen durum aliquibus videbitur recedere ab Opinione tot Seculorum curſu, & Patrum traditione ſtabilita, praeſertim quod illa inſuper nitatur Fide Catalogi ante ſexcentos prope annos conſcripti. Deinde ad Calcem cujusdam libri Euangeliorum Seculo XI. nitidis characteribus exarati notitia adſuta eſt, ex qua clareſcit *tres* ſibi Abbates in *Altorf* ſucceſſiſſe, ante quam huc in Montem transferrentur, atque hoc ſcripto cohiberi ſe paſſus eſt Reverendiſſimus Georgius, quo minus Heinricum in Monte quoque primum Abbatem fuiſſe ſtatueret, poſtquam ex tabulis Altomonaſterienſibus, quas Ipſe praeſens coram viderat eſſet conuictus, translationem primum anno 1047. ex Altomunſter huc in Altorf eſſe factam, haec ſubjicit: „Occurrit porro ex praemiſſis „difficultas, nimirum ex Monumentis, quae ſupra de Monaſterio S. Altonis „allata ſunt, narrat enim ille Scriptor, qui, vt apparet *eodem tranſlationis tempo-* „*re vixit*, Heinricum vltimum in S. Altonis Monaſterio Abbatem adhuc *alibi* „ſagaciter praeeſſe, & *Vita praeſenti potiri.* Item Irmentrudem Guelfonis Vxo„rem mortuo marito, & mortuis pariter Filiis adhuc Viduam in praeſenti vita „conſti-

„constitutatam esse, ac Possessionem totius Haereditatis ad eam peruenisse, *ex „quibus sequitur* Heinricum, Abbatem ac Irmentrudem Viduam *vixisse eodem tem-„pore*, & quidem *post* Guelfonem tertium Irmentrudis Filium, quem, vt verba „sonant, *superuixerunt*. Hoc posito sequitur Heinricum abbatem primum fuisse „Abbatem *non solum* post primam translationem ex Altomunster, sed etiam „*post aliam ex Altorf in Montem translationem.* Nam haec in *Montem translatio* facta „est sub *Guelfone tertio* Duce Carinthiae, vt supra ex Chronico allatum est. „Heinricum vero non fuisse primum in Monte Abbatem, patet ex antiquo „Euangeliorum MS. libro vbi inueniuntur *tres Abbates* ordine sibi succedentes „*Altorffii* antequam isthinc in Montem emigrarent, mortem obiisse, L. Abb. „Tom. I. pag. 13. & 14.

5. Fateor, Auctoritas Catalogi nostri ancipitem diu me tenuit. Scriptum enim eum esse vel etiamnum sub Meingoso Abbate, adeoque exeunte Seculo XII. vel sub primis Annis Berchtoldi Abbatis, adeoque initio Seculi XIII. palam est ex Biographo hujus Abbatis, qui jam *alios*, qui de Rectoribus hujus Monasterii aliqua scripsissent, se reperisse dicit. Interim quum in omnibus Disciplinis ea fundamentalis Regula sit, vt ex certis dubia interpretemur, & qui propiores fuere scriptores factis, anteferendos esse his, qui remotiores fuere: potius adsurgendum duco Vitae Sancti Altonis Scriptori coaeuo, atque Archivii Schaffhusani tabulis, quam Monacho post annos centum quinquaginta narranti, quae quidem relatione aliorum fere semper dubia, audierat: Ipsemet autem propriis haut viderat oculis; nec hauserat Antecessorum suorum *scriptis* quae nulla vnquam adduxit. Videbimus in sequentibus etiam Abbatibus eum cespitasse, quibus tamen propior conuixit.

6. Minoris Ponderis est illud M. S. in Libro Euangeliorum comprehensum, vt prorsus admiratione vehementi agar, qua ratione tantum scrupulum iniicere Viro perspicacissimo potuerit, vt veritatem, quam vtroque jam brachio complexus fuerat, elabi rursus pateretur. Scriptum est enim vergente demum Seculo tertio decimo. Auctor, vt inspicienti patebit, parum in Historia domestica versatus erat, miscuitque quadrata rotundis ad Apicem sic loquitur.

Notum sit omnibus Fidelibus Christianis, quod quidam ex Principibus nostris *Heinricus* nomine, Pater scilicet *S. Chonradi* Episcopi cum Vxore sua *Beata* nomine, & Filiis suis ETHICONE *) & *Roudolfo* construxit Abbatiam in

 Altor-

*) *Vita S. Conradi Saeculo XII. scripta habet:* Roudolfo atque WELFONE.



Altorfensi Villa *cum Sanctimonialibus*. *Posteri* vero mutauerunt hoc, transtulerunt enim sanctimoniales in Coenobium, quod vocatur *Altenmunster*, & Monachos, qui ibi commorabantur, deduxerunt in supradictum locum praecipientes eis, vt regularem vitam ibi obseruarent, quod factum est tamdiu enim *ibi* commorabantur, quod tres Abbates *ibi* vnus post vnum in ordine ac tempore suo *defuncti* sunt. Ipsa etiam *Beata* cum Filio suo *Roudolfo* ibi sepulta, sed POSTEA HVC TRANSLATA EST *), postea vero ex eorum Progenie quidam Princeps & DVX *Welfo* **) nomine cum Vxore sua *Irmintrude*, quam duxerat *de Glizberch* transtulerunt ipsam Abbatiam HVC SVPER MONTEM, ***) vbi nunc consistimus: & hunc locum tam Ipse quam Posteri sui praediis, Mancipiis, ac Decimis abundanter ditauerunt. Insuper omnes Principes nostri & Duces & Aduocati locum istum ita perfecta libertate per se ipsos cum Apostolicis ac Imperatoribus confirmauerunt, quod nulli hominum licet hanc infringere libertatem, in bissextili anno, quando circuitus Episcopalis euenit, nullum jus Episcopus hic nec in inferiori Ecclesia habet, accessus enim Ejus in illo anno pertinet ad Ecclesiam Berge. — — — Decimatio vero, quae in ipsius Ecclesiae circuitu persolvitur, neque ad ipsam Ecclesiam, neque ad Episcopum pertinet; Principes enim & Duces & Aduocati nostri, qui ipsam Decimationem antiquitus hereditario jure possederunt, pro animabus suis S. Martino perpetualiter ad Annonam Fratrum tradiderunt. Siquis verbo vel facto callide consilium vel maliuole dederit contra locum istum, vel male tractauerit, nullum consorcium neque hic nec in futuro cum Fidelibus habebit, hactenus ille.

7. Ipsemet Georgius Abbas hanc huic scripto subjicit Crisin: „non concordat haec scriptura cum nostro chronico, vbi *non iste Guelfo*, cujus hic mentio fit, sed *Filius Ejus*, nimirum *Guelfo III. Dux Carinthiae* narratur Monasterium ex Altorf *super Montem* transtulisse, consentiunt cum Chronico literae Fundationis datae 1090. *Guelfo* vero, cujus in hac scriptura fit mentio cum Vxore sua Irmentrude, quae alias Imiza quoque & Irmengarda adpellata inuenitur, Monachos ex Altenmunster in Altdorff, & vicissim Altdorffenses sanctimoniales in Altmunster transtulit, ita habet nostrum Chronicon, quod vt *ante* Manuscri-

*) *Mox videbimus & hic falsum esse chartularium.*

**) *Welf* Maritus *Irmentrudis* Comes *non* Dux *fuit*, filius *eorum Carentanorum Dux factus est Anno* 1047. *ex Herm. Contr. ad h. a.*

***) Irmentrudis *jam pridem Altmonasterium abscesserat, ejus vero maritus decesserat jam ante Annos* 25.

nuſcriptum libri Euangeliorum collectum ac conſcriptum eſt, ita etiam ejusdem *Chronici Scriptor*, qui Monachus hic in iſto loco fuiſſe colligitur, tanquam prioribus illis Monaſterii Fundationibus *vicinior*, MAGIS OMNIA ASSECVTVS credendus eſt," ita Ille. Quae poſtrema verba ego quoque aliis, quae in hoc MS. narrantur, aptari velim. Intellexerat nempe ſaltem obſcura Fama Monachus iſte, quod *poſt reſtaurationem* Monaſterii Altomonaſterienſis *tres* IBI Abbates Ordine ſeſe inuicem inſequuti ſint, *ante quam* ad Altdorff transferrentur. Obſcura Geſtorum Notitia confuſus, *tres* hos Abbates *Altdorffii* ſibi ſucceſſiſſe de ſuo confinxit, nullo fundamento nixus. Vel quis credat, ſeptem aut octo annorum ſpatio *tres* Abbates loco praeſediſſe, atque illic *defunctos* eſſe? & quis ignoret tandem, Heinricum non illic defunctum fuiſſe, ſed cum ſuis in Montem commigraſſe? poſtquam in... argumento demonſtratum eſt, eumdem longo poſt tempore adhuc vixiſſe, & anno etiamnum 1064. dedicationi templi Schaffhuſani praeſentem adfuiſſe? Ceterum Georgium Abbatem vehementer in ſententiam, quam hactenus ſtabiliui, propendiſſe, patet ex Ipſius verbis n. 4. adlatis; vbi neceſſaria conſequutione inferri fatetur, *Heinricum conuixiſſe* etiamnum *Scriptori Vitae S. Altonis & Irmentrudis*, qui, vt certum eſt, *anno translationis in Montem S. Martini adbuc in Viuis erant.* Quod ſi inſuper teſtimonio Archiuii Schaffhuſani noſſet, Heinricum anno 1064. Dedicationi Monaſterii S. Saluatoris adfuiſſe, tum profecto tam parum, ac ego, ſe a ferendo judicio cohibere potuiſſet diutius. Timide orſus eſt idem Abbas noſter texere Catalogum Abbatum incipiendo *a Beringero*, quod ſatis prodit, pag. 44. his verbis: *a Beringero Abbate exordiri* VISVM EST, *quem primum liber membraneus ponit*: NON QVOD PRIMVS ABBAS *fuerit poſt translationem ex Altomunſter*; HEINRICVS *enim poſt illam translationem primus fuit; ſed ideo primum poſitum* CREDIMVS, *quod* FORTE *primus in Monte praeeſſe incoeperit.* Hac ſaltem cautela, qua vſum fuiſſe ſuum Abbatem non ignorauit P. Gabriel Bucelinus, vtinam vſus eſſet & Ipſe! riſum nunc non deberet Eruditis confictione ſuorum trium Abbatum, quos e Lacunis turbidiſſimis haurire maluit, quam coeuorum ſcriptorum, quos vtraque manu preſſerat, ductum ſequi.

§. VI.

De Inſtauratione Cellae Etichonis.

1. Poſtquam, vt ſupra vidimus, *Heinricus Pater S. Conradi* Monachos Ammergouienſes Altomonaſterienſibus conjunxerat, locus quo ſe *Ethico Pater Ejus*

conclu-



concluſerat, & quo cum ſuis ſepulcrum nactus fuerat, incultus jacuit & deſolatus. At quum Ducatus Bauariae ad Welfos anno 1071. poſtliminio rediret quem & quinque ejus gentis continua ſerie geſſerunt, factum eſt, vt *Guelfone IV* defuncto, duo Ejus Filii *Guelfo Mathildis* celeberrimae Maritus, & poſt Ejus Fata *Heinricus* cognomento *Niger* in eo Ducatu ſuccederent. *Qui Heinricus* (verba recito Annaliſtae Saxonis l. c. p. 661.) *a Longaeuis audiens ea, quae ſuperius dicta ſunt de Ethicone, veniens ad loca montana, in quibus a filio ſecedens habitaverat, vbiquoque ſepultus fuerat, cauſa experientiae juſſit ſepulcrum illius, & eorum, qui cum eo tumulati fuerant, aperiri, veraque eſſe comprobans,* ECCLESIAM *in* EODEM LOCO SVPER OSSA ILLORVM FABRICARI JVSSIT. Prope eadem adfert ſupra citatum Fragmentum vetus Tom. II. Theſ. Sueu. pag. 135. §. X. *Hic Heinricus Frater Welponis* (quinti) *de quo ſcriptum eſt, audiens ab Antiquis temporibus ab* ETHICONE *ſcilicet* WELPONE, *quomodo fugaſſet a Filio ſuo in Montana & ibidem manſiſſet tempore vite ſue, & ibi ſepultus eſſet, volens ſcire veritatem, miſit effodere tumulum Ejus ac Eorum, qui ſecum obierant, qui inuenit ita eſſe,* FECIT CONSTRVI ECCLESIAM SVPRA TVMVLVM, ET CRVRA AVI SVI. Haec geſta fuere anno 1121. vel ſeq. proxime enim adfuit *translationi* S. Conradi ad Ejus inſtantiam factae, quam *Eleuationi* ETICHONIS *poſtponunt* citati Hiſtorici, de qua alias.

2. Vt primum in ſtemmatographia Guelfica, Monacho Weingartenſi praefixa, quam aeri inciſam vna cum chronico ex Autographis volente Deo propediem in lucem publicam proferam, verba jam ſupra relata legi, nempe: *ab hoc* (Ethicone) *cepit Abbatia Altorffenſis in Ambergou*, inceſſit me ingens deſiderium inueſtigandi *Pagi* *) Ammergouienſis angulum, quo ſe receperat *Ethico* noſter. Continuo obuerſabatur oculis, animoque *Ettala*, celeberrimum ordinis noſtri hodieque florentiſſimum Monaſterium, quum bis Iter illuc facerem ante Annos tres ſupra triginta admodum Juuenis, vsque adeo tamen Immaginationi impreſſus eſt loci ſitus, vt, ſi artis pictoriae eſſem peritus, viuidis auderem coloribus eumdem effingere: & nequicquam contradicentibus *Ettalenſibus*, perſuaſiſſimum mihi habeo, hac prorſus area ſtetiſſe Cellam Ethiconis, qua hodie nobile Monaſterium conſiſtit, quibus inductus, & conuictus rationibus ego ſim, huc adferam, relinquens aliis etiam ſuo abundare ſenſu: vt autem praejudiciis jugulati non ſint, vehementer exopto.

3. Qu

*) *Oro lectorem antiquarum rerum minus peritum, ne notiones* Pagi *&* villae *confundere velit.*

3. Qui *Ettalam* vmquam vidit, is loco huic conuenire quosuis characteres, quibus *Cellam Ethiconis* descripsere supralaudati scriptores Antiquissimi, haut vnus inficias ibit. Sita haec erat *infra Montana* adeo difficili & arcto aditu, vt facile Ethichoni fuerit *concludere viam, per quam intrauerat*, erat *incommodus & difficilis claustralibus*, ob nemoris Scarantii densitatem, montium niuibus tectorum propinquitatem & asperitatem. Quis jam sit hodiernae Ettalae situs, testem occulatum proferam, qui scenam Ejus nobis talem pingit: *Ettala nobile sodalium D. Benedicti Coenobium inter editissimos Alpium Bojcarum Scopulos, qua scyrorum nemus densissimum protenditur, prope fontes Ambronis Fluuii loco aspero, anfractuoso, fere horrido situm est.* Pfeffelius Boic. Volum. VII. in Praefat. ad Monument. Ettal. Reliquus tractus ab fontibus Amperae remotior in justam se planiciem explicat.

4. Deinde fieri non poterat, quin, postquam *Heinricus Dux supra crura Aui sui Ecclesiam*, pro Dignitate vtriusque certe satis spectabilem, & ad memoriam conseruandam firmam etiam exaedificasset, Fama tantae rei in vniuersam Bajoariam se diffunderet, atque diutissime se conseruaret, quum Saxoniam vsque rumor iret, vt etiam scriptis consignaretur, quid ni Boji, quorum in oculis res gesta fuit, fastis suis quoque notarint, vt in Vulgi ore, memoriaque, ac perpetua traditione seruaretur? Ipsa ecclesia ad Ducentos annos nullo incommodo stare integra potuit, & longe facilius fuit, hujus Eleuationis memoriam conseruari, quam vilium casarum quondam inceptarum tantum recordationem haberi. Ducenti fluxere Anni ab Obitu Ethiconis ad vsque Heinricum Nigrum, ducenti item ab aedificata Ecclesia ad vsque Ettalae Fundationem factam a *Ludouico IV.* Imperatore, vulgo *Bauaro* dicto, Anno 1330. Aeque ergo in rei veritatem inuestigare potuit *Ludouicus*, ac *Heinricus*; immo ille longe hoc facilius, quod citra dubium Ecclesia etiamnum tumulo incumberet, vel saltem Ejus reliquias pueri etiam nedum senes ostendere Principi poterant.

5. Accedit, quod *Ludouicus* ipse, *Guelfico* quoque sanguine fluxerit, notum enim est, *Agnetem Heinrici Palitini Filiam, Heinrici Leonis Neptem* nupsisse *Ottoni* Illustri Bauariae Duci ex quo Matrimonio serenissimae gentes *Bauarica*, postremis





mis his annis extincta, & *Palatina*, quae hodie eidem Ducatui imperat, descenderunt. Quum itaque Ludouicus Bauarus apud Italos Romae inprimis anno 1329. in Angustiis maximis positus esset, Voti Religione sese obstrinxit condendi Monasterium B. Virginis Mariae honoribus dicandum, quid vero eum id in *Pago* Ammergouiensi, loco tam horrido & difficili collocare mouisset? Numquid vel inde merito colligitur Eum hac occasione vtriusque Ducis Heinrici nimirum atque Comitis Etichonis protoparentum suorum Memoriam instaurare, atque *Ethiconis Sepulcro* illud imponere voluisse? Vt autem simillimam pristinae Cellae formam referret, nedum *Monachis* Cellulas, sed & XIII. *Nobilibus* habitacula aptari jussit, abhorrere a communi more factum, & carere Exemplo videbatur, vt vna simul *Monachi* & *Equites* habitarent: sed vicit aeui consuetudinem Principis jussio. Obfirmauerat animum, vt Cellae illi antiquae recens a se exstructa ex asse similis redderetur, & quemadmodum Eticho cum XII. primariae Nobilitatis viris illic se abdiderat; ita quoque XII. Equites, quibus tertius decimus cum *Magistri* dignitate praeesset, ibidem sedem figerent. Sed & Coenobio Nomen *Etal* indidit, hoc est, ab *Etichonis* vocabulo deriuata Nomenclatione, *Vallem Ettonis*, siue *Etichonis* nominauit. Vehementer mihi gratulabar, postquam diuturniori Historicorum Lectione didici, quod & ante me eadem senserint Viri clarissimi Pfeffelius, & ante hunc Gruberus in Not. ad Euard. Orig. Guelf. Tom. II. pag. 197. Illius Verba heic referam. l. c. in Praefat. ad Ettalae Monumenta Verbis supra adlegatis haec subjicit: *Nomen Ettalae, quasi Et - tàl, Vallem Ettonis, siue Ettichonis diceres, memoriam omnino refert Ettichonis Welfi, qui taedio videndi filium Clientelae regum Carolidorum adscriptum, in montana Ambergouiae, Syluamque Scherorum se contulit.*

6. Monuit me vero Clarissimus D. *Anselmus Grienwald* (cujus opera proximis annis, Seculari nempe octauo Monasterii sui, Chronicon *Raitenbuchense* videbimus) injurium me fore in Anonymum Weingartensem, si aliud ab Ipso statuam, Vtpote qui Ethiconem *ad Villam* Ambirgou secessisse scribat, quae Ettala mediae saltem horae spatio distet. Verum haec potius in rem meam faciunt meam, quam obsunt. Non enim dicit Monachus Weingartensis, Eum *in Villam*, sed *ad* Villam Ammergou *secessisse*; secessum autem non quaerit, qui in consortio hominum eorumque frequentia viuit, taedio victus *infra montana* abiit, *solitudinem quaesiit, Viam obstruxit*, quae quidem vt efficeret com-

modum

modum locum illic inuenit, quo & hodie *Ettala* consistit. Ceterum quum Welfones auitum in hoc *Pago* castrum habuerint, vt supra ex Gottwicensi audiuimus poterat primitus aliquanto tempore illic commorari, donec sibi & suis habitacula aptarentur, falso vero subponit Vir doctus *Castrum Welficum in Cellam Etichonis* fuisse conuersum. Rudera ergo si vel in superiore vel inferiore Ammergau *Villis*, hodie quoque conspiciantur, *castrorum* sunt, non *Cellae*, multo minus *Ecclesiae* ab *Heinrico Nigro* super Aui sui tumulum conditae.

Idem sentiendum de traditione antiquissima circa Capellam, quae hodiedum etiam a *Sacro Sanguine* Nomen habet, circa quam Vallum modo quoque conspicitur, vbi *Welfos* habitasse Vulgo memoratur. Castrum nempe fuisse illic potuit, quod verisimile est *Juditham Welfonis IV. Vxorem* iis praesertim annis incoluisse, quibus Maritus cum Imperatore *Heinrico IV.* bello atrocissimo conflixit. Illic tutissimum Receptaculum inueniebat incluta Princeps, vehementerque suspicor, ibidem sacrum Domini cruorem ab Ea repositum, donec sedatis turbis Vineae nostrae pretiosissimum Donum inferret, locoque inde nomen adhaesisse supra hominum Memoriam celebre. Operae pretium facturi sunt *Ettalenses* atque *Raitenbuchenses*, si originem hujus traditionis profundius inuestigabunt, quod se aliquando facturum mihi recepit clarissimus D. P. *Othmarus Seybald* tum Theologus, nunc autem *Ettalae Abbas* Reuerendissimus, cui Deus larga Benedictione adsit, seruetque quam diutissime sanum & incolumem.

7. Sed nec Historia Fundationis *Ettalensis*, quam Metropoli Salisburg. p. 296. adfert Hundius, quamque *non satis fide dignam putat*, quidquam obstat: immo, si vera a fabulosis secernantur, etiam ad stabiliendam meam opinionem non nihil confert. narratur enim illic *Ludouicum* Imperatorem cum venisset in *Partenkirch*, exceptum fuisse a Venatore suo, ex quo de *loco* illo *Ampherang* quaesiuit, fusius rem narrat *Andreas Ratisponensis* inter scriptores med. Aeui apud Euard. Tom. I. pag. 2099. & 2100. vbi haec habet: *Igitur Imperatore ad terram suam reuerso* LOCVS *Amphering in quadam densa sylua — — a Venatore monstratur.* En *locus* jam quidam erat *in* illa Sylua, proprium ferens nomen. *Ecclesia*, reor, vel saltem ejus rudera, ante ducentos annos ab *Heinrico Nigro* aedifi-

 cata,



cata, etiamnum illic spectabatur. Enimuero, dic mihi Sodes! si nihil a praeter horridam & Latronibus obsessam Syluam illic, vbi nunc Monasteri est, fuit, quommodo inquirere in *locum*, & ejus *nomen* etiam exquirere Im rator poterat? quommodo Venator Principi ostendere locum *Ampherang* quib vbi nonnisi densissimum nemus omnia explebat? Ceterum nomen *Ambergou* *Amperngou* facillimo & Labiis Bojcis non infrequenti flexu inmutatum esse *Ampherngu* & tandem in *Ampherang* ii solum dubitabunt, qui labia in mor Bauarorum componere nesciunt. Quod enim Allgoi enuntiant *gow* vel *gou*, s ui *goy*, & Bauari *ga* proferunt, vt notum est. Deinde si Adparitionibus r confici debere contendas, dicam ego, *Canum hunc Monachum*, qui Imperat Viam euadendi *adparens* monstrauit, nostrum *Ethiconem* fuisse, qui, vt sepul suo Monasterium imponeretur, suasit, & facile persuasit.

8. At, instas, *Spelunca Latronum* erat locus, quumque pro fundan Monasterio terra erueretur, inuenta sunt *ossa humana*, a caesis & sepul corporibus residua. Affaniae! forte integro anno tunc vix illac Viator tra sibat, & quorsum per nemus desertum & inuium Iter quisquam agere praeter homines pauperes & rusticos lignandi caussa eo venientes lat nibus nemo cadere in praedam poterat, aut an forte data opera Mausoleu heic construxere latrunculi, cui ex condicto occisorum corpora *simul om* inferrent? tanto opere non indiguit, poterant ea inhumata tuto relinque a feris bestiis proxime deuoranda. Tandem quo *Pietatis sensu* ductus ta tus Imperator vilissimorum hominum ossibus Monasterium superstrueret, cau retque, vt *Ara princeps* eo ipso in loco poneretur, quo corpus foetidi Cad veris repertum est? ea enim omnia historia domestica perhibet. Fate mur, quod res est, Imperator inuenta *Cella Etichonis* humum effodi jus *ossa* ibi, sepultorum Commilitonum reperit, corpus quoque aliquod seper tim positum contuens, *Etichonis* illud esse prudenter ratus, cauit, vt ill Ara maxima exsurgeret, vbi hactenus neglectum jacuerat. Vulgus me tem Imperatoris quum non adsequeretur, vt est credulum, & ad superst tionem vsque religiosum, nescio, quas prodigio similes opiniones alui

Mirum

Mirum, quod coaeuam Fundationis Hiftoriam nullam hactenus protulerint Ettalenfes. Ea enim, cujus Excerpta praefatus Ampliffimus Dominus Abbas mecum communicauit, recentioris eu multo aetatis, quod vel ex Dialecto patet, parum conformi illi, qualem Diplomata Domeftica ejus temporis prae fe-ferunt. Non obfcure inde colligitur, Hiftoriam fundationis mox tunc vel nullam effe confcriptam, vel quum *Ludouici filii* inter fe acrius colliderentur, ita vt *Etthalae* praefentiffimum ruinae periculum immineret, rurfus fuiffe deperditam: atque demum nouam, minimum poft centum annos, confcribere Etthalenfes bonum duxerint; orali duntaxat traditione hauftam & cum vulgi narratione permixtam corruptamque.

9. De reliquo ambigere licet, qui fibi magis exinde gratulentur, *Weingartenfes* an *Etthalenfes*? hi quidem, Quoniam ex *illuftriffima gente Guelfica* tumulum penes ipfos nactus eft praeclari nominis COMES ETICHO; eorumque Monafterium non tam liberalitatis *Ludouici Bauari* nominatiffimi quidem Imperatoris, quam memorandae rei, ante tot faecula illic geftae, factum eft monumentum perpetuum.

Weingartenfes vero, quod *Cella Etichonis*, a qua *Altorfenfis* feu *Weingartenfis* Abbatia aliquo fenfu coepit, quatenus monachi in *Ambirgov* degentes cum Altmonafterienfibus vniti funt, atque inde noftris infignis acceffio adcreuit; poft quam tot faeculis inculta jacuit, majori longe fplendore reuixerit, atque in hodiernum vsque diem infigne Ordinis Benedictini decus feliciter fubfiftat. Eft certe, cur omnes diuinam praedicemus Prouidentiam, eo quod mirabili prorfus rerum & euentuum commutatione eo ipfo in loco, quo opinione *Heinrici* clauftralibus habitatio effet nimis incommoda & difficilis, tantorum faeculorum curfu viri pietate & doctrina celebres fitu fuo contenti fedes fuas abftracti a coetu hominum fixerunt. Non poffum mihi temperare, quin coronidis loco huc referam, quae Cl. *Pfeffelius* ad adfentationem

 tionem



tionem certe haut eruditus, in laudem *Etthalae* ſcripſit: „*Prouidentia*, in„quit *Principum ita* deinceps Monachis proſpectum eſt, vt Ettalenſe Mo„naſterium vix paucis apud nos cedat amplitudine juriumque, quo „gaudet, nobilitate. Grandia vtique atque praeclara ſunt haec omnia „neque tamen illa tantam Ettalae conciliauerunt celebritatem, quam „Paedagogium illuſtre, ſaeculo ſuperiore heic inſtitutum, atque incredibi„prorſus cura Abbatis *Placidi II.* ſumptibusque ampliſſimis ad eam prae„ſtantiam euectum, vt ex omni fere Germania ad illud confluxerint pue„nobiles, Litteris artibusque ingenuis imbuendi. Verum enim vero va„ſtauit hanc Muſarum ſedem incendium ferale, quo Ettala anno MDCCXLIV „cum Bibliotheca lectiſſima, miſerum ac horrendum dictu! penitu„conflagrauit. Surrexit ex eo tempore ſplendidiusque Cineribus ſui „Monaſterium, vtinam & reſtauraretur Lyceum, Bajoariae decus." Haec ille.



CATA-

CATALOGVS
ABBATVM WEINGARTENSIVM
CRITICO - HISTORICVS.

CATALOGVS ANTIQVVS
ABBATVM WEINGARTENSIVM
EX
CODICE MEMBRANACEO
ARCHIVI WEINGARTENSIS.

Nota.

Duo descripti in Membranis supersunt Catalogi Abbatum Weingartensium, vnus vetustior in MEINGOSO, qui anno 1200. obiit, abrumpitur, vt dubium sit, quousque eum Scriptor produxerit. Dubium item an vno vel pluribus etiam foliis primitus auctior fuerit, ac nunc est. Saltem defectum subplere licet ex alio Catalogo membranaceo post Seculi XIII. medium scripto, qui priorem illum, quantum eius reliquum hodie est, ad apicem exscripsit. Hic posterior in CONRADO DE WAGENBACH desinit: nec tamen Ejus obitum adnotat: vt videri possit, sub Eodem Abbate, qui ab anno 1243. vsque ad 1266. praefuit, eum conscriptum fuisse. Prior ad calcem *Libri Lytaniarum* exstat, sic dicti, quod Lytanias complectatur, quas Monachi quondam singulis fere Diebus decantabant, quum Altaria, iis praesertim Diebus, quoties alicui Sancto, cujus Reliquiae iis inclusae erant, festus agebatur, circuibant, ac collectim ad ea procedebant. Ceterum Catalogus hic Abbatum, nec non Liber *Ritualis*, & *Benedictionale* eodem volumine compacti prius tempore scripti sunt, quam Lytaniae ac reliqua illic contenta, quod vel Characteres ipsi aperte indicant.

Sed & sub *Berchtoldo* Abbate, qui ab anno 1200. vsque 1232. praefuit, Scriptor quidam Synchronus, inductum se ad scribendas res gestas sub hujus Abbatis tempore, fatetur, quod & *alios ante se* Antecessorum facta adnotasse repererit. Ex quo colligas, Catalographum vel *sub Meingoso*, vel prioribus annis *sub Berchtoldo* seriem hanc Abbatum in Membranam congessisse. Auctoritatem

E porro

porro ei eam tribuendam cenſeo, quam meretur; necque enim quod Auctor antiquus admodum eſt, mox ab erroris periculo illum immunem fuiſſe credere fas eſt. P. Bucelinus certe nullam prope eius rationem habuit, vt conferenti vtriusque catalogum patebit. Propior quidem erat nobis Abbatum priorum geſtis, ille ſcriptor, ſed remotus tamen, aliquot Seculis fuit. Ergo *quibus hauſerit fontibus* inquirere licet, atque oportet etiam. Si ex Anteceſſorum *ſcriptis* ſua recenſuiſſet, & non potius *orali tantum traditione* (quod ipſe vna plus vice fatetur) didiciſſet, eſſet, cur magis ejus adſerta a Poſterorum criſi libera judicaremus: quamquam & coaeuis ſcriptoribus *coeca fides* numquam eſt adhibenda. Chronologia in primis ſi vitioſa deprehenditur, Auctorem in judicium vocare veritatis amor patitur, jubetque, huic vni libandum eſt. Sed jam Catalogum, qualis eſt, hoc loco exhibeamus:

DE ABBATIBVS NOSTRIS.

Quoniam a primaria Fundatione Monaſterii noſtri diuerſos hunc locum conſtat rexiſſe Paſtores. Ad majorem noticiam Poſteritati relinquendam quaedam̄ de eis ſummatim perſtringere dignum duximus.

PRIMVS itaque BERINGERVS nomine monachice vite, *vt ajunt*, plantator fuit eximius. Qui ſpiritalis diſcipline norma rudes Diſcipulorum animos dilingenter inſtruxit.

SECVNDVS nomine ADILHELMVS religioſam vitam ducens Exemplum Diſcipulis ſe prebuit, quia quod verbo docuit, piis moribus & opere impleuit.

TERTIVS nomine HERRICVS *) ſecundum relationes ſeniorum ſancte & ſimpliciter viuendo prefuit: id eſt gregem ſibi commiſſum in via veritatis ſtabili tenore direxit.

QVARTVS nomine WALICHO ſpiritaliter & in Domino glorians ſibi ſuisque profecit. Per quem nutu Dei omnis honor & profectus Monachorum tam in timore diuino, quam i[illegible]onis augmentari coepit temporalibus **).

QVIN-

*) *Id eſt* Heinricus, *nam & hodie Italis* Herrigo *Heinricus eſt.*

**) Guelfonis IV. *Dotationem intelligit ſcriptor, factam anno* 1090. *quo hic Abbas ergo jam praefuit.*

QVINTVS nomine CHOUNO a *Walpugensibus* illustrem Prosapiam trahens duplici nobilitate morum & generis regendo locum insigniuit, & incolas, calicem decentem fieri jussit. *Augustinum super Joannem manu sua conscripsit.* Praetera circa tempus ejusdem Abbatis HEINRICVS DVX cum Vxore WOULFILDE PATER WELFONIS NOSTRI *) veteri monasterio funditus deposito nouum speciosius funditus cepit exstruere, anno Domini M°. C°. XX°. IIII°. in quo postea in extremis constitutus Monachum induit. Nec pretermittendum puto quod sub tempore regiminis illius claruerunt eximie vite & bone conuersationis Monachi, duo videlicet ejusdem Abbatis *Nepotes, Chouno & Heinricus, Oudalricus Custos, Heinricus prior, Reginhardus.* Iste est *Oulricus*, qui fenestram meliorem Sanctuarii compegit. Libros matutinales conscripsit. Cortinam de Serico construxit. Mortuo eodem Abbate duo satis egregii *Viri Gebehardus* & *Purchardus* in tempore quidem suo constituti sunt Abbates. Sed cujusdam repulse impediti recesserunt obstaculo, qui quoniam in loco prelature non sunt inventi, licet mentionem de eis facimus tamen huic Catalogo vt credo non sunt supputandi **).

SEXTVS nomine ARNOLDVS *nouelle plantationis* indefessus cultor extitit, non solum Ligna & Lapides, sed etiam virtutes preciosas in subditis pulchre superedificans.

SEPTIMVS nomine DIETHMARVS vir nobilis ex transalpinis partibus a Cenobio videlicet *Hyrsaugiensi* huic Monasterio prelatus Abbas locum amplius quam XXX. annis sapienter rexit & strenue. Sed nec hoc silendum estimo, quod sub *Diethmaro* Monasterium istud tam muris quam superedificiis compaginatum dicitur. Cujus ponende eminentie sermo noster vel stilus non sufficit.

Erat enim clare morigeratus, forma spiritalis, vultu placidus, castitate & pudicitia decoratus, omni vt dicam virtute imbutus. Sub tempore illius floruerunt duo venerabiles viri pie commendandi memorie. *Liutfridus prior, Marquardus Camerarius, Roudolfus Capellanus, Wernherus prepositus, Hermannus cognomine*

*) Sexti, *ex hac loquendi forma magnopere suspicor*, Welfonem VI. *etiamnum inter viuos deguisse, dum hic Catalogus conscriptus est. Cur enim hunc prae aliis Welfonem dixisset* nostrum? *porro Welfo VI. obiit Anno* 1191. 15. *Decemb. sepultus in* Staingaden, *cujus fundator extitit anno* 1147. *de quo alibi.*

**) *Omnino esse supputandos infra videbitur.*



cognomine albus. Wernherus Cellerarius, quorum virtuosa siue vtilia opera alias coı tinentur *). Marquardus sane Cammerarius — — — defuncto domino Dieti maro abbatie prelatus est, sed postea depositus quieuit.

OCTAVVS nomine WERNHERVS qui sub Domino Diethmaro prepositus sat idonee locum regiminis suscepit, homo honoratus, qui res totius monastei notas habebat omnibus acceptus, circa hospitalitatem non minime solicitu Sub tempore illius dedicatum est monasterium istud a venerabili Bertholc constanciensi episcopo anno Domini M°. C°. L°XXX°. II°.

NONVS MEINGOZ nomine a cenobio *Richinnbach* cui religiose prefuit vocatu hujus monasterii pater efficitur, homo venerabiliter omnimodis & spiritualit personatus quem inter cetera virtutum insignia mater virtutum humilitas la dabiliter sublimauit. Sub tempore regiminis illius monasterio nostro non paru deo fauente sunt collata predia, id est. *Berngartruthi* **) *Hussikilche* & alia sub eo preterea, imo per eum constructa est coclea vel turris monasterii, d dicata sunt altaria IIII. duo minora Sanctuarii, duo sancte Crucis collateral quorum vnum reliquiis *quarundam* Sanctarum Virginum XI. millium copiose ii vestiuit *majori de iis instituto officio*, due *per eum* & per Dominum *Counradum* pa tes *Josephi* sunt conscripte, *vita major Sancti Gregorii, registrum ejusdem, & past ralis cura* ***). Vtile per eum hospitibus est edificatum cenaculum, refect rium dominorum tabulatum & fenestris adornatum, sub illo claruerunt vi venerandi personis electi atque probati *Heinricus prepositus de Bouchorn, Fride cus Camerarius, Chouno capellanus, Albertus praepositus de Bouchorn* ****), *Berth dus prepositus, Heinricus plebanus*, qui Sanctuarium egregia pictura insignifiui *Heinricus quidam presbiter & aurifex* qui duos calices confecit & quasdam m liores fenestras fieri jussit. *Fridericus sane Camerarius* officio suo prudenter pr videı

*) *Nempe alludit ad* Chronicon de Guelfis, *cujus scriptor ex his ergo certo aliquis e nisi plures symbolam contulerint.*

**) *Nempe a* Philippo Rege Friderici Barbarossae filio, *pro requie animae* fratris (Chonradi *nuper occisi. Vide Necrolog. Weing. ad diem* 15. *Aug.*

***) *Etiamnum in Bibliotheca nostra asseruantur.*

****) *Mortuo nimirum sub primis Meingosi Annis* Heinrico, *vt qui jam Anno* 1170. *R venae Praeposituram gesserat, vt patet ex epistola* Diethmari *ad eum data, quam infi recitabimus.*

videns non paucas res vtilitatis monasterii disposuit que alio in loco videbuntur plenius. *).

Decimvs bertholdvs nomine prefato *Mengozo* in loco regiminis successit qui probabiliter & honeste curam pastoralem super gregem sibi commissum studuit portare. *Ipse festiuam memoriam Sancte Marie in Sabbato ex consensu Capitpituli precepit celebrare*, & alia quam plurima opera virtutum mente & corpore exercere laborabat. Nam qualis extiterit circa decorem domus dei qui cupit scire in *Libro Litaniarum* reperiet **).

Post hunc Vndecimvs extitit hougo nomine homo humilis & prudens. *Hic chorum frequentare solebat vnde & alios sibi commissos hoc idem facere compellere non obmittebat.* Idem ex prouidentia sua Creditoribus monasterii nostri septingentas marcas duobus annis exsolvebat. ***).

Dvodecimvs hujus monasterii prelatus extitit venerabilis *pater noster* ****) Counradus de Wagenbach, qui omni adornatus virtute omnium suorum subditorum prouocabat in se affectum, ex charitatis enim affluentia Patribus instituit *meliorem prebendam* *****), fuit ergo beneuolus largus munificus patiens compatiens pius misericors humilis pudicus sobrius continens & quietus, qua propter Deus non dereliquit eum in tribulationibus & necessitatibus suis. Sed eripuit eum ex quorumdam prauorum infamatione & detractione & glorificauit eum in conspectu inimicorum suorum.

Nam infortunium quod huic monasterio ex incendio & deuastatione H. constantiensis Episcopi acciderat per eum Dominus vt cernitur hodie omnia restaurauit. *Agriculturam etiam in campo Altorfensi ampliauit.*

E 3 Sed

*) *Vbi quaeso? nescio! heu quanta periere!*

**) *Infra dabimus.*

***) *R. P. Bucel. dicit, hunc* Hugonem Comitem de Montfort *fuisse, saltem diuite familia ortum fuisse hinc patet.*

****) *Rursus ex his verbis infero:* hunc *Catalogum (priorem in* Meingoso *desinere jam monui,) sub hoc Abbate esse scriptum, vt mirer, cur R. Wegelinn putet scriptum sub ejus successore Hermanno.*

*****) *Hinc illae lacrymae! - - - - feliciter detersae a Georgio Abbate.*



Sed & alius exstabat quondam Catalogus Abbatum, *quem nostro adhuc tempore* (Georgii Abbatis verba sunt Tom. I. L. Abbat. pag. 34.) *parieti in Choro templi affixum vidimus, & quem Bruschius in suam historiam inseruit.* Sphalmata duntaxat grandiora asterisco * notaui, sic ad verbum habet:

1. *Beringerus* primus post translationem Monialium hujus Monasterii Abbas constitutus est anno Domini 920. *

2. *Adilhelmus*, secundus Abbas hujus Monasterii.

3. *Hainricus*, tertius Abbas hujus Monasterii. *

4. *Walchio*, quartus Abbas *Hainrico* * subrogatus.

5. *Chuno*, ex Baronibus de Walpurg quintus Abbas electus 1124.* obiit 1130.

6. *Gebhardus*, sextus Abbas praefuit paucis mensibus, * & obiit.

7. *Burchardus*, septimus Abbas. Sedit non per integrum annum, & exauctoratus est. *

8. * *Arnoldus*, octauus Abbas hujus monasterii.

9. *Diethmarus*, nonus Abbas hujus monasterii, ex Monasterio Hyrsaw postulatus, praefuit annis triginta.

10. *Marquardus*, decimus Abbas hujus Monasterii senio confectus resignauit anno 1181.

11. *Wernherus*, vndecimus Abbas hujus Monasterii constitutus 1181.

12. *Mengoz*, duodecimus Abbas hujus Monasterii ex Reuchenbach monastesterio postulatus, post mortem edidit miracula.

13. * *Hermannus de Biechenweiiller* XIII. Abbas obiit 1213. *

14. * *Bertholdus*, XIV. Abbas, sub quo combustum est Monasterium 1227. *

15. *Hugo*, XV. Abbas hujus monasterii.

16. *Conradus*, XVI. Abbas hujus monasterii.

17. * *Brandizo*, XVII. Abbas hujus Monasterii.

18. *Conradus de Ibach*, XVIII. Abbas hujus Monasterii, electus anno 1354. * praefuit annis nouem. *

19. *Hainricus de Ibach*, XIX. Abbas hujus Monasterii *Successit* Conrado an. 1363. *

20. *Ludouicus de Ibach* & Haldenberg XX. Abbas hujus Monasterii.

21. *Joannes de Essendorff*, XXI. Abbas hujus Monasterii, *praefuit* anno 1418.

22. *Joan-*

22. *Ioannes Blarer*, XXII. Abbas hujus Monafterii, *praefuit* Anno 1420.

23. *Erhardus Freidanckh*, XXIII. Abbas hujus Monafterii, *praefuit* anno 1462. *

24. *Jodocus Bentelin*, XXIV. Abbas hujus Monafterii, obiit 1477. fub quo etiam combuftum eft Monafterium.

25. *Cafparus Schiegg*, Abbas hujus Monafterii, obiit angina ànno 1491.

26. *Hartmannus de Burgow*, XXVI. Abbas hujus Monafterii electus anno 1491. obiit 1520.

27. *Geruicus Plarer*, XXVII. Abbas hujus Monafterii electus 1520. Caefareae Majeftati a Confiliis etc. etc. poftulatus etiam in Abbatem ad Ochfenhaufen 1547. & fimul vtrinque Abbas permanfit, obiit vltimo Augufti 1567.

28. *Joannes Hablizel*, electus eft in Coadjutorem Monafterii Weingartenfis anno 1563. die 25. Septembris, anno 1567. demortuo Anteceffore Gervico plarer & ipfe Abbas XXVIII. obiit 14. Nouembris 1575.

29. *Joannes Chriftophorus Raitner*, XXIX. Abbas hujus Monafterii electus 1575. die 17. Nouembris.

Tot erroribus chronologicis fcatet hic Catalogus, vt in eo confutando nullam perdere operam velim, fufficiat fubjeciffe crifin Reuerendiffimi D. Abbatis Georgii l. c. pag. 37. quae eft hujusmodi:

Brufchius fcribit Abbatem primum fub *Guelfone III.* quem ipfemet juxta noftrum Chronicon *tertium* vocat anno 1094. conftitutum fuiffe: quod miranur; cum ei vix alium Catalogum exhibitum fuiffe credamus, quam hunc pofteriorem, cum quo alioqui in omnibus aliis concordat, praeterquam hic, vt vides, circa annum primi Abbatis inter fe diffentiunt.

Somnium vero eft anno 1094. fub *Guelfone III.* conftitutum fuiffe primum Abbatem, nam fi *Guelpho III.* vt *Vrfpergenfis* & *Auentinus* habent, mortuus eft anno 1055. fieri quî poteft, vt *ille primum* Abbatem anno 1094. conftituerit, de eodem *Guelphone* aliud idem *Brufchius* etiam comminifcitur: quod videlicet ex *Chuniza* quadam, CONJVGE Guelphonem IV. eduxerit, qui *filius* fuiffe fcitur *Azonis Marchionis Eftenfis*, & *Guelphonis III.* ex SORORE *Chuniza* fiue *Chunigunda Nepos*, quod differte Fundationis Litterae oftendunt. Sed relinquamus haec figmenta! quocumque interim anno mortuus fuerit *Guelpho III.* certiffimum eft, eum anno 1094. in viuis non fuiffe. — — — Dubitari igitur non debet



debet, quin Abbates Altorfenſes & *Weingartenſes* antiquiores ſint, qnam vt primum illos anno 1094. cum Bruſchiò incepiſſe ſomniemus. — — — — Item poſt *Conradum de Wagenbach* ponitur in poſteriori Abbatum Catalogo *Brandizo*, quo tamen tempore *Fridericus* praeſſe inuenitur, vt infra patebit: Iſte vero *Fridericus* omnino *praetermiſſus* eſt in poſteriori Abbatum Catalogo, quem praefuiſſe docebimus annos 15. ſed neque *Brandizoni* locum habemus.

Praeterea etiam praetermiſſus eſt in poſteriori Abbatum Catalogo *Conradus de Vberlingen*, qui immediate *Conrado de Ibach* anno 1336. ſuffectus eſt.

Quod porro poſterior Catalogus *primum Abbatem* poſitum affirmet anno 920. aeque miramur: hoc enim tempore certum eſt nullos Altorffii fuiſſe *Monachos*, quin vix ante hunc annum, videlicet 920. *prima Fundatio*, quae fuit *Sanctimonialium*, initium accepit: praeterquam, quod Sanctimoniales centum circiter annos Altorffii habitaſſe deprehenduntur, antequam ad Monaſterium S. Altonis translatae fuerunt.

Secundo miramur, vnde Bruſchius & Cathalogi poſterioris ſcriptor ſciant, *Chunonem*, quintum Abbatem, electum eſſe 1124. & mortuum 1130. Item vnde ſciant *Marquardum* Abbatem Anno 1181. & quidem ob Senium reſignaſſe; vndeque ſciant *Wernherum* anno 1181. Abbatem conſtitutum fuiſſe? Nihil enim ejusmodi in libro membraneo continetur. Sub eodem *Wernhero* Abbate 1182. dedicatum eſt templum noſtri Monaſterii, vt habet liber membraneus, a *Bertholdo* Epiſcopo conſtantienſi, qui *Bertholdus* Bruſchio obiit Anno 1179.

Hoc ſi ita eſt, quomodo ab Ipſo templum 1182. dedicatum? Bruſchius pro *Bertholdo* Epiſcopo *Hermannum* ponit, qui ſub *Wernhero* Abbate Monaſterium 1282. dedicauit, non quidem hoc ratione ſupputationis Annorum pugnaret; Hermannus Epiſcopus juxta Bruſchium moritur 1191. Miramur vero quo Bruſchius Auctore & Doctore Hermannum pro Bertholdo Epiſcopo poſuerit? Noſtrum non eſt examinare Conſtantienſium Epiſcoporum Catalogum, quem Bruſchius in ſua Hiſtoria exhibet; docere tamen Literis poſſemus eum Catalogum non carere omnino Difficultatibus, credique poteſt Bertholdi Epiſcopi conſtantienſis mortem Bruſchio non adeo cognitam fuiſſe.

Eadem Monaſterii Dedicatio *a Bertholdo facta* confirmatur in noſtro Chronico, additurque ad annum 1182. Indict. I. Secundo Idus Nouemb. Idem confir-

confirmatur in antiquo MS. Euangeliorum libro inter Clenodia reposito, vbi etiam Reliquiae enumerantur, quae in singulis continentur Altaribus. In hoc tamen Euangeliorum libro Annus ponitur 1183. Cetera concordant, an hîc vel isthîc scriba errauerit, haut diuinare licet *).

Tertio miramur, quare post Mengozonem Abbatem immediate Bruschius, & posterioris Catalogi scriptor posuerint Hermannum de Biecthenweyler, cum illius in libro membraneo nulla fiat mentio, in quo *Bertholdus Mengozonem immediate* sequitur, & sequi debere, clare patet ex libro, quem ipse *Bertholdus* scribi curauit, in quo Miracula post *Mengozonis* Mortem sub *Bertholdo Abbate* facta recensentur. *Hermannus* igitur non *immediate* post *Mengozonem*, sed post *Conradum de Wagenbach* ponendus est, idque litteris probatur, vnis sub Conrado Abbate datis, anno 1265, in die S. Othmari, alteris sub Hermanno datis anno 1266. in die S. Galli. Hinc deprehendis etiam alium errorem, *Hermannum* videlicet non esse mortuum, vt Bruschius & posterioris Catalogi scriptor narrant anno 1213. immo magis crediderim eum natum nondum fuisse; nam anno Domini 1299. vixisse scitur ex litteris eo anno sub eodem *Hermanno* datis. Consequenter etiam somniat Bruschius, Templum nostrum anno 1207. sub *Hermanno* dedicatum fuisse ab Episcopo Constantiensi *Conrado Secundo*. Haec enim dedicatio sub *Bertholdo* Abbate facta est **). Aliam deinde Dedicationem inuenimus factam, sub Abbate *Conrado* Praedecessore immediato *Hermanni* Abbatis Anno 1253. 8. Calend. Junii ab *Eberhardo* Constantiensi Episcopo. Hujus rei litterae adhuc habentur.

Quarto miramur, quare sub *Bertholdo Abbate* anno 1227. dicant combustum fuisse Monasterium; cum liber Litaniarum illud Incendium accidisse commemoret anno 1215.

Quinto miramur, quare in isto posteriore Catalogo praetermissus sit *Abbas Fridericus*, quem Abbatem fuisse scimus ex litteris anno Domini 1300. sub eo datis. Sicque intelligis *immediate post Hermannum*, qui anno 1299. praefuit ponendum esse *Fridericum*. *Expungendus* igitur ab hoc loco *Brandizo* Abbas, cui Catalogi scriptor, & Bruschius eum assignant.

Sexto

*) *Suo loco videbimus, vter errauerit.*

**) *Et quidem anno* 1217. *vt inferius docebitur.*



Sexto miramur, quare *Conradum de Ibach* electum *primum* dicant anno 1354. & *nouem* hunc annos praefuisse, cum litteras habeamus anno 1315. sub eodem Conrado datas, & docebimus suo loco supra viginti annos hunc Abbatem imperasse.

Septimo miramur, quare scriptor ille dicat, *Hainricum* Abbatem *de Ibach* successisse *Conrado de Ibach*, cum successerit *Conradus de Vberlingen*, quem miramur praetermissum fuisse. Hunc vero *Conradum de Vberlingen Conrado de Ibach* immediate successisse, & decem circiter annos praefuisse, docebimus suo loco. Sed & miramur, cur idem scriptor dicat *Hainricum de Ibach successisse* anno 1363. quo anno docebimus *Ludouicum* Abbatem praeesse incoepisse, atque *Hainricum Conrado* non illi *de Ibach*, sed alteri *de Vberlingen* successisse anno 1346.

Octauo de *Joanne Essendorffio* adfert, quod praefuerit anno 1418. hoc quidem negari non potest, si tamen velit, eum hoc primum anno *electum*, etiam falsum est, & docebimus suo loco eum praeesse incoepisse anno 1393.

Nono miramur, quare *Ehrhardum Freydanck* affirmet praefuisse anno 1462. quo tempore docebimus Abbatem *Bentelin* praefuisse, & *Erhardum* anno 1455. resignasse. Hactenus Censura Georgii Abb. cui hoc solum addendum reor, quod quum hic Catalogus etiamnum *Christophorum Raitner* immediatum *Georgii* Antecessorem complectatur, videri omnino posset, ipsum sub illius primum regimine affixum fuisse. Verum existimo postremos Abbates successiue fuisse additos. Coeterum affigi coeptum esse sub *Caspato* duplici ratione ducor, vt affirmem. 1. Sub eo instauratum est templum, quod sub *Jodoco* exustum fuerat. Catalogus, si quispiam adpensus etiam in priori fuit, simul igne consumptus est. 2. Ab eo tempore Catalogus, in prioribus Abbatibus turpiter vitiatus, chronologiae exacte respondet, certissimo indicio eum eo aeuo fuisse compilatum, quo ignorare non poterat scriptor, quo quiuis Abbas anno & die occubuisset.

Praemissis jam iis, quibus Reuerendissimus D. Abbas noster Georgius felicis recordationis ante ducentos jamjam annos circa Bruschii, scriptorisque domestici Catalogum non prudentius quam aequius mouebatur dubiis, nunc ad eum Abbatum nostrorum ordinem, qui nobis verior videtur, & ad Eorum res gestas, quas edax nobis tempus reliquit, recensendas accingamur.

CATA-

CATALOGVS
ABBATVM WEINGARTENSIVM
CRITICO - HISTORICVS.

HEINRICVS ABBAS I.

1. Ex his, quae supra *) disputauimus, liquido constat, *Heinricum*, quem *tertio* primum loco recensuit Catalographus noster, *primo* esse collocandum. *Vltimus* is, incertum quot annis, in *Altomunster* Abbas praefuit: anno vero MXLVII. a *Welfone III. Duce Carinthiae*, & *Irmentrude Matre Ejus Vidua* Propositum *Welfi II.* exequutioni dantibus *Altorffium* cum Coetu suorum venit, *Monialibus* vicissim *Altomonasterium* commigrantibus Vix *octo* annos illic sedem fixerant Monachi, quum ferale Incendium Monasterium consumeret, vt supra ex *Hermanno Contracto* relatum est. Concessu Principis, mira liberalitate Monachos *nostros* fouentis Anno MLV. Palatio in Coenobium mutato *supra Montem S. Martini* cum suis rursus migrauit, cui Nomen *Winigarten*, haut dubie ex Vinea circa Castrum plantata, Principis voluntate impositum fuit. Diutissime tamen pristinum *Altorffi* Nomen loco adhaesit, quemadmodum e Contrario nostra Aetate, & a pluribus jam Seculis Nomen *Weingarten* ita inualuit, vt & oppidum *Altdorffense* Vulgo jam *Weingarten*, vel saltem *Altdorffium ad Vineas* audiat.

2. At eodem mox Anno alia Monachos calamitas pressit. Juuenis enim Princeps 13. Nouembris ex Fide Necrologiorum antiquissimorum, quae inter Welfica quondam Monumenta juris publici faciemus, in Castro Bodman praematura nimis Morte obiit.

Quum *Haerede destitutus* migraret, Vniuersum *predium suum* (Anonymus rectius *Patrimonium* scripsit) *fidelitati duorum Fratrum Militum suorum* REGINHARDI DE VRSININI & TIETRICI *delegauit, juramento eos obligans, vt post mortem Ipsius commissum sibi predium Altorffensi Ecclesie sollempni donatione firmarent. Sed Mater filio superstes, ad quam tota hereditas Jure gentium pertinuit, hujusmodi traditionem, quippe se adhuc viuente neque in hac consentiente, irritam fore conuicit, dederat autem* jam

*) *In Dissertat.* §. *V.*

 

jam pridem ipsi filio seorsum in proprium jus ex eodem praedio segregatos triginta mansos ex quibus viginti duo, predicte Ecclesie pro anima ejusdem delegauit, reliquis octo per diversas Ecclesias itidem pro ejus requie distributis. In quos videlicet viginti duo mansos suppinata sunt hec loca: Lancrein, Lusterbrunnen, Gulenwilare, Fridehardeswilare, Azelunwilare, Heiligunbuche, Chrotebach, Hetinishouen. Ita Codex traditionum. Confer *Necrologium* ad diem Idus Nouembris, & *Chronicon Weingartense* priore Anno ex Codice Vindobonensi editum a Cl. Jungio pag. 37. Orig. Guelphic. Tom. V. Aliud nos, facturi maius operae pretium, quum primum vocauerit, edere constituimus.

3. Non possum non mirari, quomodo *jure Gentium ad se* spectare haereditatem, contendentem inducat Codex noster *Irmentrudem*; quum ex *Lege Alemannorum* conceptis terminis ab Haereditate excluderentur foeminae, quidquid de eo sit, Voluntas Principis maximo nostro Bono irritata est. Quam enim Inuidiam sibi conciliassent Monachi possessione tantorum Dominiorum & Bonorum *ad Welfos* adtinentium? Felleri Calumniam, — quam nullis prorsus tabulis subfultam impudenter effutiit, nihil moror, alibi mendacii postulabo, aliud viris doctis de Monachis judicium est. Hos nisi haberemus, affirmauit mihi non ita pridem ex Protestantibus vir eruditus, cum ignorantissimis pleraque ignoraremus. Ceterum falluntur quidam ex nostris, existimantes, *Ducatum quoque Carentanum* nec non *Comitatum Veronensem* Principis vltima voluntate Monasterio nostro fuisse destinatos, neutiquam! nam & Ipse *Beneficiario jure* duntaxat horum Dominus erat, *Beneficia* vero haereditaria nondum erant; vnde nec *Haeres Patrimonii Welfici Azzonis Estensis & Chunizae Filius Welfo IV.* eo Ducatu positus est.

Quo anno Abbas hic noster primus obierit Nemo adnotauit: nec ergo vt id ego faciam jure a me quisquam prudens postulabit, quia vero circa Annum 1040. electus est, atque ab anno 1047. Altorffii & ab anno 1055. in Weingarten praefuit, vltra annum 1068. Ejus regimen prolongare nolim. Diem extremum habuit XVIII. Kal. Febr. id est 15. Januarii. Necrologium Weingartense, praefixum Historiae de Guelfis.

BERINGERVS ABBAS II.

Hunc Abbatem eo tantum sensu *Primum* deinceps dici patiar, quod ante Eum Nemo ad hanc dignitatem in Vinea *electus* a suis fuerit; *Heinricus* enim

duobus

duobus jam locis prius, quam Vineae Rector fieret, Abbatiale munus gesserat in *Altomunster* nimirum, & post translationem, *in Altorf.* De eo compertum nihil vltra est, nisi quod Dies Ei vltima fuerit III. Idus May. seu 13. ejusdem Mensis. Necrologium praefixum libro *Euangeliorum* pro Monialibus scripto sub Berchtoldo Abbate circa initium Seculi XIII. vocat eum *Berithgerum.* Ex consequentibus liquebit eum circa annum 1082. Pedum cum Vita posuisse. R. P. Bucelinus, propterea, quod Catalographus vetustior *Monachicae vitae* PLANTATOREM Beringerum compellat, certa consequutione se inferre autumat; illum *primum* fuisse Abbatem in *Weingarten.* Verum id amplius non probat, quam *ex mente hujus Compilatoris* fuisse *primum*, de qua satis constat. Sed numquid eodem jure alius quis *Arnoldum* primum faceret Abbatem; nam de eo quoque asserit Catalogi scriptor; NOVELLAE PLANTATIONIS *indefessum fuisse* CVLTOREM. Qui nimium emungit elicit sanguinem!

ADILHELMVS ABBAS III.

1. Historici, sed recentioris duntaxat aeui, pluribus praefuisse Monasteriis hunc *Adelhelmum* adfirmant, vt *Faucensi*, *Petershusano*, *Neresheimensi*, *Ottoburano*, & *Weingartensi.* Ottoburae fuissae Abbatem hunc ipsum clarescit ex Necrologio ejusdem Monasterii, quo ad eamdem Diem VIII. Kalendas Septembris, seu 25. Augusti adscribitur, quemadmodum in nostro. R. P. Bucelinus putat Eum circa Annum 1082. hinc Ottoburam migrasse; verum Fasti Ottoburani eodem quidem Anno *Racelinum* decessisse scribunt, alium autem Abbatem, *Gebhardum* nempe, medium locant, dein primum *Adilhelmum.* Itaque circa Annum 1088. Vineae culturam deseruisse autumo. Sub hujus Abbatis regimine supposita chronologiae nostrae veritate, solemnis Donatio facta est Vineae nostrae, ita habet Codex traditionum: *Anno ab Incarnatione Domini M°. LXXX°III°. Indictione VI. III. Kalend. Junii quedam nobilis matrona* GISELA *nomine de* HEZILESZELLA *sollempni donatione, vt mos est, in proprietatem tradidit huic Altorfensi Ecclesie S. Martini predium a suis progenitoribus speciali & hereditario jure ad se transmissum* HICINCHOVEN *nuncupatum, vltra Danubium in pede Alpium situm, videlicet cum omnibus appendiciis, id est, vtriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus & reditibus, terris cultis & incultis, aquis aquarumque Decursibus, pratis, pascuis & copia lignorum, & omni vtilitate, que inde prouenire poterit, pro remedio anime sue &* WALICHFRIDI *mariti sui, nullo contradicente, coram his testibus,* GWELFONE DVCE, *Hecilone Augustensi Aduocato, Ruperto Aitorfensi Aduocato, &*

aliis

aliis quam pluribus. Hanc *Giselam* Neptim puto *Ethiconis fratris* [Rudolfi], ex *filia* illegitimo nata toro. Anonymus Weingartensis Cap. 3. circa finem. Adscripta est in Necrologio nostro ad diem 26. May.

2. Occurrunt circa idem tempus in eodem Codice tradit: sed citra Notam Chronologicam *Bernhardus* & *Vxor ejus Elizabeth* & *Adelgoz Filius eorum*, qui dederunt mansum vnum ad *Durincheim* (sorte Durckhaim prope Mindelhemium) & dimidium ad *Vrsingin*. Pro anima vero *filii Wernheri* mansum vnum ad *Gundoltesruti*, *Soror* autem *ejusdem Wernheri Reginlint* dedit dimidium mansum ad *Gundoltesruti*. — *Aiiwich* & *Susanna Vxor ejus*. — — Gebezo Laicus — *Dieto* & *Tuticha Vxor ejus* — *Irmindegin filius Marquardi* dedit vnum mansum ad *Chirichdorff*. — *Sigiboto* de *Aligedorff* (Reuerendissimus Abbas Georgius interpretatur *Altdorff* seu *Aulendorff*. — *Hermannus de Aligedorf* & *Vxor ejus Hicela* — *Heinricus de Brouion*, *Nibelunc*, & *Vxor ejus Imiza* — *Wecil* & *filius ejus Luitoldus*. *Rupertus de Dorenbourron* — *Otto* & *Vxor ejus Digna* — *Chounza Soror Heinrici*.

WALICHO ABBAS IV.

1. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi pag. 101. & 102. sub *Wilhelm* Abbate scribit: missum esse ad Monasterium *in Altdorf Argentinae Dioecesis* Abbatem *Welchionem* venerabilem Monachum etc. Existimo memoriae Lapsum heic passum esse Trithemium, & scribendum fuisse *constantiensis Dioecesis*. Equidem & Sammarthani Tom. V. pag. 787. in Catalogo Monasterii *Altorfensis in Alsatia* hunc quoque *Welchionem*, seu, vt & ipsi interpretantur, *Walichonem* recensent, sed nituntur eadem *Trithemii* duntaxat auctoritate. Sane & ipsum nostrum ab *Hirsaugia* aduenisse conjicio, quod cum *Gebhardo Abbate*, & *Azelino Burensi*, qui & ipse *Hirsaugia* Colonus aduenerat, Electioni *Vdalrici* Abbatis *Zwifuldensis* adfuerit, adiit Praelaturam in Vineis c. a. 1088. Anno MXC. a *Guelfone IV.* *Duce Noricorum* Litteras, quas Fundationis vocant, accepit, quibus Monasterium Wingartense *a Clarissimis nostris proauis in Villa Altorf inicdatum*, *sed per nostrum* AVVNCVLVM *recolende memoriae* GVELFONEM *Ducem Carinthie in montem translatum* — ob ipsorum & nostrum augendum meritum — — nobiliter ab andedictis dotatum B. Petro Apostolorum principi in manus sanctissimi Patris nostri Catholice Ecclesie Pontificis Vrbani videlicet secundi obtulimus, ab omni conditione nostre potestatis siue nostrorum heredum cum omnibus ei pertinentibus absolutum & penitus immune factum, statuentes

vt

vt nullus Nepotum noſtrorum aut ſucceſſorum aliorum in dicto loco, bonis ejus aut hominibus aduocationem aliquam, exactionem, vel cujusuis dominii jurisdictionem preſumat ſibi Jure hereditario vendicare, cum his & aliis libertati praefatorum contrariis ſeu omni proprietati praeſenti tenore plene liquet nos per liberum arbitrium renunciaſſe. Preſcripti ergo monaſterii Abbas cum Fratribus Aduocatum, qui bonus & vtilis cenſetur, ſi voluerint ſibi preficiant, alias cum ceperit eſſe moleſtus grauis & injurioſus repulſo eo alium in hujusmodi officium ſubſtituant, nec quisquam hoc calumpnians cauſetur eam ſucceſſiue ſibi relictam poteſtatem. etc. etc. Actum Anno Domini MXC. III. Idus Iunii Indict. III. ad limpidiſſimam certitudinem Filiis noſtris Guelfone et Heinrico aſtantibus & Conſentientibus & aliis multis illuſtribus viris & nobilibus.

2. Quantum porro Guelfus IV. huic Abbati & vniuerſim Monaſterio noſtro contulerit, juuat exterum, ſed grauiſſimum, eumque Synchronum Auctorem teſtem adducere. Eſt is Bertholdus Conſtantienſis append. ad Hermann. Contractum apud Vrſtiſ. Germaniae Hiſtoriarum, pag. 370. Vbi poſtquam *Judithae* ejus Vxoris mortem ad annum 1094. retulit, haec ſubjicit: *Ad quod Monaſterium Maritus ejus Dux Capellam* *) *ipſius tradidit, quae in auro & argento, & pretioſiſſimis paramentis millae libras pene valuit, idemque Monaſterium in poſſeſſionibus, centum pene manſis meliorauit, ſicque melioratum, & de ſua Poteſtate emancipatum S. Petro ſub jure tributario contradidit, vt Apoſtolicae* Sedi deinde principaliter ſubjaceret, & ſub ejus defenſione, *vt alia Libera* MONASTERIA *jure perpetuo polleret.* Anno item MXCIIII. Indict. II. IIII. Idus Martii, quum jam cum morte luctaretur incluta Princeps, quae & ſequenti die obiit, aliam inſuper Dotationem obtinuit Walicho noſter, cum *teſtibus Hartmanno Comite, Adalgozo, Arnolfo, Heinrico, & Heinrico, Geroldo, Brunone, Rouperto, Adalberto, Theodorico.* Anno MXCV. *Noggerum* primum Abbatem *Zwifuldenſem* ſepulcro intulit, atque Electioni *Vdalrici* praefuit. Rem ita narrat *Ortlieb* Monachus ejusdem celeberrimi Aſceterii, Cap. XVI. pag. mihi 69. „Igitur Dominus *Noggerus* Abbas Anno de Natiuitate Chriſti „*milleſimo nonageſimo quinto*, Fundationis Coenobii *Septimo*: Ordinationis autem „Ejus *quinto* piis intentus operibus *II. Nonas Marcii* de hujus mundi carcere „ad Coeli palatium laetus emigrauit, atque inmarceſcibilis gloriae coronam, „pro qua ſtrenue certauit, a Chriſto percipere meruit. Cujus obitu Fratres admodum

*) *Inter caetera pretio omni carius & nobis ſumme venerandum donum illic continebatur* SS. Sanguis Domini *e latere ſeruatoris profluus, de quo ſuo tempore & loco.*



„admodum triftes effecti, *Walechonem* Abbatem de *Winigarten* adeſſe petierunt, „ac defuncto patre fepeliendi per eum officium impenderunt, eodem vero „die, quo hunc terrae commendauit, quemdam Nouitium nomine *Vdalricum* „cum aliis duobus Fratribus isdem *Walecho* in Monachum confecrauit. Poft„haec orbati Fratres Hirsaugiam venientes petierunt Dominum *Gebhardum* „Abbatem, vt eis dignum animarum fuarum donare dignaretur Patrem, quo„rum petitionem benigne fufcipiens, quibusdam Fratribus affumtis, quos ad „hoc officium idoneos judicauit, ad hunc locum venire maturauit. Vbi & „alii duo a Fratribus euocati conuenerunt Abbates, videlicet praefatus *Wa*„*lecho a Winigarten*, & Dominus *Azelinus de Buirron* (Blaubeuren) *hi tres* „tanquam in figura Trinitatis — — — multa retractantes confilia, tandem „fuperius dictum, licet Neophytum, licet nondum plene decem Hebdomadas „in Monachica conuerfatione habentem, elegerunt *Vdalricum*, in primo die „rogationum, qui eodem anno in Kal. May venerat, qui cum ad nullum ec„clefiafticum ordinem adhuc effet promotus — — vix aegre confenfit pon„dus regiminis fubire. Quem Dominus *Gebehardus venerabilis Conftantienfis Epi*„*fcopus, & apoftolicae fedis Legatus*, paternis Admonitionibus inftructum tempo„re delapfo per fingulos gradus ordinis ecclefiaftici prouexit, *& fic demum in* „*Abbatem confecrauit*, haec ibi. Ad hunc Epifcopum Gebehardum Fratrem „Bertholdi Zaringiae Ducis exftat in noftra Bibliotheca Vrbani II. admodum „prolixa Epiftola, fed ita maculis obducta, vt vix & ne vix quidem hinc in„de verbulum adhibita quauis Induftria legere potuerim. Dolendam fortem „antiquorum Monumentorum!„

3. Anno MXCVIII. Confirmationem Apoftolicam accepit per Bullam Vrbani II. datam pridie Kalend. May, Pontificatus Anno XI. & Anno MCVI. Aliam a Pafcali II. Pontifice Litteris Longobardicis fcriptam, cujus fpeciem aeri incifam exhibet Clar. P. Mabillonius L. V. Tab. LI. pag. 447. de re Diplomat. illic more Italorum fcribitur *Gualicho*, *fcriptum per manus Joannis Scrinarii regionarii & notarii S. Palatii. Datum Laterani per manum Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis Non. April. Indict. XIII. Incarnat. Domini Anno MCVI. Pontificatus Domini Pafcalis II. pp. VI.* Sciolus quisquam forte contendat, fcribendam fuiffe Indict. XIIII. fed adi Mabillonium l. c. confer. etiam L. II. Cap. XXV. inprimis vero Coroll. I. pag. 622.

4. Anno circiter 1108. hunc Abbatem viuendi finem feciffe arbitror, poftquam 20. Annis praefuiffet. Necrologia noftra obitus *diem VI. Kalendas*

Janua-

Januarii, seu 26. *Decembris* memorant. Circa haec tempora adscripta in Libro traditionum Nomina sequentia leguntur: *Adalbero & Adelinda Vxor* Ejus dederunt *Richpoldeshouen* — *Rouprehtesbrugge* & *Veltmos* dedit quidam *Anshelmus*, quae *Wernherus* de Kilicheim fidei suae delegata *Vlmae* in conspectu *Heinrici Regis* rogatu ejusdem *Anshelmi Sancto Martino ad Altorf* contradidit — Insuper quidam *Woluens* de Constantia praediolum suum *Ruti* impignorauit etc.

CHVNO ABBAS V.

1. Quae de hoc Abbate refert Catalogus supra relatus, exacte cum reliquis nostris Monumentis conueniunt. *Augustinus in Joan.* quem sua *ipse Manu scripsit*, etiamnum inter MM. SS. Bibliothecae nostrae seruatur, & quum teste eodem Catalogo Anno MCXXIIII. Monasterium aedificaretur, interim eodem anno pridie idus Nouembris dedicata est Capella S. Leonardi a Venerabili *Vlrico constantiensi Episcopo* in nomine Sancte & indiuidue trinitatis & S. Dei genitricis Marie precipue autem in honore S. Crucis & SS. Egidii & Leonardi aliorumque Sanctorum, reliquie inibi continentur Andree Apostoli, Alexandri pape & mart. Laurentii mart. Blasii m. Johis & pauli mart. Primi & Feliciani, Kyliani m. Vincentii m. Eustachii m. Antonini m. Georgii m. Oswaldi m. Ciriaci m. Xpofori m. martini Epi. & Confess. Aurelii Epi. & conf. maximini Epi. arbogasti Epi. Galli conf. Konradi Epi. Galli conf. Theobaldi Conf. marie magdal. Odilie Virg. Eutropie Virg. Radegunde Regine. Singulari etiam gaudio suo excepit ossa *Guelfonis IV.* Bauariae Ducis per Antonomasiam Nomen *Fundatoris* meriti, *quae a Cypro Insula Anno Millesimo centesimo nono, defunctionis suae anno VIIII. huc asportata, atque a Filio Welfone V. tumulo Majorum illata sunt,* vt nostra Monumenta domestica testantur.

2. Plura Idem Dux Bauariae Welfo V. hac occasione praedia nobis contulit, atque etiam per Concambium alia pro aliis commutauit. Tribuit circa idem tempus praefatus Welfo Dux sub Chunone Abbate in Potestatem seu Proprietatem huic Altorfensi Ecclesie Sancti Martini Ecclesiam quae est in *Buchhorn* a *Comite Ottone* sibi legaliter traditam cum omnibus ad eam pertinentibus: & istarum Ecclesiarum Decimis que se contigerant, *Welnhusen*, *Gilistin*, *Mersgissilingen*, *Argun*, *Veltkilchun*, *Scieres*; & *Villis Mechinburron*, *Wachirrhusen*, *videlicet obtentu ibidem instituende juxta loci facultatem seruitutis diuine.* En



Originem Hofensis Monasterii *)! Circa haec ipsa tempora in Codice traditionum plura occurrunt Nomina, sed quorum Familiae non exprimuntur, aliqua adponam: *Roupertus* de otolueswanch (hodie Otterswang) *Cuno* de *Sigelrandesberg*, *Bernhard* & Vxor ejus *Adilheit* de *Aegedorf*.



3. Chunoni plerique Nostrûm, sed recentiores tantum (nam antiqui Catalogi altum de eo silent) sufficiunt *Gotfridum* seu *Godefridum* Abbatem, sustinentque Eum ex Abbate *Weingartensi* factum *Admontensem* in styria. Hujus Godefridi *Homilias* duobus tomis comprehensas edidit clarissimus *P. Bernardus Pez*, in Praefatione n. 2. fatetur veteres & Coaeuos scriptores de Praesulatu Weingartensi reticere. Bucelinum dein compellat, qui Ei eo majorem mereri fidem videtur, *quanto perspectiores ei fuerunt veteres Chartae ac tabulae sui Monasterii.* Verum si ex Domesticis nostris scriniis sit ferenda sententia, Gottfridus nostris accenseri nequit, quoniam nullae veteres de Eo Chartae meminerunt. Interim *ex Vita S. Gebehardi Archiepiscopi Salisburgensis* prope certo conficitur, reapse Ipsum heic praefuisse. Locum integrum ex Canisii Lect. antiqq. Tom. VI. pag. 1243. exscribam: *Igitur praefato Patre nostro Woluoldo post multos tandem monasticae religionis fructus feliciter ex hac luce Calendis Nouembris subtracto anno Incarnationis Domini MCXXXVII. regiminis vero sui anno XXIII. communi Fratrum Electione Dominum Gotfridum Priorem Monasterii ante S. Georgii sibi in Abbatem elegerunt, & per Monachos nostros Odalricum & Witilonem pro ipso a Congregatione directos per Dominum Theodewinum Sanctae Rufinae Cardinalem Episcopum, illum impetrauit. Qui videlicet Dominus Gotfridus prius in loco, qui dicitur* WINGART, *fuerat in Abbatem datus; sed quia Vineae illius cultus erat infructuosus, interuentu Domini Theodwini, a Domino Papa Innocentio canonice inde est absolutus, & nostrae Ecclesiae procurationi libere dimissus.*

4. Ex his patet Electionem Gottfridi ad Weingartense Monasterium *canonicam* fuisse; alias Dispensatione Pontificia non fuisset opus. Vt quid ergo Catalogi nostri de hoc non meminere? Puto scriptorem nostrum ex traditione

*) *Haec posmodum confirmata sunt agente Chunone Abbate sub Lothario Imperatore in Epiphania Domini anno 1130. Instrumentum Incorporationis, vt vocant, & quo Abbati Chunoni Sanctimoniales in Cella Buchorn in honore S. Pantaleonis fabricata committuntur & subiiciuntur, exstat tom. II. Orig. Guelf: pag. 472. Obiit Chuno anno 1131. vel 1132. in Necrologio illatus est ad Diem XVIII. Kal. Sept. seu 14. Augusti.*

tione Seniorum audiſſe, *quemdam* Abbatum noſtrorum repulſam tuliſſe, vt in ſede Abbatiali locum non inuenerit, ideoque Catalogo non ſit inſerendus: ergo vel memoriae lapſu aut Seculi ruditate, quod de *Gottfrido* notare debuiſſet, *Gebehardo* & inſuper *Burchardo* tribuit, & vtrumque *quodam interueniente obſtaculo* in loco Abbatiali inuentum non fuiſſe, ideoque ſuo Catalogo haut inſerendos duxerit. Quodnam autem fuerit hoc obſtaculum, mox patebit. Ergo tametſi in Abbatem electus ſit Gottfridus Weingartenſem, Poſſeſſionem tamen ejus Abbatiae numquam adiit: atque ideo *Admontenſes* delegati *non huc*, ſed ad *S. Georgii prope Villingam* Coenobium venere, petituri ſibi Abbatem Gottfridum. Quare Jure e Catalogo noſtrorum Abbatum eum omitti debere cenſeo.

ARNOLDVS ABBAS VI.

1. Quid rei ſubfuerit, quo minus pedum Abbatiale Weingartenſis Monaſterii ſibi ſumſerit *Gottfridus* Prior S. Georgii, diſcimus ex Monumentis Zwifuldenſibus, vbi haec notantur: HEINRICO *Duce Bauariae, noſtro Aduocato, cogente* ARNOLDVS *Monachus & Prior noſter Abbas fit in Weingarten.* Bertholdus poſtea Abbas Zwifuldenſis coeuus Scriptor pag. 20. apud P. Bochenthaler Indic. Vniuerſ. Hiſtoric. Zwifuld. Monaſt. p. 30. MS. Arch. Zwifalt. Nolim hariolari, quae cauſſa ſubfuerit, cur potentiſſimus Dux Heinricus Gottfrido ſuccenſuerit; forte tamen St. Georgiani partes *Friderici Ducis Sueuiae, Heinrici* magnanimi *Sororii*, tuebantur, qui plus quam vatiniano ſeſe odio, multorum damno, perſequebantur. Et quid? ſi hunc Gottfridum aut Ittae Guelfonis VI. Vxoris Fratrem: aut Gottefridi de Calwe Nepotem, Alberti Comitis de Wartenberg, ſeu Wurtenberg Fratrem ſuſpicemur? Vtroque caſu Haereditati aliquid detractum iri metuere poterat, ſi Abbas in Vineis Gottfridus foret. R. P. Bochentaler (filius de Vinea noſtra optime meriti Cancellarii *Joannis Erneſti Bochentaler*, qui ante obitum Monachum profeſſus, 21. Octobris 1650. pie obiit) Arnoldum anno 1139. Praelaturam Weingartenſem adiiſſe putat, verum hallucinatus eſt, nam vt nihil dicam, Heinricum hoc anno pro recuperando vtroque Ducatu, *Saxonico* & *Bauarico*, vires omnes impendiſſe, & ne quidem in Sueuia degiſſe; ex ipſis Monumentis Zwifuldenſibus notum eſt, eo anno ab Jure Aduocatiae a Coenobitis illis jam pulſum fuiſſe, ſubrogato *Ejus Fratre Welfone VI.* Sed nempe Viro diligentiſſimo offendiculum poſuit relatio de Poſtulatione *Gottfridi* ad Montem. ſtyriae, quae poſt Annum demum 1137. vel ſaltem circa illius finem fieri potuit, quum Woluoldus in Kalendis Nouembris primum obiiſſet. Ergo, inferebat, Gottfridus Abbas *Vinearum* fuit



ad annum vsque 1138. itaque Arnoldus ante Annum 1139. *Vineae* regimen non adiit. At nulla eſt haec conſequutio; vt enim jam dixi, Gottfridus *electus* tantum erat in Abbatem; at Proeſulatum numquam adiit, *Heinrico Superbo* id prohibente, *& cogente* vt Arnoldus Zwifuldâ ad Weingarten Abbas tranſiret. Itaque mea opinione Anno Seculi XII. trigeſimo tertio vel quarto heic jam praefuit. Commendatur enim a Catalographo noſtro, quod non fuerit tantum *egregius conſtructor Saxeorum & Ligneorum Monumentorum, ſed magis pretioſarum Virtutum in Coenobitis.* Si autem anno vno vel altero tantum munus Praelaturae adminiſtraſſet, aedificium vix vllum moliri valuiſſet circa annum vero 1140. ipſum jam deceſſiſſe, mox clareſcet, obiit die 18. Octobris, ſeu XV. Kalendas Nouembris. Vtroque Necrologio Zwifuldenſi & noſtro teſtibus.

2. Circa haec tempora memorantur in Codice traditionum *Hermannus Dives* ſeruiens *Heinrici Fratris Welfonis Ducis* cum *Vxore Luitgarda.* *Wernherus* ſeruiens *Welfonis Ducis* dedit praedium, quod habuit in *Vinsgowe* in loco, qui dicitur *Selis*, conceſſu ejusdem Domini ſui.

GEBHARDVS ABBAS VII.

1. Inani Scrupulo vexatum eſſe ſcriptorem Catalogi noſtri, vtrum hic *Gebehardus* Abbatibus noſtris eſſet accenſendus? elucet exinde, quod etiamnum in Archiuio noſtro Bulla Innocentii II. adſeruetur ad hunc Abbatem data anno 1143. ex qua Nota Chronologica inſuper ſequitur ipſum circa annum ſaltem 1141. regiminis initium feciſſe, quum tempore opus fuerit Romam perſcribere & inde confirmationis Bullam accipere, ne autem fumum diuenditare videar, ipſius Bullae initium & finem heic inſero. Hujus eſt tenoris:

Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis Filiis Gebehardo Abbati venerabilis monaſterii Winegartenſis ejusque Fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, vt Fidelium deuotio celerem ſortiatur effectum, proinde dilecti in domino filii veſtris poſtulationibus gratum impartientes aſſenſum, praefatum monaſterium, quod nimirum ab Illuſtri viro bone recordationis *Guelfone ipſius loci fundatore* beato Petro oblatum eſt, ad exemplar predeceſſorum noſtrorum *Vrbani* videlicet, & Paſcalis beate memorie Romanorum Pontificum in ejusdem Apoſtolorum Principis jus protectionemque ſuſcipimus & apoſtolice ſedis patrocinio communimus

mus etc. etc. Datum Laterani per manum Gerardi S. Romane Ecclesie Presb. Cardinal. ac Bibliothecarii V. Idus April. Incarnationis Dominice anno MCXLIII. Indict. VI. Pontificatus vero Domini Innocentii II. PP. anno XIIII.

2. R. P. Bucelinus hunc Gebhardum illustribus de Thanne & Walpurg accenset. Vereor vt recte! quum enim Catalogi Scriptor *duorum* duntaxat ex hac Familia sub *Chunone* militantium meminerit, quos & nominibus quemque suis adpellauit, *Chunonem* nempe & *Heinricum*, quo tamen tempore etiam hic *Gebhardus* Monachis nostris jam adjunctus esse videtur, non siluisset quoque hujus genus, si ejusdem cum Chunone Abbate fuisset. Ridiculum est, quod P. Bucelinus *Comitis* etiam elogium ei tribuerit. Fecit autem id in plerisque etiam aliis, quorum & scuta gentilitia, ipsius adeo S. Altonis affabre pinxit, vsus nescio quo spiritu familiari, quo autem adflari ego nolim. Obiit Gebhardus Abbas noster 30. Januarii c. a. 1149.

3. Viros Nobiles adnotare placet circa hujus Abbatis, vt videtur, tempora obcurrentes. *Heinricus de Walpure, Waltherus de Walpure. Conradus de Bitengowe. Wernherus Marscalus.*

BVRCHARDVS ABBAS VIII.

1. Variam scriptorum sortem expertus est hic Abbas noster. Catalogi veteres Eum seriei Abbatum non inserendum prorsus ducunt: Bruschius ad Praelaturam quidem venisse Eum, sed mox rejectum somniat. Trithemius pag. 104. docet *Burchardum ad Monasterium, quod dicitur Vinea, vulgariter Weingarten Abbatem datum fuisse tempore Manegoldi Abbatis.* Atqui ex Eodem pag. 184. Lin. vltima *Manegoldus* Hirsaugiae Abbas constitutus est primum anno 1157. VIII. Kalend. April. Accedit, quod *Successor Bunhardi Diethmarus plusquam XXX. annos praefuisse notatur a Catalogis nostris:* Certum porro est, *Wernherum* jam praefuisse anno 1182. Vt nihil jam *de Marquardo* dicam, qui *medius* etiamnum *Diethmarum* inter, & *Wernherum* ponitur. Quod si jam computum ineas, videbis, vt Catalogo fides constet, Burchardum c. a. 1147. Praelaturam adire debuisse, atque vno vix anno eam retinere potuisse. R. P. Bucelinus, quod jure mireris, licet alias intercapedo temporis his Abbatibus angustior justo sit, adhuc *Arnoldum post Burchardum* collocat, eumque anno adhuc 1167. in Praelatura vixisse scribit. Quid ergo in caussa tam perplexa Consilii?

2. Trithemium forte ita fas eſt interpretari, vt hoc ſolum voluerit, datum eſſe Vineae *Burchardum* Abbatem tempore *Manegoldi*, *poſtmodum ad Abbatiam adſumti*, & qui ſibi mutuo conuixerant. Quodſi enim Ejus verbis preſſe inſiſtas, Trithemium ſibimet ipſi aduerſari fatearis neceſſe eſt, loco enim citato pag. 182. Burchardum ſub *Volmaro* Abbate Hirsaugienſi ad nos miſſum eſſe dicit. En! Ejus verba: „Alter quoque Conradus hujus Coenobii Mona„chus eodem ferme tempore *Conſenſu ipſius Volmari Abbatis* ad Monaſterium „in Schwarzach — — ordinatus eſt. *Burchardus* quoque Monachus hujus „Coenobii ad Wingarten Abbas eligitur.„ Credebam ergo Aduentum Burchardi in annum circiter 1144. ſtatui poſſe, ſed obſtat, quod Burchardus noſter *cum Volmaro Abbate teſtis* oculatus mirorum a S. Bernardo Spirae factorum adfuerit. Atqui hoc factum eſt 1148. ad quem annum Trithemius haec narrat: *His miraculis Spirae factis Volmarus Abbas cum duobus Monachis Burcardo poſtea Abbate in Wingarthen & Conrado interfuit.* Gebhardus obiit 30. Januarii, ergo eodem Depoſitionis anno Praeſul Burchardus aduenit 1149. vel ſaltem 1150. R. P. Bucelinus non vno loco adſerit Burchardum noſtrum anno 1158. cum Friderico Barbaroſſa in Caſtris Roncalicis fuiſſe, illicque in publicis Comitiis mox poſt Abbatem Campidonenſem ante Elwacenſem conſediſſe. Teſtem producit Goldaſtum Tom. III. Conſtit. Imperial. pag. 335. Vt verum fatear, repetitis vicibus Goldaſti opera ſedulo Luſtraui, locum auide quaeſiui; at nihil horum reperire potui, non auſim tamen tantum virum mendacii poſtulare, vſus alia Editione potuit, vel ego ſanis oculis coecutiui. Ergo ſi adlegata veritati ſint conſentanea, annus ei emortualis veroſimiliter fuerit 1160, quo Eum deceſſiſſe laudatus Bucelinus ſcribit. Sed nec certa Dies, quae Ei poſtrema exſtiterit? antiqua Necrologia de Eo tota ſilent; recentius ante ducentos annos ſcriptum ad 4. Februarii haec adſcripſit: *Burchardus noſter Abbas poſtulatus ex Hierſow.* Non deſunt tamen, qui 24. hujus menſis poſuere. In libro Abbatum, ſed recentiori etiam manu, & ſcriptore fors minus adtento 22. Januarii mortem obpetiiſſe dicitur. Tantilla erat Noſtris Cura, quae ſuo aeuo gerebantur, poſteris committere. An curatiores hodie ſumus? nempe quae noſtra aetate geruntur, a pluribus aliis notantur. Hoc credidere & Praedeceſſores noſtri. Sed ſic comparati ſumus!

DIETHMARVS ABBAS IX.

1. Supra jam attigi R. P. Bucelinum Burchardo *Arnoldum* ſubponere verum ſi vnquam alias, certe heic turpiter hallucinatus eſt Vir cetera ſumm

indu

industrius, & quocum Vires metiri meas numquam ausim. Arnoldus, suo supra loco restitutus, tempore, quo putat Bucelinus Eum Praelaturam adiisse, pridem defunctus erat. *Claruit*, inquit. *anno* 1167. verum quam turpi Achronologia! ex Synchronis Relationibus Zwifuldensibus jam percepimus, *Heinrico Duce cogente Arnoldum* factum esse Abbatem *Weingartensem*, quis porro nescit, *Heinricum Ducem Bauariae & Saxoniae* Anno jam 1139. fatis concessisse? Hoc nostri, hoc omnes scriptores testantur, immo, vt jam monui, aliquot annos ante suam Mortem aduocatus Ejus Monasterii amplius non fuit. Audiamus Bertholdum Zwifuldensem scriptorem coaeuum: *His itaque odiorum fomitibus nondum consopitis — — justa a nobis ratione & Priuilegii nostri Auctoritate conuictus, precibus quoque nostris vt id pacifice ageret superatus, ab Aduocatia est remotus, & Frater Ejus Welfhardus substitutus.* Deinde opinio Bucelini Trithemio aduersa est. Is Burchardo immediate Diethmarum successisse adfirmat: l. c. pag. 182. *Burchardus quoque Monachus hujus Coenobii ad Wingarten Abbas eligitur vir astutus Ingenio, & in agendis multum prouitus & expertus,* POST CVIVS OBITVM DIETHMARVS *Monachus noster electione Fratrum ejusdem loci Abbas factus est, qui per suam industriam multa Bona eidem Monasterio fecit.* Vbi vides obitum Burchardi, cum Successione Diethmari oppido conjungi. Sed & *Georgio* Abbati contraria est Bucelini Catalographia; is enim, quum & ipse post Burchardum Arnoldum poneret, sedulo monuit: *Ordinem, quem liber membraneus habet, retinemus, tametsi non desint difficultates, credique possit Arnoldum Abbatem* ANTE *Burchardum praefuisse*, Lib. Abbat. Tom. I. pag. 101. jam pag. 94. prolixius eadem de re disputauerat, & pro more suo erudite. *Ex his Trithemii testimoniis colligitur*, inquit, *non solum Arnoldo Abbati Burchardum esse* POSTPONENDVM, *sed eundem Burchardum ante Annum* 1150. *postulatum huc non fuisse.* — — — — *& si Arnoldus Eidem postponeretur, eo pauciores pro* DIETHMARO *annos inueniremus* CONTRA LIBRVM MEMBRANEVM. Huic viae sic complanatae insistere merito debuisset P. Bucelinus; non actus esset per deuia in praeceps.

2. *Subposita* superius adserta a P. Bucelino *Expeditione italica*, qua cum Imperatore *Friderico I. Burchardus* quoque iuisset, sponte sequitur, corrigendum quoque esse Catalographum, qui Diethmaro 30. & vltra annos regiminis adseruit, nam ex hac hypothesi coepisset anno demum 1160. praeesse, forte loco duorum XX. scripsit XXX. (decennarios) Auctor Catalogi. Singulariter cum a virtutibus tum rebus egregie gestis commendatur hic Abbas a Scriptore Catalogi toties laudato. *Monasterium muris & superaedificiis compaginasse dicitur*,



tur, nempe quod postea anno 1182. dedicatum est. *Heinricus Niger Dux B varia* anno 1124. nouam Monasterii structuram inceperat, si perfectum etia a Posteris fuit aedificium, vel a *Friderico*, qui vulgo *Cocles* dicitur, *Judith Filiae Heinrici Nigri Marito*, quum Injuriam sibi ab *Heinrico Superbo Zwifuld* inlatam vlcisceretur, damnum passum est, vel Incursu Boemiorum, quo *D vastatio in istis Partibus facta est* anno 1166. vel demum in illa *fuga miserab & deuastatione in Diebus Rogationum* feria IIII. quum in *Italiam ab Imperatore ev cati heic transirent cum Exercitu Epus coloniensis & Comes Flandriae* anno 117 (de quibus Chronicon Weingartense breuius Anonymo inmediate connexu memorat) damnum ingens vel Destructionem omnimodam subiit. Habu ergo sine dubio, quod instauraret Diethmarus, satis multum.

3. Exstat etiamnum Epistola hujus Abbatis ad *Heinricum Praepositum Hofen* data, qua quasdam Ordinationes circa rem familiarem factas, ratas ha bet. Talis est: „In nomine sancte & indiuidue Trinitatis DIETHMARVS DE GRATIA ALTORFENSIS CENOBII ABBAS, quidquid honestum vel vtile consult estimatio & prouida industriorum virorum deliberatio in Cenobiis vel Cen biorum pertinentiis seruandum ordinauit, id profecto assensu Abbatum sic aliorum Prelatorum constat esse firmandum, & vt in memoria posteritat immutabile permaneat testimonio scriptorum diligenter est stabiliendum, hin est, quod circumspectam nobis profuturam fratris nostri Heinrici ordinati nem, quam de persoluendis pensionibus & administrandis per singulos anno redditibus in monasteriolo nostro Buchorn cui eum prefecimus, instituit, ra tam facimus, & scripti hujus firmitudine in posterum roboramus, conced mus enim, communique totius nostre congregationis consilio sancimus, v quemadmodum predictus Heinricus de agris, agrorumque Cultoribus preno minati loci tenendum tradidit, sic inuiolabiliter custodiatur, videlicet, v juxta quantitatem & qualitatem terre, quam quilibet colonus per manum prepositi obtinet, quantitas frumenti, siue aliarum rerum de anno in annum predicto cenobio in sustentationem Deo ibi famulantium, prout idem Heinr cus sapienter prouidit & preordinauit, sine contradictione deinceps exhibeatu Preterea concedimus agricolis, quicumque de familia ejusdem Monaster fuerint, vt nequaquam de curtilibus suis, quamdiu ad exercendam terram & ad explenda debita seruitia facultas & voluntas eis non defuerit, vll occasione propellantur, quin & filii eorum, si forte in idipsum videbuntu idonei, paterno labore non destituantur. Quodsi quis Abbatum supradict

cenobi

cenobii seu quisquam prepositus memorati loci hujus scripti stabilimentum transgredi aut infringere tentauerit, Anathema sit, facta est haec confirmatio anno Dominice Incarnat. MCLXX. Indict. III. Ex antiquissimo Missali Libro Hofensi, cui etiam Calendarium praefixum est, ex quo *Genealogiam Comitum Buchhornensium* tantis votis ab Auctoribus Orig. Guelf. expetitam, redintegrabimus aliquando. Annos Praesulatus vltra annum 1180. protraxisse ex dictis videtur. Diem vltimum habuit II. Idus Octobr. seu 14. ejusdem Mensis.

MARQVARDVS ABBAS X.

Summopere commendatur hic Vir cum a Catalographo tum etiam Necrologo nostris. *Camerarii* munus studiosissimus hic Monachus diu & cum foenore gessit, hoc autem officii monastici genus in Libro Ordinis S. Victoris parisiensis ita describitur: *Ad officium Camerarii pertinent omnes census & reditus Monasterii siue de Villis, siue de terris, siue de Molendinis, siue de aliis rebus quibuslibet, vt ipse tempore statuto perquirat & recipiat*, apud du Fresne Glossar. T. II. p. 38. Maximis suis, quae hoc munere cumulauerat, Meritis *ad Abbatiam praelatus est, sed postea depositus quieuit.* Quae verba scriptoris nostri sic interpretor, eum electum quidem fuisse, vt Abbas fieret, sed postea mox deprehensum, ipsum per senectutem repuerascentem (vt quidem nostri adnotarunt) huic haut aptum esse muneri, ideoque facile consilio Fratrum adquievisse. Sane proprii Nominis Abbatem Eum numquam fuisse colligitur, ex Necrologiis Zwifuldensi & nostro, quibus *Monachi* tantum & *Camerarii*, non autem *Abbatis* Nomen tulit. 2. Octobris in vtroque adscriptus legitur, in nostro haec notantur: *Marquardus Camerarius n. c. m. plura redemit. — insuper calicem aureum dedit, & sumptum omnem Sarcophagi majoris* etc. Vbi Sarcophagi Nomine venit Capsa Sanctorum reliquiis seruandis aptata. Hoc sensu scribit Dietmarus L. 6. p. 78. apud du Fresne Tom. VI. Glossar. *Sarcophagum ingentem ad includendas Sanctorum reliquias de argento fecit.*.

Nisi fallor, is ipse est, qui etiamnum inter Cimelia seruatur, gemmis, laminisque aureis miro artificio elaboratis, lapidibus insuper pretiosis etiam sigillatis effulgens, quem hactenus credideramus esse *Capellam* illam *Judithae*, de qua Monumenta nostra. Quamdiu vitam protraxerit, vel quo Anno sit mortuus, cum ignorantissimis ignoro.



WERNHERVS ABBAS XI.

1. Ne Hamonomia confusi redderemur, caute monuit scriptor noster: eum *Wernherum*, qui sub Diethmaro *Praepositus* fuit, Abbatem factum. Convixit enim alius Wernherus, qui *Cellerarius* fuit. *Praepositi* nomine, vt plurimum is veniebat, quem jam *Priorem* vocamus, proprium exstat in Regula S. P. Benedicti Caput LXV. *de Praeposito.* Sic & Lanfrancus in Decret. pro Ord. D. Benedicti c. 3. *seruata*, inquit, *Abbati in omnibus reuerentia, Prior, qui & praepositus in regula nominatur, honorabilior est reliquis ministris Domus Dei, ipse solus ceterorum ministrorum primum suae partis locum habet in Choro, in Capitulo, in refectorio.* Porro autem sub Diethmaro *Liutfridus* Prior erat, Marquardus *Cammerarius.* Quod ergo tum in Vinea *Praepositi* munus? reor eum *Scriniis* & *Archiuio* praefuisse: & quum eo aeuo Monasteria Officiales seculares nondum alerent, juribus, contractibus, atque subditorum caussis Monachus quidam praeficiebatur. Hanc enim spartam ab *Aduocatis*, seu *Defensoribus* ad Monachos deuolutam esse recte aduertit du Fresne V. *Praepositus*, & vero hoc officium gessisse *Wernherum* satis elucet ex Verbis ibidem additis: *Res totius monasterii notas habebat.* Quae quidem verba ingentem mihi suspicionem injiciunt, hunc ipsum *Wernherum* Auctorem esse *Chronici de Guelfis*, sub nomine *Anonymi Weingartensis* Eruditis omnibus notissimi, & in cujus commendationem singularem Dissertationem scripsit celeberrimus Koehlerus Thesauro Sueuico a Wegelino inlatam Vol. II. Differt. IX. Tempus enim Auctoris de gente Welfica inmortaliter meriti, Wernhero exacte congruit. *Chronicon* enim *Imperatorum*, quod a Julio Caesare vsque ad mortem Heinrici VI. seu ad annum 1197. producitur, *alterius* manu scriptum est. Illud autem *paruum* Historiae de Guelfis iisdem Characteribus inmediate subnexum finit in Anno 1184. Exstat etiamnum codex membraneus in folio (vt vocant) regali paginarum 340. Flauii Josephi Antiquitatum judaicarum Libros XIII. continens, in cujus fronte picta exhibetur Imago in duas diuisa partes, in Parte Superiori sedent Imperator *Vespasianus*, & *Josephus Judaeus* suis quilibet stipatus comitibus cum Lemmate supra scripto:

Tempora Seclorum notat hic pro laude suorum.

In parte inferiori pictus cernitur *S. Martinus* cum *Wernhero* & Socio Monacho, qui Ei a tergo adsistit, cum hac Inscriptione:

Sancte quod offerimus amborum suscipe munus.

Vt

Vt certo credimus, istum Wernherum nostrum fuisse Abbatem, de quo agimus; sic nihil dubitamus, quin Monachus a tergo adsistens *Conradus* scriptor fuerit. Haec minime pugnant cum antiquo Catalogo, vbi *Josephus* scriptus dicitur ab & sub Abbate *Meingoso* Wernheri successore; nam *Conradus* monachus noster *sub Wernhero* opus inceperat, quod a *Meingoso* ad finem perductum fuit. Idem sentiendum de S. Gregorii scriptis, quorum maximam partem hic *Conradus* ingenti labore descripserat, at imperfecto operi coronidem *Meingosus* imposuit, vt ad oculum patet ex ipsis characteribus, quae aliam & aliam manum aperte indicant.

2. Hujus sub Abbatis Praelatura *nouum* Monasterium dedicatum est, id, quod in Catalogo, & quod insuper in breui *chronico* continetur: *Anno MCLXXXII. Indict. I. II. Idus Nouembris dedicatum est Monasterium nouum Sancti Martini Winigartin a venerabili Berchtoldo constantiensi episcopo.* Corrigenda itaque est Charta quaedam vetus, in fronte Codicis cujusdam Euangeliorum Seculo XI. exarati, coaeuo charactere scripta; vbi Dedicationis annus ponitur 1183. sine dubio Indictio I. turbauit scribam minus cautum. Sed meminisse debebat Vir bonus Indictionem non a Kalendis Januariis, sed ab VIII. Kalend. Octobris proficisci. Vt adeo 12. Nouembris, qua templum initiatum est, non jam Indictio XV. sed prima curreret.

Charta, ne rei Memoria intercidat, heic quoque locum mereri videtur integra: *A Dominice Incarnat. M. C. LXXXIII. II. Idus Nouemb. dedicata est hec Basilica a Venerabili Berchtoldo constantiensi episcopo in honore sancte & indiuidue Trinitatis & sanctissime Crucis, & beate Dei Genitricis Marie omniumque celestium Virtutum. Specialiter vero in honore Sancti Martini episcopi & aliorum sanctorum, quorum reliquie in singulis hujus Ecclesie Altaribus continentur.*

In principali Altari he continentur reliquie de parobside Domini; de Veste S. Marie. de Veste Aplrum Petri & Pauli, de corpore S. Johis bapt. de barba S. pauli Apli. de Corpore S. Jacobi Apli. damasi pp. Fabiani pp. & m. Laurentii m. Xpofori m. Georgii m. Cyriaci m. pancratii m. Castuli m. Eustachii m. Erasmi m. Anastasii m. Metricii ep. & m. Cornelii m. pamphuli m. Alexandri pp. & m. XL. martyrum de corpore mathie Ap. de capite bartholomei Ap. de capite barnabe ap. Corpora SS. fabiani & Sebastiani m. Cornelii, & Cypriani m. Valeriani, Thimothei, & Simphoriani, Dens mauritii m. digitus pancratii, de corp.re Vrbani m. martini epi. de capite Nicolai epi. corpora

 

pora sanctorum confessorum Velasti & amandi, Willibaldi & Winnibaldi Eporum, Wilibrordi epi. digitus S. Innocentum, de capite Vincentii m. Galli Conf. magni Waltpurge V. Basille V. Xpine V. Lucie V. de capillis Marie Magd. de Ligno de baculo S. Petri, de Virga moysi.

Ipso die dedicatum est Altare S. Crucis in honore ejusdem S. Crucis & S. M cii & omnium Sanctorum martyrum, in quo continentur he reliquie, de Cruce d de Caluarie Loco, de presepe Domini, de veste domini, de Sanguine domini, sanctor marcelli & Petri, Cosme & damiani, Victoriani m. anne, Xpine V. Elisabet.

Ipso die dedicatum est altare S. Osuualdi m. in quo continentur he reliquie Osuualdi m. Aplrum Petri & Pauli, mathie Apli. Barnabe ap. Philippi & Jac de capite S. Bartholomei a. Thathei a. de veste S. marie, S. Innocentum, de S. Petri a. Johis & Pauli, Pancratii, Januarii, Alexandri, metricii, Erasmi, gii m. Xpofori, Fabiani, Cornelii, Damasi, Emerentiane, Glodosinde V. Nicolai e

Ipso die dedicatum est altare S. Petri, in quo continentur iste reliquie, de sep domini, S. marie, de veste aplrm Petri & Pauli, de corpore S. stephani protomart. xandri pp. Gaudentii m. chrisanti m. de barba S. Nicolai epi. de corpore S. Ver Emerentiane V. & m. de virga Aaron.

Annos Praesulatus sui Wernherum ad vsque annum circiter 1188 duxisse reor; successori etenim Ejus saltem duodecim concedi debere Ejus exigere videntur. Obiit IX. Kalend. may. vel vt habet vetustius N logium VIII. Kal. ergo 25. May.

MEINGOSVS ABBAS XII.

1. De hoc Trithemius pag. 105. haec nobis reliquit: *Megingus huju nobii Monachus, propter industriam suam & laudabilem conuersationem primum in Reichenbach constitutus est, & postea Monasterii Weingarten in dioecesi consta abbas ordinatus gregi sibi commisso non ociose praefuit.* Immo vero summe ind quod vel ex Catalogo veteri intelliges. Abbatiam adiisse videtur c. a. adeoque saltem 12. annos praesedisse, obiit anno 1200. 22. Aprilis.

2. Quantus fuerit hic Praesul ex Codice M. S *Historiae de SS. Sa Domini* manifestum fit, ex quo haec exscribo: „Anno dominice Incar

„nis MCC. Venerabilis & Sancte memorie beatus *Meingoz* Winigartenſis Ce-„nobii Abbas X. Kal. may carne ſolutus diem clauſit extremum, de cujus „vita & cõnuerſatione breuiter dicimus, quia in omni caſtitate & integritate „permanens religioſis enituit & moribus & operibus, vigiliis & orationibus „deuote intentus extitit. Gregi ſibi commiſſo humiliter prefuit, pro cujus „humilitatis & aliarum virtutum meritis Deus illum ſolita benignitatis ſue „gratia copioſe remunerauit, corpore namque *ejus ſecus Altare beati Petri Apoſtolorum Principis honorifice tumulato, ſalutaria illic infirmis, cecis, & claudis incolumitatum preſtantur vsque hodie beneficia.* Necrologia omnia Eum ad dictum diem 22. Aprilis commemorant, quibus *Zwifuldenſe* quoque conſonat. Caetera lege ſis in Catalogo ſupra edito.

3. Viri memoria digniſſimi ſub haec tempora obcurrunt *Heinricus venerabilis argentinenſis Epus. Hermannus Erpypolenſis Epus. Hermannus Marchio de Baden.* Item *Conradus Wirzeburgenſis Epus aule cancellarius vice Domini Conradi maguntinenſis Archiepi & totius germanie archicancellarii. Hermannus monaſterienſis. Willhelmus Prepoſitus aquenſis, Hermannus monaſterienſis Prepoſitus. Vlricus Comes de Nuiburc. Albertus Comes de Dilingen. Berchtoldus de Nifen. Fridericus Dapifer de Walpurc. Epirhardus de Tanne Pincerna. Burchardus & Heinricus Fratres de Hohinburc. Manegoldus de Sibeneck. Bruſardus de Spira* etc.

BERCHTOLDVS ABBAS XIII.

1. Mox citatus codex ita pergit: *mortuo corporaliter vt diximus commendabilis memorie domno Meingozone abbate* BERCHTOLDVS *venerabilis tunc temporis prepoſitus ab omni conuentu eligitur, ejusdemque monaſterii dignus Abbas conſtituitur, ſub cujus tam teſtimonio quam regiminis tempore facta ſunt que ſcribimus, preterea ſapienti & diſcreto vſus conſilio quosdam de ſenioribus perſonis & vita probatos huic rei* (adnotandis Miraculis ad fidem credentium per SS. Sanguinem factis) *aſſiduos intereſſe precepit, vt in ore tam idoneorum teſtium ſtaret indubitanter Veritatis teſtimonium.*

Me etiam non monente aequus Lector tam ſtupidos & ſuperſtitioſos non fuiſſe Monachos colliget, vt a maleuolis paſſim traducuntur.

2. Catalogi ſcriptor prouocat ad *Librum Lytaniarum*, itaque ex eo poſteris ſcitu digniſſima Ejus geſta huc ex ordine transſcribimus.



ANNOTATIO QVALITER
OFFICIVM DE SANCTA MARIA PER CIRCVLVM AN DIE SABBATHI DEBEAT CELEBRARI.

3. Notum sit omnibus presentibus & posteris in hoc Monasterio Sa Martini, sub spiritali regimine Deo militantibus quod *ego Bertholdus ejusdem* ι *bii Abbas* licet immeritus, cum communi Consensu & voluntate atque C silio fratrum nostrorum statui, modisque omnibus obseruandum decreui, in qualibet die Sabbathi, cum festum non impedit, missa cum sollemni ι cio, & ministrorum apparatu, ob venerationem beate MARIE virginis hon fice celebretur, quinque etiam luminaria accendantur. *Armario* *) vel ι adjutore in *Cappa* Chorum tenente. Quod si festum celebre inciderit, vt obseruatio teneri non possit, feria VI. precedenti vel dominica subseque vel alio quouis infra ebdomadam die: cum conueniens & oportunum fu more solito peragatur. Vt autem die sabbati beata & gloriosa Virgo Xpianorum mater est celebrius honoretur, non solum in monasteriis, ver etiam in omnibus pene ecclesiis frequens & salubris consuetudo non sine tionis argumento obtinuit. Cum sane dici possit & credi ea die propen in Laudem ejus fidelium mentes excitari debere, quam eadem felix m & omni laude digna. Cujus animam pertransiuit gladius, amarissimis tra egit lacrimis, vtpote vnico vnici filii destituta solatio, qui animam quiden Cruce dudum posuerat, vulnerato autem & confosso corpore in sepulcro ir rim quiescebat. Cum igitur pie dicatur & credatur, quia regnauit a li Deus, & ipsa singulari prerogatiua, & meritis excellentibus ad filii sublim sit thronum, non immerito ad ejus ineffabilem misericordiam vota nostra riguntur, vt pro nobis pio & clementi filio, cui passo & mortuo ipsa stin lo materne affectionis compassa est & commortua supplicare dignetur, & se intime diligentes agnoscat, nobisque peccatoribus in vltimo necessitatis ticulo subueniat; quippe quam Dominus omnium nihil negans honorat. Sed quamuis in ejus obsequium totus vt dignum est mundus occurrat, laudetur ab hereditate Dei, in leticia gentis sue, omnes tamen in hoc cro degentes loco specialis quaedam spes & consolatio fouet, ex ipsius pii me matris velut familiari benignitate concepta, cum non dubium habean quin sacrosanctum filii sui Domini nostri Sanguinem, celesti apud nos dis sitio

*) *Interpretationem Vocum obscuriorum alio loco rursus occurrentium infra dabimus.*

ſitione ac benedictione reconditum ſedulo atque inuiſcerato virtutis ſue reuiſat affectu, & nos immo locum qui vitalem tutele ac ſalutis noſtre continet theſaurum ex alto reſpiciens in ſuffragium noſtre protectionis de throno majeſtatis mitis ſe & blanda ſubmittat, vt mitiget nobis a diebus malis, & faciat nos videre dies bonos in regno eterne claritatis. Neceſſario igitur & nobis incumbit, vt fides noſtri famulatus ſingulari ad ipſius honorem gratulatione intendat, que *pretium redemptionis* humane toti mundo propinans & generalem Xpi cultoribus ex virginali vtero refundens medicinam, *nobis in ipſius reuerendo ſanguine* pignus ſpei & arram gratie praeſtitit corporalem.

Itaque ne ſupra dicta tam noſtra quam fratrum noſtrorum conſtitutio aliqua quod abſit in poſterum negligentia obſoleſcat, vel torpore depereat, placuit toti capitulo in executionem hujus rei, non coacticie ſed voluntarie dextras nobis pro ſigno confirmationis dare, & ſe ſpontaneo voto Dei filio & ejus ſancte matri obligare, vt quod ſemel ex ſententia libero ſedit arbitrio, non poſſit vltra conuelli ſed ratum perpetualiter & immutabile permaneat, nec quisquam id ſine magno preuaricationis reatu, & anime ſue periculo corrumpere, aut pro aliquo ſcandalo labefactare preſumat. Huic igitur confirmationi nos in nomine Domini noſtri Jeſu XPI ſupremam imponentes manum. Omnibus qui preſentes cum hec ſtatuerentur extiterunt, vel qui poſt nos futuri erunt timorem Dei & cautelam animarum ſuarum ante oculos ponimus, & teſtem eis atque exactorem Spiritum Sanctum adhibemus, vt fidem ſponſionis ſue qua Deo obligati tenentur attendant, & pie deuocionis holocauſtum quod in honorem Dei Genitricis accenſum eſt, refrigeſcere non permittant ſicut ſcriptum eſt. Ignis in Altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubiciens ligna mane & veſpere. Quod ſi quisquam poſterorum & maxime rectorum hujus Cenobii tedio vel negligentia tepeſcere ceperit, vel eciam hi qui nunc preſto habentur, defectu animi vel murmuracionis vitio vacillare, aut impudenter ſponſionis ſue immemores reſilire voluerint, nos juditium Summi Dei qui judicat equitatem in medio collocamus vt ipſe in eos qui contra hec ſtatuta puſillanimitate decepti venire temptauerint diſtricte animaduerſionis ſententiam ferat, & brachium vltionis exertum habeat, matremque miſericordiarum quam deſpicere atque offendere non verentur, aſperam ſemper & inexorabilem in neceſſitatibus ſuis inueniant, ſitque eis a patre & filio & Spiritu Sancto niſi reſipiſcant, perpetuum anathema. Amen.

Verum

 

Verum vt hec obſeruatio tenatius roboretur & firmius teneatur. Com muni conſilio atque conſenſu totius Capituli, ſtatutum eſt & preſenti pagin declaratum, vt ſingulis annis in *Vigilia Annuntiationis* *) miſſa feſtiua d s. MARIA celebretur eo videlicet ordine & apparatu quo per circulum ann ſicut prenotatum eſt, in ſabbato fieri conſueuit, idque generaliter obſeruetur vt in ſignum perpetue confirmationis tam in ſabbato quam in vigilia vt di ctum eſt annunciationis vinum fratribus in refectorio more ſolito propinetur Sed ne in dubium veniat quid fieri debeat ſi forte feſtum annunciationis ſu loco celebrari non poterit. Caute prouiſum eſt, vt quocumque die id perag conuenerit, proximo antecedenti die tam de ſollemni officio, quam de exhi benda fratribus Karitate preſcripta forma teneatur.

Hoc autem huic conſtitutioni ſuperaddendum putauimus, quia *cum e more* & *ex antiqua conſuetudine* in Capella ejusdem glorioſe Virginis a ſacriſt lumen ſoleat nocturnis accendi temporibus nos cultui venerationis ejus ali quid ex noſtra deuotione cupientes adicere, communi fratrum noſtrorum conſenſu ac ſponſione firmauimus, vt predio quod in Lotinwilare ejusden rei cauſa ſpecialiter comparauimus, ſacriſte deputato, ad ipſum cura hec & im penſa pertineat, quatinus a mane vsque ad completorium per totum diem ante altare lumen ardere non deſinat, idemque predium quod in hoc a no bis deputatum eſſe dinoſcitur in alios vſus transferri non liceat.

Quod ſi quis preſumptor aut ſacrilegus diabolico inſtinctu voluntarium noſtre deuotionis immo tocius collegii munus, immaculate genitrici detraher atque auferre temptauerit, Carbones deſolatorii cadant ſuper eum, & in ignem deiciatur inextinguibilem, tollaturque ab eo lumen eternum niſi reſipiſcat qui reciſo atque extincto materiali lumine beate Virgini deputato, inhonorar non timuit celeſtem regem Deum & Dominum noſtrum. Amen.

In eodem Codice ita pergit ſcriptor:

4. *Libri* quos Domnus *Bertholdus* hujus monaſterii Abbas *de nouo conſcri* fecit, in hoc loco hac de cauſa annotati continentur, ne aliqua eos incuri quod abſit deperire contingat, & vt facilius ſi cui aliquo eorum vti placue rit inſpectis eorum titulis, quecunque maluerit valeat reperire.

Libe

*) *Hac enim nocte vt mox audiemus exuſtum eſt monaſterium.*

Liber expofitionum S. Bernhardi clare-vallenfis Abbatis in Cantica canticorum qui fic incipit. *Nobis fratres alia* a).

Item alius ejusdem Bernhardi in cantica Canticorum, qui fic incipit, *fulcite me floribus, ftipate me malis* b).

Liber ejusdem Bernardi de diligendo Deo, qui fic incipit, *Viro illuftri* c).

Item Liber fermonum ejusdem Bernhardi, qui fic incipit, *Exultate fratres* d).

Item fpeculum S. MARIE quod fic incipit, *Andreas natione Italus* e).

Item fcolafticam hyftoriam pro quinque talentis redemit f).

Preterea duo libri matutinales, in vno quorum XII. minores prophete, in altero paffiones & legende fanctorum continentur g h).

Item miffalis Liber veftitus auro & argento, & is qui pre manibus eft, & hanc continet fcripturam i).

Item Libellus euangeliorum qui capitulo fororum deputatus eft l).

Item Liber Richardi de patriarchis qui fic incipit, Beniamin Adolefcentulus m).

Item Libellus queftionum veteris & noui teftamenti n).

Defcri-

a) *Foliorum* 170. b) *Fol.* 197. c) *Deeft.* d) *Fol.* 181. e) *Deeft.* f) *Fol.* 212. g h) *Fol.* 145.

i) *Prior in facrario cum Antiquioribus a Juditha Guelfi IV. vxore oblatis etiamnum fervatur. Alter Liber Lytaniarum eft, quo & variae* Benedictiones, ritus, ordo ad faciendum Iudicium per aquam frigidam, ferrum candens etc. *continentur.*

l) *Fol.* 62. *Cui praemititur Kalendarium cum Necrologio.*

m) *Fol.* 30. n) *Deeft.*

Nota. *Codices hi omnes in membrana & in forma folii fcripti funt, vno excepto, nempe Libro Richardi de Patriarchis, qui eft in* 4.



Descriptio feralis incendii, ſtylo aliquantum turgido, ſed pro eo ſaecu ſupra quam credi poſſit eleganti.

5. Vita hominum cum ſit breuis, & ex fluxa & mutabili carnis ma tranſitoriis inherens, neceſſe eſt vt cum eis & ipſa corrumpatur & tran ideoque quod madida & labilis memoria diu non poteſt vel ad poſteros t mittere, viuacibus litteris commendari oportet, vt perpetuo duraturam eas ſuſcipiat firmitatem. *Quoniam igitur de quibusdam hujus monaſterii rect qui ante nos fuerunt, quid egerint vel in quibus fortunis fuerint nonnulla per ſignata reperimus*, viſum nobis eſt quedam *que diebus noſtris* tempore videlice giminis domini BERTHOLDI venerabilis Abbatis acta cognouimus vt ad ticiam perueniant poſterorum breuiter his denotare apicibus. Is ergo gradatim ab adoleſcentia per ſingula monaſterii officia laudabiliter cucurr bonis moribus & honeſtis ſpiritalem ſectatus diſciplinam, quibuscumque terat modis que corrigenda judicabat ad meliorem ſtatum reducere, ipſum ad virtutes que huic competunt nomini componere ſatagebat.

Hanc autem a Deo gratiam poſſidebat, vt quadam ſuauitate & beniu tia que nitidis mentibus naturaliter ineſſe ſolet, non ſolum erga medi gratum ſibi conciliaret fauorem, verum etiam ipſis *principibus* commend appareret. Contigit interea, vt ex gratia & beneficio ſaluataris noſtri que *reuerendi ſanguinis quem apud nos retinemus quedam miracula fierent*, ide tam innummerabilis ad ſacrum locum ceperit hominum multitudo concu vt non ſolum ex vicinis ſed etiam ex remotis circumquaque partibus ſurdi, muti, claudi, & quibuscunque morbis oppreſſi cateruatim adduc tur, fieretque non modica exultatio intuentium cum eis pariter qui n ſoſpitatis per Dei miſericordiam ſuſcipere meruerunt. Cum hec agere & fama diuini muneris longe lateque clareſceret, non enim poteſt abſ Ciuitas ſuper montem poſita, memoratus pater honorem Dei tanquam fidei ſpeciali quodam affectu commiſſum ampliare, & ex celebri celebri reddere geſtiebat, & primo quidem *dominicum ſanguinem auro & gemmis hodie cernitur includi fecit*, ratus ab eo digne inchoandum, ex quo intim bis & inuiſcerata ſuperne benedictionis dulcedo jugiter emanat. Quam vero partem *de ligno domini* olim neglectam inter alias reliquias reppe *crucem manualem ex auro puro fieri juſſit*, in qua ſacratiſſimam dominici pa aſſulam repoſuit. Aliam preterea *crucem geſtatoriam & librum miſſalem*, ite *brachium S. Georgii, auro & argento gemmisque veſtiuit.* Calicem argenteum

gie inauratum materia & opere clarum his addidit, principalem ecclesiam & Capellam S. MARIE picturis eximie decorauit. Libros & jam matutinales & alios quam plures cum multa diligentia conscribi fecit, duas preterea albas aurifrigiis venustissime decoratas ad principale destinauit altare. Forinsecus & *Latericium opus* quod nullus ante eum temptauerat ipse primus inchoauit, & insuper veteres campanas pene omnes tam majores quam minores expensis non modicis innouauit, & alia quam plura monasterio vtilia non sine multo sumptu & labore perfecit, sed quia sic se habent res humane, vt tenore fluctiuago temporalia cum tempore currant, & facta mortalium sicut & corpora ipsa miserando nonnunquam exitu deficiant, idcirco non mirum si prosperis successibus tristis interdum fortuna succedat. Cum tamen apud Dominum merita bonorum operum nullum sentiant detrimentum. Cum autem hujus rei multa suppetant exempla, in nostris tamen domesticis casibus de hoc probatum satis tenemus experimentum. Breui enim vnius noctis interuallo longi apud nos multorum annorum Labores ita ad nihilum redacti sunt, vt locus quem pridem gratia Dei illustrem fecerat, & splendidis ac famosis ornauerat incrementis, nunc quasi spretus ac desertus ab eo verteretur in solitudinem magnoque intuentes stupore percelleret. Anno namque ab incarnatione Domini M. CC. XV. Anno autem consecrationis Domini Abbatis XIIII. *VIII.vo Kalendas Aprilis* repente cecidit super nos ira & indignatio Dei, & tanta nos judicii sui acerbitate contristatos in Abysso miserie sepeliuit, vt vix aliqua nobis euadendi spes vel consolatio superesset. Sperantibus enim nobis quod pax & securitas habitaret in Laribus nostris, subitaneo expergefacti incendio, saluis solummodo corporibus de funesto rogo vix effugere potuimus. Primo namque noctis crepusculo a parte septentrionali erupit adustio, que concite vento flante inferiori ecclesie tecto se applicans, scintillantibus flammis totum campanile inuoluit, eoque ardentissima conflagratione attacto, solutis retinaculis campane tam majores quam minores ferebantur deorsum, & muris tenaciter herentibus conflata in superioribus moles & particulatim dissiliens, scrobibus tandem quas cadendo suffodiebat insedit. Tanta vero & tam atrox fuit violentia ignis, vt ex magna metalli congerie, minuta quedam granula ad modum milii vix postmodum colligi potuissent. Laquearia tamen trabibus affixa seuientem desuper ignem aliquandiu retardabant, & Custodibus ecclesie qui *de cauea Altaris Capsas & plenaria cum sarcofagis* transferebant presidio fuere. Auleis interim & tapetibus & quibusdam libris missalibus tum quia eripi non poterant, partim ex incuria in

medio relictis. Dehinc defluentibus feneftris & trabibus ab alto caden
incumbente vaftiori ardoris voragine tam truces & horrificas flamm
procellas vomebat incendium, ficut folent ethnei montes ex penalibus
tris fuccenfos fulphure globos tetro anhelitu excreare. Accedere autem
minus vix aliquis audebat propter fragorem imbricum quas crepitans fla
difplodebat eratque terror vehemens, cum ignitas cruftas flammeus turb
fpergeret, *vnde etiam multa que in tali neceffitate vtiliter fieri potuiffent, im*
bantur. Adeo autem in tam miferabili clade animi pene omnium tr
defperatione torpebant, vt nihil *de clauftri liberatione* quisquam cogitaret
alii quidem *moniales* quas *obferatas* incendium concluferat eripere *).
vero *libros* & queque mobilia extrahere feftinabant, erantque in maxim
fcrimine tam res quam corpora hominum pofita, dum qui *de foris* aderan
fuis foliciti periculis ad propria remearent, & libere jam nullo obftante
omnes officinas & angulos clauftri flamma difcureret. Taliter vero inexting
jam concrematione in facris graffante edibus *predones quidam & Latr*
trepidantibus & manus ad fe tendentibus quafi auxilium laturi fraudul
fe ingerebant eosque exemptis ab igne farcinulis nequiter fpoliabant, era
duplex tribulatio, dum incendio & fuga periclitatis manus non parc
fcelerate. Sic vt folent naufragis turpiter abftrahi ea que pene nudi
nis fluctibus extulerunt. His ita per noctem geftis eftu paulatim fatif
Oratorium ingreffis & fi quid *de reliquiis* fupereffet explorare volentibus
doloris & horroris effigies apparebat, dum deftructo Altari *quod prius*
vum erat, ruinofum quoddam pateret baratrum in quo *facri Cineres* fparfim
tebant, ex quibus hinc inde disjectis *vix aliquid* colligi poterat, *quod ad*
crationem ipfius Altaris proficere impofterum aliquatenus potuiffet. Multis
terim ex congefta doloris & Angoris materia in ambiguo fluctuantibus adeo
parua vel nulla fuit, vt an locum defererent an tempus quoquo mod
dimerent indefinitum prorfus atque incertum haberent, quippe qui in
amaritudine confilio priuati quid potiffimum eligerent difcutere vix vale
Alta tamen ad Dei clementiam trahebantur fufpiria, vt qui erigit elifos
fanat contritos corde, poft tam dolendum & miferabile excidium mif
dignaretur afflictis. Aporiabatur autem inter hec mala magisque omn
aliis conterebatur anima *Domini Abbatis*, cum Laborem cui vires fuas fuff
non putabat fubire cogeretur, fed fufcitauit in eo Deus fpiritum bonum

*) *Nec ante nec poft hunc locum quidquam de monialibus fcimus, non vnde ipfarum nos ortus, nec interitus.*

de ipsius bonitate diffidendum non crederet, quem prius in multis prout res exigebat propitium sibi & benignum senserat adjutorem. Itaque omnem postponens dilationem ad *reedificandam majorem ecclesiam* se constanter accinxit, hoc secum non imprudenter reputans omnia prepostere & frustra agi, si sacer Locus negligeretur vbi Deus placari debuisset. Nec fefellit eum fides quam in dominum habebat, quippe qui tantam tamque inopinatam conatus sui diuino munere consecutus est efficaciam, vt *infra vnius anni spatium* machina templi reparata, & *Altari* decentissime collocato, diuina in eo mysteria sollemniter celebrarentur. Voxque exultationis & letitie *inter ambustos parietes* non sine magno gratulationis tripudio personaret. Et qui prius incinerata sanctorum ossa cum dolore aspexerant, nunc cum sacras edes diuino cultui restitutas cernerent, exultabant, nec tantum indigene sed etiam multi de *remotis partibus* aduentantes effectum celestis beneficii mirabantur, debitas Auctori & fautori omnium bonorum Deo gratias exhibentes. *Campane* interim & *fenestre* cum *tabulatis & picturis* aliisque *ecclesie ornamentis* aptabantur, insuper omnes *officine Claustri Altioribus quam prius fuerant muris atque edificiis construebantur*, tacite vero totum *memorati patris nostri* ad hanc summam tendebat ingenium vt sacer locus *pontificalis* susciperet *benedictionis* complementum. Arcius (*arctius*) autem instabat jugi sollicitudine estuans, vt hoc *sue administrationis tempore* fieret, precipuum sibi & inter alios labores magis meritorium existimans, si templum Dei *ipso promouente* debito insigniretur honore, sine quo reliqua quibus insudabat absolutam habere non poterant perfectionem. Sed quia dubitabat an aliquid *de reliquiis Beati* MARTINI superesset quae in *principali altari* deperisse putabantur. Saniori tandem vsus consilio, misit ad *fratres Augiensis* *) *cenobii* vbi non modicam de *eisdem reliquiis portionem contineri* audierat, ipsis cum multa deuotionis instantia supplicans vt fraterne caritatis intuitu, tam tristem supplere defectum dignarentur. Quod vt facilius obtineret *litteras eis tam ex sua quam tocius collegii parte sub tali tenore direxit.* Vt si optatus votis nostris proueniret effectus, perpetuum nobis memoriale fieret, quo ipsos tam in orationibus quam in aliis fidelissime societatis & amicitie officiis & affectibus Karissimos semper habere deberemus. Qui acceptis litteris cum secum deliberassent, diuque reluctantes hesitarent quid facere vellent, indignum judicantes tandem si oblatum fraterne deuotionis obsequium spernere viderentur, *spiritale fedus* inire nobiscum sub tali pacto decreuerunt, vt mediante tam reuerende sanctitatis munere specialis & pura intime caritatis societas inter

 nos

*) *Ad Augiam diuitem vulgo Reichenau.*

nos & ipſos firmiſſime omni tempore debeat permanere, *tam temporalibus ſpiritualibus commodis & obſequiis* decenter ornata. Qua ſponſione per nu percepta cum multa humilitatis ac deuotionis reuerentia de eisdem reli partem non modicam execantes, eam nobis omni munere gratiorem t miſerunt, euidens per hoc nobis noſtrisque ſucceſſoribus amicabilis ſignum exhibentes.

Igitur qui miſſi fuerant cum reuerſi monaſterio propinquarent, tium qui geſta narraret premiſerunt. Factumque eſt vt *tam a clero quam* cum tanto gaudio & fauore in voce jubilationis & laudis hoc ſanctiſſi munus exciperetur, tanquam viſibilis ad nos & viuifica ipſius Dei Bene celitus deſcendiſſet.

Itaque Dominus Abbas deſiderii ſui optato euentu compos effectus, *cationis* negotium accelerare cupiebat, quod licet ſine magnis expenſis & ptuoſo apparatu expediri non poſſet. Dei tamen cooperante gratia que libus ejus fauebat votis, ita *infra vnam ebdomadam* omnia parata ſunt & ta vt nihil deeſſet quod ad tante ſollemnitatis & cultum & impendia nerent. *Inſtabat e vicino feſtum Beati* MARTINI ad quod incredibilis homi multitudo confluxit, preter *Abbates* aliosque *prelatos* qui ſpecialiter fueran vitati, plures tamen hec precipue cauſa attraxerat, quia audierant dedic nem in proximo celebrandam, & *maxime milites clare opinionis*, qui tantum votionis & obſequii cauſa conuenerant, quibus omnibus a *miniſtris mon ad hoc deputatis neceſſaria honorifice prebebantur.* Igitur *proximo poſt feſtum die d ta eſt tam principalis eccleſia quam Capella* S. MICHAELIS *& altare S. Gregor pars reliquiarum* Beati MARTINI que nuper delata fuerat, cum *aliis reliqu* majori Altari eſt repoſita. Dominus vero Abbas *Caput ex auro & argento* jubens, partem que reſtabat in eo collocauit & jam in hoc facto fiden deuotionem quam beato MARtino ſolebat exhibere demonſtrans *).

Firmauit poſt hec *cum communi conſenſu totius capituli quod Augienſibus p ſerat*, ac demum ſe ad alia monaſterii opera peragenda conuertit, imm domino noſtro Jeſu XPo gratias agens pro omnibus beneficiis ejus. Cu honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

*) *De quo infra.*

Anno dominice incarnationis M. CCVII. X. (XVII.) II. idus Nouembris, *dedicatum est* hoc monasterium a venerabili *Kounrado constantiensis ecclesie episcopo.* In honore S. indiuidue Trinitatis, & sanctissime Crucis, & beate Dei genitricis MARIE omniumque celestium virtutum, specialiter verò in honore s. MARTINI episcopi & s. OSWALDI martyris & aliorum sanctorum quorum reliquie in singulis hujus ecclesie altaribus continentur. In principali Altari he continentur Reliquie, s. MARTINI episcopi turonorum, s. OSWALDI M. de ligno domini. De vestimento s. MARIE V. Jacobi Apostoli, Thome Apli, Philippi Apli, Bartholomei Apli, Andree Apli, Pauli Apli, Primi & Feliciani M. Sebastiani M. Stephani Proto M. Cyriaci M. Felicissimi M. Johannis & Pauli M. Gordiani & Epimachi M. Crisogoni M. Xpofori M. Mauritii, Exuperii; Candidi M. Viti M. Pangratii, Nerei & Achillei M. Blasii epi & M. De Brachio, S. Georgii M. Benedicti Abbatis, Lintwini Confess. de Capillis S. Agathe V. Xpine V. Justine V. Vndecim milium Virginum. *Ipso die dedicatum est altare* s. MICHAELIS Archangeli in quo continentur he reliquie. s. MARTINI Epi. & s. OSWALDI, Georgii M. Cosme & Damiani M. Crisogoni, Xpofori M, Marcellini & Petri M. XI. milium Virginum.

IN NOMINE DOMINI!

6. Notum sit omnibus presentibus & futuris, quod prouida *olim tam retlorum quam fratrum hujus monasterii deliberatione constitutum est*, & hactenus a nobis inuiolabiliter obseruatum, vt *vna cottidie in honore Sancti Spiritus prebenda ad majorem mensam in refectorio poneretur*, *alicui probate persone ad Abbatis arbitrium conferenda.* Essetque hoc legitimum omni tempore & ratum, ita vt reus judicaretur & sacrilegus in Spiritum Sanctum, qui ei munus destinatum aliqua temeritate surripere presumeret aut violare. Cum hec omnimodis spes nostra esse debeat, vt cujus bonitate & misericordia gubernatur & regitur totus mundus, ejus in perpetuum speciali munere tam in temporalibus quam in Spiritualibus prosperetur & conseruetur *hec domus*. *Posteriori* vero tempore *ego Bertholdus hujus loci Abbas* quamuis immeritus, attendens auctore eodem spiritu sancto gloriosam & electam Virginem non sine magna Virtutum & meritorum prerogatiua ex immaculato & sanctificato celitus vtero totius mundi edidisse Salvatorem. *Communicato fratrum nostrorum consilio* quibus hoc vnanimiter placuit, statui & confirmaui eandem Dei matrem *simili prebenda* & eodem tenore perpetualiter exhibenda honorari, vt dum ejus cottidiana a nobis commemoratio

sit

fit in terris. Ipſa noſtri tam in his que ad animam quam ad corpus pertinent, apud dilectum & benedictum ipſius filium continuam & indefeſſam habere memoriam dignetur in celis. Sed licet *totus fratrum noſtrorum conuentus a minimo vsque ad maximum*, DEXTRAS *pro ſigno confirmationis in manibus noſtris dederint*, hanc ſe conſtitutionem omnibus vite ſue diebus inuiolabiliter ſeruaturos, nos tamen ex parte Dei omnipotentis & ejus ſanctiſſime matris horrendum in eos & omni tempore duraturum *anathema* protulimus, quo per verbum viui Dei & permanentis ab eterna vita & celeſti beatitudine excludantur, quicumque diabolico furore & inſano auſu atque conſilio hoc munere celeſtem preſumpſerint virginem ſpoliare. Et ne forte quisquam *ſucceſſorum noſtrorum* preſcriptum parui pendens anathema dicat, ſe hoc aliquatenus non teneri, *cum par in parem nullam poſſit obligatoriam proferre ſententiam*, nos ad celeſtem judicem quo ſuperior nemo eſt, & ad ſpiritum ſanctum totam transferimus cauſam, ſcientes eum qui de virgine voluit naſci, ejus injuriam acri vindicta in extremo judicio vlciſci, fietque transgreſſori duplex confuſio, cum exacerbatam & contemptam ſe conqueri ceperit pia mater miſericordiarum & filius Dei per hoc ſe iratum oſtenderit & conturbatum. Ideoque tam in hoc quam in aliis, que ad honorem beate Virginis in hoc monaſterio communi fratrum noſtrorum ſunt inſtituta conſenſu atque conſilio, tam cautos atque deuotos ſe noſtri exhibeant ſucceſſores, ne apud eum qui diſtrictus exactor venturus eſt, ingrati & rei inueniantur transgreſſores. *Haec ibi.*

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI.

Ego B. Winegart Abbas & Ego H. Rotenſis, & ego B. Walſenſis Prepoſiti judices ab Aplca delegati ſede cognoſcentes de cauſa, que vertebatur inter Abbatem S. Blaſii de nigra ſilua & C. nobilem virum de Macenſich ſuper quadam curia in Nazzenburron ſita quam felicis memorie H. frater ejus tam pro remedio anime ſue in vltima voluntate cujus liber eſt ſtilus quam pro recompenſatione damni quod intulit monaſterio S. Blaſii nullo contradicente libere poſſidendam in perpetuum Contradidit. Sed eo defuncto C. prefatus frater ejus eamdem Curiam jure hereditario violenter & minus rationabiliter ſibi vendicauit, qui tamen poſtea ſuper eodem facto iterum & iterum peremtorie Citatus â nobis *in Alidorf* in judicio reſidentibus idem errorem ſuum recognoſcens juris neceſſite compellente juri ſuo, quod in eadam Curia videbatur habere penitus in manibus noſtris renunciauit, ſolam tantum & nudam aduocatiam ſibi pretaxauit, de aliis vero dampnis eccleſie

ſe S. Blaſii per incendium illatis juramento ſe ſufficienter expurgauit. Teſtes hujus facti ſunt Swiggerus plebanus Löbon A. Prior & C. Prepoſitus & O. Camerarius de Ochſenhuſen H. ſcolaſticus de Walſe H. Cuſtos & H. Camerarius S. Blaſii. Ortolfus miles de Rinechenburg, Rudolfus de Seburg, Cunradus de Winedin, Fridericus Vlricus de Alidorf & alii quam plures. Acta ſunt autem hec Anno ab incarnat. Dni M. CC. XX. II. menſe Aprili XVII. Kal. May ſub Friderico Romanorum Imperatore ſecundo Indictione X.

7. Exſtat etiam noſtro adhuc tempore inter Sacrarii noſtri Cimelia Vultus, ſeu ſtatua (vt vocant) pectoralis S. Martini Epiſcopi turonenſis ex argento deaurato fabrefacta, Lapidibusque pretioſis diſtincta cum hac Inſcriptione *Berchtoldus Abbas me fieri juſſit.* Circa latera hi quoque verſus adſcripti leguntur:

Teſtis huic operi Deus & ſimul arbiter exſtat
Grata ſibi veſtis pia munera dum manifeſtat.
Dum Preſul manibus protenſis anxius orat,
Clam vite munus - - in tria corpora portat.
Sanctus obit meritisque piis ad ſidera fertur.
Demon abit tenebrisque ſuis pallens ſepelitur.
Martini meritis ſuit hoc decus appropriatum
Vt Chriſtum chlamidis veſtiret tegmine nudum.

Eodem inſuper loco ejusdem materiae, ſimiliumque lapidum etiam ſigillatorum viſitur manus ſesqui pedes alta, in qua figurae cum ſua quaeque Epigraphe expreſſae cernuntur. I. *S. Georgius m.* II. *S. Alexander pp.* III. *Berchtoldus Abbas.* IV. *S. Benedictus Abbas.* V. *S. Alexander mortuum ſuſcitat.* VI. *Aurelianus Alexander pp.* In circumſerentia pedis haec leguntur: *Brachium S. Georgii. Coſta S. Alexandri Pontificis. Reliq. S. Oſuualdi. Reliq. S. Bened.*

8. *Anonymo de Guelfis* charta quaedam cum hac Nota Chronologica praeponitur: Acta ſunt hec preſente capitulo in preſentia Domini Bertholdi Abbatis, anno ab Incarnat. Domini MCCXXXI. IIII. Kalend. Jan. quum ex fide Necrologiorum defunctus ſit Abbas XIII. Kalend. Octobris 19. Septemb. non poterat jam 1131. obiiſſe, vt R. P. Bucelinus poſuit, ſed Ejus obitus in annum ſequentem eſt reponendus.

9. Sub hoc Abbate Anno 1201. obcurrit *Wernherus* ſtrenuus Miles de *Raderoy* (hodie Raderach medio itinere inter Marchdorff & Buchorn Ditio-

 nis



nis celsissimi Principis Marisburgici & Episcopi constantiensis) *Heinricus Cammerarius de Bienburc. Fridericus de Bomgarten. Detto de Argen. Heinricus marschalcus de iltmanshouen. Wernherus miles de Arnssperc.* Item C. *Abbas Eluacensis, Albertus de Euerstein, Eberhardus Dapifer de Tanne, Conradus de Winterstetten, Hermannus Gnusting*, alibi *Genusting Marschalcus.* Item *Venerabilis Sifridus Epus august. Conradus Abbas Eliuacensis: Albertus de Euerstein, Hartmanus de Wirtenberc, Vlricus de Vltun comites. Eberhardus de Tanne. Conradus de Winterstetten* etc, *Hermannus genusting.* Pappenheimius Legit *Iustingin*, & optime quidem.

HVGO ABBAS XIV.

1. Praesuit Hugo ab anno 1232. ad cujus finem electus est, vsque ad annum 1242. accepit non nulla priuilegia ab *Heinrico Rege* Romanorum, nec non *Conrado* Filiis Friderici II. Imperatoris, in quibus testes obcurrunt *B. Venerabilis argentin. Epus. C. Abbas S. Galli. Comes Heinricus de Werda. Comes Wolf de Veringen. Hainricus de Nifen. Albertus Frater ipsius. Eberhardus de Ebersteine. Eberhardus Dapifer de Walpurch, Hainricus Cammerarius de Rauenspurch, Fridericus frater suus. Eberhardus de Hertingesberge. Item H. Marchio de Baden. Hartmannus Comes de Wirtenberch. Comes Vdalricus de Vltino. Eberhardus Dapifer de Walpurc. Conradus & Eberhardus Pincernae de Winterstetten. Dietto de Rauenspurh. Burchardus de Hochenburc.* Rursus: *B. Venerabilis August. Epus. B. Abbas de Vttinburring. Comes Vl. de Schalkelingen. Comes Wolfradus de Veringen. Eberhardus de Nifin. C. Pincerne de Winterstetten. Otto B. de Walpurc Dapifer. H. & Vl. Dapiferi de Warthausen. H. de Rauenspurc. Eberhardus de Walse. Hainricus de Rauenspurch & Frater ejus dictus de Lewenthal postea ordinis Praedicatorum.*

2. Sub hoc etiam Abbate fundatum reperitur monasterium imperiale *Bund, Hortus floridus* ord. Cisterciensis. Concambium iniit Fundator ejus Conradus Pincerna de Winterstetten cum Hugone Abbate nostro, cujus Litterae etiamnum supersunt: quarum hoc est initium: *Vniuersa negotia, quae geruntur in tempore ne multationem Obiuionis recipiant cum tempore, scripto debent perhennare, hinc est, quod* NOS HVGO *Dei gratia Abbas & Conuentus in Wingarten significamus omnibus presentem paginam inspecturis, quod tale concambium cum Domino Chunrado Pincerna celebrauimus. Nos dedimus monasterio in Beunt cujus fundator idem C. Pincerna extitit. etc. Acta sunt hec in Biunt anno verbi incarnati M. CC. XLI. XIV. Kal. Julii Ind. XIIII. Et vt firma hec permaneant, sigillo nostro, Hermanni de Augia Prepo-*

Prepositi & ipsius Pincerne sepedicti fecimus roborari. Chunrado de Diepoltshouem existente Preposito, Chunrado de Wagenbach Cellerario, Hainrico Priore ac Custode, Hainrico de Garlenhouen. Friderico dicto Sans. Chunrado Capellano, Vlrico Vreitel presentibus, & coram testibus Laicis Subnotatis Vlrico de Gundolfingen. Chunrado de Smalnegge, Hainrico de Baienburch, Bertholdo de Fronhouen, Hugone de Liutpoldes, Hainrico Marscalco de Altmantshouen & Hugone fratre ejus, Heinrico de Ebersperch, Bertholdo de Arnsberch, & Hugone Taithelario, aliisque quam pluribus. Obiter heic dicam fabulam Lectoribus obtrudere Bruschium, qui originem hujus Monasterii ad Montem *Bussum* refert. constat enim has Moniales in *Bosse* haut procul *Sulgauia* consedisse, & a Gregorio IX. accepisse Bullam confirmationis, datam anno 1236. inde a *Conrado Pincerna de Winterstetten* translatae sunt in *Baind*, quam Villam emerat a *Friderico* & *Heinrico* fratribus de *Newburg*, dictis *a Tanben*, qui & Necrologiis nostris inserti sunt. Haec Emtio facta est cum consensu comitum ab *Heiligenberg*, ad quorum Dominium locus pertinebat, cui & hi renunciarunt anno 1240. Accepere quoque a *Conrado Rege* plenam ab omni seruitio Libertatem, quam Eisdem firmauit Fridericus II. Conradi Parens 1241. atque adeo inmune declarauit Monasterium, vt nulli alteri subjectum esse debeat, nec alium habere Aduocatum, quam Romanorum Imperatorem. Haec ex Litteris Authenticis se depromsisse scribit *Georgius noster Abbas*. Lib. Abbat. Tom. I. pag. 152. Obiit Hugo Abbas IIII. Kal. Decemb. seu 28. Nouembris.

CONRADVS DE WAGENBACH ABBAS XV.

1. Duram primis Praelaturae suae annis hic Abbas expertus est Sortem, Conflagratione Coenobii sui, quod quidem Infortunium scriptor Coaeuus in *Heinricum Episcopum Constantiensem* impingit. Hunc Episcopum Bella plus vice vna gessisse ex Chronico constantiensi constat; quae autem caussa subfuerit, vt tantam Vineae vastitatem, & ferale etiam Incendium inferret, prorsus latet, & ne vestigium comperire licuit. Quidquid sit, haec Calamitas nostro Monasterio ante annum 1248. incubuit, hoc enim datae sunt Indulgentiae ab Innocentio IV. conferentibus Eleemosynam ad Restaurationem templi & officinarum. Postquam e Cineribus vtcumque excitasset Monasterium, illud anno 1253. dedicauit *Eberhardus Episcopus constantiensis Eberhardi de Tanne & Adelheidis filius*, vt pluribus Locis Documenta domestica fidem faciunt indubiam. Exstant etiamnum Litterae hujus Episcopi datae in Weingarten anno Domi-

nice Incarnationis. M. CC. LIII. VIII. Kal. Junii. Ex Litteris archiu: binis prope determinari poteſt annus emortualis hujus Abbatis. Sup enim aliae *anno* 1465. *in die Othmari* datae, & ſub hoc Abbate ſcri aliae vero ſub Ejus Succeſſore *anno* 1266. *Sabbatho poſt Viti.* Ergo vel nem anni prioris, vel primis Menſibus poſterioris vita functus eſt. nempe Incuria ex rei domeſticae penuria Vineae incubuit, vt Necrologi notaretur dies obitus hujus Abbatis.

2. Hac aetate Viri nobiles floruerunt, quorum memoria apud nos ſeruata eſt: *Heinricus miles in Bienburg Kamerarius, Conradus de Haſenwi Ortolfus ejus frater* anno 1246. *Anno Domini MCCXLVIII. menſe Septembr tholdus Burgrauius ſedens in judicio cum Domino Conrado venerabili Abbate E Wingartenſis loco Domini ſui A. Comitis de Tyrol in prato juxta Eccleſiam S. rentii apud Lewnam, quaeſitum eſt a Domino Egenone de Alegunde ſub juramen aliquis habens curiam, manſum, vel Agrum, vel pratum de bonis Eccleſiae Win ſis proprios vel non proprios, poſſet vendere proprio vel non proprio ſine manu & conſenſu Domini C. venerabilis Abbatis praenominati, a quo taliter eſt reſponſum, hoc nullus poſſet facere nec deberet, de quo omnes aſtantes vnanimiter conſenſerun cujus porro rei memoriam & Certitudinem habundantem Dnus Conradus ſaepe non Abbas hoc conſcribi fecit in cedulam hanc preſentem & ſigillo A. Comitis tyrolen mitis, Vl. de Vltinis, puerorum de Piano Comitum & ſuo nomine roborari, teſt jus facti ſunt hii, Burcrauius, Hautlebus Praepoſitus de vltinis. Dnus H. de zentobele. Dnus F. Monachus de Wingarten dictus Sans. Dnus A. de Sib Joannes ſer iens Abbatis, & alii quam plures.*

3. Quum Comitum de Piano heic mentio obcurrat, non poſſum o tere, quin Excerpta dem ex Litteris *Eginonis* Epiſcopi tridentini Vir a ſtrae conceſſis, vbi haec inſeruntur: *Nos attendentes grata & deuota ob quae ibidem Domino famulantibus exhibentur, cum idem locus a Ducibus & P bus de Sanguine Comitum de Piano exortis ſit conſtructus & fundatus etc. Datum zani Anno Domini M. CC. LXX. die Dominico VIIII. Febr. XIII. Indict.* quoque Egino de Piano Comes fuit? Duxere igitur hi comites Sang de Ducibus Eſtenſibus, vel potius ex Eginonis ſententia Eſtenſes ortu bebant ex illis de Piano? Antiquiores tamen ſi Guelfos ſubaudiat, eſt. Auide maximi Muratorii *Antiquitates Italiae* peruolui; ſed nihil h obcurrit, non dubito certiora me reperturum fuiſſe in *Antiqq. Eſte* quibus vero careo, viderint ergo alii.

4

4. Eodem tempore notati sunt: *Otto Bertholdus de Walpurg*: *Eberhardus de kunigsegge*, *Rudolfus frater suus.* Paullo post: *Albertus de Liebenowe* & *Albertus de Welkenberg*, *Wernherus de Radera.*

5. Aliae itidem Litterae memoratu dignae mihi censentur, sunt autem ejusmodi: *Nouerint omnes ad quorum audientiam literae istae peruenerint, quod Dnus Conradus Abbas in Wingarten & Conuentus ejusdem Ecclesiae Dno Heinrico Friteloni ob deuotionem & petitionem ipsius talem gratiam duxit concedendam, vt filia sua Mathildis nomine, quae Domino Eberhardo struboni est copulata, si sine haeredibus decesserit, Monasterio Weingartensi* PRO CAPITALIBVS *quinque marcas argenti tantum soluat.*

HERMANNVS DE BIECHTENWEILER ABBAS XVI.

1. Hermannum Abbatiam adiisse anno 1266. certum est ex Litteris ejusdem Abbatis, & Hainrici Praepositi in Houen, quibus statuitur, vt Possessor Curiae in Riethausen soluat quot annis in festo S. Martini *fertonem cerae*, id est, *Libram* du Fresne Tom. III. p. 384. datae sunt *Sabbatho post Viti.* Eodem anno *in die S. Galli* cuidam dicto Tarant locantur quaedam praedia in Lounon ab Abbate Hermanno datae sunt desuper Litterae a *Meinhardo Duce Carinthiae* & *Comite tyrolis.* Hoc eodem Anno sub ejusdem Meinhardi sigillo adjudicantur Monasterio Bona quaedam tyrolensia, vt praedium dictum *Schiesseben*, predium *Phanthof*. *Curia Buzigalis*, *Curia super Fullum*, *Houars*, & *Curia noualium Blalide*, *Curia Forsthof*, & omnia bona ad ipsum pertinentia, *Curia zum Aichen super Fullon cum omnibus pertinentiis.*

2. Sub hoc Abbate certatim Episcopi Indulgentias conferebant visitantibus sanguinem Domini in Weingarten, anno 1269. *Hartmannus Episcopus Augustanus. Datum Biberach anno M. CC. LXVIIII. in octaua Paschae. Leo Ratisponensis Epus, Datum Perchsindes in die Bricii. Hainricus curiensis Epus. Datum Biberach in Octaua Paschae.*

1270. *Egno Tridentinus Episcopus*, de quo supra. *Eberhardus Wormatiensis Epus — Datum Wormatiae Anno Dni M. CC. LXX. VI. Non. May.*

Fridericus Salisburgensis Archiepus Apostolice sedis legatus & Joannes Ecclıae Chyemensis Epus. Datum in Wurzen (Wurzach) anno Dni M. CC. LXXIIII. XVI. Kal.

Kal. Sept. *Frater Incellerius ordinis Heremitarum S. Augustini Dei gratia I sis Epus. Datum in dicto Loco Weingarten in Crastino Joannis ante portam L Anno M.CC.LXXVI. Indict. IV. Eodem anno* item aliam. *Datum Constanti Idus Septembris.* Rursus: *Frater Incellerius ordinis heremitarum S. Augusti gratia Buduensis Epus omnibus praesentium inspectoribus salutem in domino & tatem, pateat vestrae Vniuersitati quod nos Altare principale in Capella S. Le consecrauimus secundo Kalend. Aprilis Indict. V. in nomine sancte & indiuidue tis, Sanctorumque Confessorum Leonhardi, Egidii, & Conradi, episcopi etc. Dat no Dni M. CC. LXXVII.*

Guillehelmus Epus Arretinensis. Datum apud Aretium anno M. CC. LX prima die mensis Septembris Pontificatus vero Dni Nicolai P P. III. anno prim

Octauianus Epus Bononiensis. Datum in Castro Oliueti Florentinensis I anno M. CC. LXXVIII. quinta die mensis Septembris Pontificatus Dni Nicola III. anno primo.

Guillehelmus Epus Reginus. Datum Regii in Palatio episcopatus nostr M. CC. LXXVIII. XIIII. Sept.

Petrus Bixia Canonicus plebis de Cuxiliano, Vicarius generalis venerabilis Dni Opsonis Dei gratia Parmensis Eccliae Epi etc. Datum Parmae in Palati dictae Eccliae Parmensis anno Dni M. CC. LXXVIII. XV. Sept.

Philippus Epus Placentinus e. a.

Magister Ospinus Archidiaconus Papiensis Eccliae. Datum Papie in palat dicti Dni Gwidonis Epi Papiensis, anno Dni M. CC. LXXVIII. XVII. Sept.

„Otto mediolanensis Eccliae Archiepus — omnibus vere poenite
„& Confessis, qui ad dictum monasterium in *Wingarten*, nec non in C
„in *Bruion* & *Loenum* ac etiam ad parochialem Ecclesiam in *Altorff* & Ca
„S. Mariae in *Rauenspurch* dependentem ab ea eidem monasterio perti
„in festiuitatibus subscriptis etc. Datum mediolani in Palatio archiepisc
„nostri anno Dominice Incarnat. M.CC.LXXVIII. XIX. Sept. anno vero
„ficatus Dni Nicolai Pape III. anno primo, & regni gloriosissimi Dni I
„phi Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti, anno V.„

Bruno Epus Brixienſis — — *Datum in Caſtro Baluſhein anno M. CC. LXXIX. VII. Idus Jan. Indict. VII.*

Frater H. Epus Baſileenſis — *quia proprium ſigillum penes nos non habuimus, preſentes Litteras Sigillo Capituli prepoſiture Thuricenſis Eccleſie, quo vtimur in hac parte, fecimus roborari. Datum Thurigii anno M. CC. LXXXI. VI. Id. Febr. Indict. IX.*

Frater Albertus Epus de Inſula S. Mariae in Bruchia — — *Datum apud Wingarten anno Dni M. CC. LXXXI. II. Non. Martii Indict. IX.*

Wilhelmus Epus Lauſannenſis — — *Datum Conſtantiae M. CC. LXXXI. XII Kalend. Octobr. Indict. IX.*

Joannes Epus Lettouienſis ordinis Domus Theuthonicorum. — *Datum Liundae anno M. CC. LXXXI. pride Idus Nouemb.*

Gotfridus Pacauienſis Epus — *Datum apud Rauenſpurch M. CC. LXXXIII. V. Idus Junii. Indict. XI.*

„*Nos frater H. moguntinenſis ſedis Archiepus* ſacri Imperii per Germaniam „Archicancellarius — — & quia ſigillum magnum ad preſens non habemus, „preſentes litteras ſigilli noſtri Secreti juſſimus roborari in teſtimonium ve„ritatis. Datum conſtantie proxima feria V. poſt ſeptem fratrum anno Dni „M. CC. LXXXVI. IIII. Id. Auguſti.

Vniuerſis Chriſti fidelibus „Nos Boömundus Treuerenſis, Gerardus Mogun„tinus, Philippus Salernitanus, Johaimicius Mokycenſis, Petrus Arborens. „& Theocciſtus Adrianopol. Archiepiſcopi. Et nos Heinricus Tridentinus, „Conradus Tullenſis, Leotherius Verulanus, Bartholomeus Gaetanus, Mau„rus Aindiens. Valdebrunus Auelednens. Romanus Crohens. Philippus Ve„ſulanus, Peronus Larinens. Synibaldus Ymolens. Marcellinus Turtibulens. „Bonifacius Boſouienſis, Petrus Tirakouenſ. Bartholomeus Groſſetanus, Guil„lelmus Calenſis, & Boniſacius Parentinus Epiſcopi — — — — cupientes „vt Monaſterium in Wingarten & Eccleſia parochialis in Altorff, Capella „S. Georgii, Capella S. Chriſtophori, & Capella S. Fidis Conſtant. & Tri„dent. Dioeceſ. congruis frequententur honoribus — — omnibus vere poeni„tentibus & Confeſſis — — qui ad videndum ſanguinem Domini ad dictum

„Mona-

 

„Monasterium — — causa deuotionis accesserint —. — singuli singulas qua-„draginta Dierum indulgentias, dumodo dioecesanus ad id suum praebeat „assensum, misericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei testimonium „praesentis paginae scriptum nostrorum sigillorum firmitatis munimine duximus „roborandum. Datum Romae anno ab Incarnat. Domini M. CC. LXXXIX. Pontificatus Dni Nicolai pp. *quarti anno primo.*

Qui me haec sine omni vtilitate transscripsisse putant, hi sane Antiquitatis studio nondum dedisse operam conuincuntur. Sed jam ad Hermannum redeamus.

3. *Anno Domini* 1270. *dedicata est Capella in Oberlounon, in honore Sanctorum Martini & Oswaldi, Fidis & Benedicti sub Venerabili Dno Agenone* (Egnone) *tridentino Epo procurante & agente Domino venerabili Hermanno de Winegarten in Oct. Epiphaniae*, ex MS. Coaeuo. Ab eodem Egenone epo tridentino Capella S. Georgii in Lenon monasterio nostro incorporatur anno 1272. Anno 1282. ad instantiam *Meinhardi Comitis Tyrolis* Capella S. Georgii confertur cuidam suo Notario, sic tamen, vt haec collatio non praejudicet. Ex ipsis Litteris Excerpta damus: „*Nos Meinhardus* tyrolis & Goriciae Comes, Aquilegiens. „Trident. & Brixiensis Aduocatus — — profitemur, quod cum Dominus „Hermannus venerabilis Abbas & Conuentus Monasterii de Wingarten ad „nostram instantiam inclinati Rudolfo de Ysinina Notario nostro prouentus „Capellae S. Georgii sitae vltra villam Leunnam in monte titulo praeben-„dali contulerint — — — Nos eis Abbati & Conuentui stipulatione inter-„posita promittimus his in scriptis, quod de caetero ad conferendam ipsam „Capellam siue prouentus ejus alicui personae ipsos precibus nostris seu alio „quocunque motu sollicitare non debemus, vel mouere, sed de ipsa Capella „& suis prouentibus relinquere tenebimur liberam facultatem ipsis quidquid „suo Monasterio videbitur expedire, ordinandi. In cujus rei testimonium & „memoriam euidentem praesentes eis dedimus nostri sigilli munimine robo-„ratas. Datum in Inspruk Anno Dni M. CC. LXXXII. die Dominico, tertio „decimo intrante Decembri, Indict. XI.

Sub eodem Hermanno Abbate Ecclesia parochialis in Rauensburg, olim filia Altorffensis separata est, vt patet ex MS. Libro veteri in haec verba: *Anno* 1299. *Dominus Ellend Decanus in Altorff, & sigbotus incuratus primus in Ra-*

uensburch

wnspurh filialis Eccliae S. Mariae in Altorff, nuper separatae a matrice praedictae Ecclias in Altorff.

Tempore hujus Abbatis obcurrunt Viri Nobiles, quos inter principem locum jure obtinent *Conradinus* dux filius Conradi, filii illuſtris Friderici Romanorum Imperatoris, & *Fridericus* Auſtriae Dux, qui antequam anno 1268. 29. Octobris Indict. XII. Neapoli decollarentur, Monaſterio noſtro pia legata fecere, quod quidem ex Litteris a Joanne Bricaudi milite, Domino de Nanngeio ad nos datis diſcimus, qui etiam teſtamentum horum Principum excepit, & in binas membranas redegit, quae etiamnum inter alias Archiuii noſtri Litteras, repoſitae adſeruantur, quarum prima hujus eſt tenoris.

„*Vniuerſis preſentes Litteras inſpecturis Joannes Bricaudi Miles*, Dominus de „Nanngeio ſalutem & ſyncere dilectionis affectum. Noueritis, quod nobis „praeſentibus & multis aliis fide dignis Dominus *Conradus* natus olim Do„mini Conradi, filii, quondam Dni F. Illuſtris Rom. Imperatoris ſanus mente „& corpore addens teſtamento dudum ab eo condito, iterato, conceſſit Do„minis Ludewico & H. Ducibus Bauarie *auunculis ſuis*, omnia bona ſua juxta „tenorem Priuilegii, que alias eisdem Ducibus, ſe aſſerit conceſſiſſe. Te„ſtamentum vero predictum in omnibus ſuis Capitulis confirmauit, rogans „predictos auunculos ſuos per fidei commiſſum, vt reſtituant mutuum ſibi „factum per S. dominam Schongewariam ciuem Auguſtenſem & adſoluent. „C. & F. ciues Auguſtenſes obſides quos habent, & quod ipſi faciant ſa„tisfieri miniſtro de Baunsperg & Nadelario ciui in Rauenspurg.

„Item reliquit pro remedio anime ſue Monaſterio de Landeshutt CC. „Lib. Auguſten. ſuper bonis ſuis. Item Monaſterio de Kaishaim CCC. Lib. „Auguſten. monet. Item CC. Lib. Auguſtenſium Monaſterio vbi manet ſan„guis Chriſti in Winegarten. Item CC. Lib. Monaſterio minoris Augie. „Item C. Lib. Augſt. Clauſtro dominarum S. Catharine in Auguſta. Item vo„luit, quod predicti auunculi ſui nos predictum Joannem requirant, per quem „ſciant finem & proceſſum ſuum, & Auunculi ſui Ducis Auſtrie. Item re„commendat ſuos fratres auunculis ſuis ante dictis, que omnia valere voluit, „jure teſtamenti, vel Codicillorum, vel cujuslibet alterius vltime voluntatis, „per quod majoris obtineant roboris firmitatem. In quorum omnium noti„tiam preſentium, & memoriam futurorum preſentis teſtamenti paginam ad

L „preces

 

„preces & mandatum predicti Domini C. Sigillo nostro fecimus comm
,,Actum & datum Neapoli anno Domini M° C°C. L°XVIII. die Lune X
,,Octob. Indict. XII.„

Altera, *Friderici* scilicet, sic sonat:

„*Vniuersis presentes Literas inspecturis*, *Joannes Bricaudi* Dnus de Na
„salutem & syncere dilectionis affectum. Noueritis, quod nobis prese
„& multis fide dignis, Dnus F. Dux Austrie sanus mente & corpore,
„hunc in modum jure testamenti, siue scripti, vel codicillorum volun
„vltimam declarauit. Inprimis legauit Duci Ludewico, & Duci H. & e
„heredibus totam terram, que ad ipsum in Austria jure hereditario pe
„Item voluit & ordinauit, quod ipsi pro anima sua soluant ratione her
„rie concessionis, Inprimis CC. Lib. Ratisponensium Mon. dnarum in
,deshût. Item Monasterio S. Catharine in Augusta C. Libr. Ratispo
„Item Monasterio de Kaishaim CC. Lib. Ratisponens. Item Monasterio
„cti Sanguinis de Winegarten CC. Lib. Ratisponensium. Item Mona
„S. Marie de maudtis C. Lib. Item Centum Lib. Monasterio de M
„Item Monasteriis S. Nicolai, vbi predictis Ducibus videbitur expedi
„Lib. Residuum vero mille Libre dentur, vt eis melius videbitur
„dire. Item quia fidem eorum cognoscit rogauit eos pro anima
„Item rogauit qui habeant recommendatam suam vxorem & sor
„Item predictus F. legauit Matri sue & Sorori sue terram stirie v
„nesaciant pro anima sua & rogauit quod mater sua det pro anim
„— CCCC. marcas argenti. Item quod reddet de *stolmarchent orcani* *)
„marcas denariorum. Item quod dentur L. Vncie pro anima sua,
„dedit ei quidam mercator, quem non cognoscit. Item de dictis C
„marcis Argenti dentur XXX. marce Monasterio S. Marie de Bouron
„assignantur iste XXX. marce Domino stephano ejusdem monasterii S. M
„Item de CCCC. marcis dentur XXX. marce fratribus minoribus de Wo
„Residuum detur vbi melius videbitur expedire pro anima sua, que o
„valere voluit jure testamenti, vel Codicillorum, aut cujuslibet alteriu
„time voluntatis, per quod majoris roboris obtineant firmitatem. In qu
„omnium testimonium presentium, & memoriam futurorum presentis
„menti paginam ad preces & mandatum predicti Domini F. Sigillo n

„

*) *Sic lego.*

„fecimus communiri. Actum & datum Neapoli Anno Dni M°. C°C. LXVIII. „die Lune XXIX. Octob. Indict. XII.

Anno 1273. Rudolphus Primus Romanorum Rex *) ad Monasterium huc diuertit, vt Synchronus Monasterii nostri scriptor habet hisce verbis:

„*Anno Dominice Incarnationis M° C°C. LX°XIII.* Rudolfus Rom. Rex, anno „regni ejus primo, secundo veniens ad hoc Wingartense Monasterium affuit „consecrationi altaris omnium sanctorum ad gradus, post ejus recessum ve„nit infra octauam Apostolorum Petri & Pauli tertia die Regina sua Anna „in magno comitatiuo & cum decenti honore ab Abbate H. hujus loci & „conuentu suscipitur, & cuncto Thesauro Dominici SANGVINIS aliarum reli„quiarum & gemmarum viso, ducitur in triclinium in extremitate Palatii „edificatum, vbi discumbens epulari coepit cum his, quorum nomina inse„renda non incongrue duxi: Mehtilde Ducissa Bauarie, Agnete Ducissa Saxo„nie, Guta Regina Sicilie, Cleinta Regina Vngarie, Catharina & Halewige „filiarum, R. fratre ipsarum. Elizabeth filia Comitis in Zimbaren etc.„

Anno 1274. Idem Rudolphus confirmat omnia Monasterii nostri Priuilegia, inseritque totum Friderici Barbarossae Diploma. Testes hujus Confirmationis sunt sequentes: „Rudolfus *Gubernator Ecclesie Campidonensis* de Rainberch, „de Lorcha, & Marrchart Abbates. L. Comes de öthingen. Hugo de Wer„denberch. R. de Monte forti. Al. & Burchardus fratres de Hochenberch „Comites. Krafto Gotefridus, & C. de Hohenloh, Conradus Pincerna de „Winterstetten, Eberhardus Dapifer de Walpurch & alii quam plures. Da„tum Rodenburch Anno Domini M. CC. LXXIV. octauo Idus Aprilis Indict. „secunda. Regni nostri anno primo. Ego F. Heinricus de Ordine fratrum „domus Theutonicorum Doctor Decretorum, Regulis Curie Prothonotarius, „vice venerabilis Cancellarii regalis curie O. Prepositi Sancti Widonis spiren„sis recognoui priuilegium & hanc confirmationis *paginam de mandato tradidi* „*speciali.* Ex Apograph.

L 2 Eodem

*) *Notum est eum h. a. electum primum fuisse circa* festum S. Michaelis, *itaque existimo scriptorem per ampliationem temporis loquutum fuisse, vt sensus sit: Rudolfum hic adfuisse eum, qui anno* 1273. *factus est Rex, vel vitiatus est numerus: vt taceam, membranam ita esse maculosam, vt vix opices discerni queant.*



Eodem anno *Hugo Comes de Werdenberch Judex prouincialis a Domino Rege in Rauenspurch & suis terminis deputatus quamdam* controuersiam componit, interfuerunt *Vlricus nobilis de Aicham, Wol. de Chamenete. S. Senior de Mindelberch, B. de Chiseleck & alii plures. Datum apud Rauenspurch II. id. martii Indict. 2. anno Dni M. CC. LXXIV.* Alteri quoque Compositioni adfuerunt *Vlricus nobilis de Aicham. S. Senior de Mindelberch, B. de Kiselegge Dapifer de Diescinhofin — Dnus Hatto de scil. etc.*

Anno 1283. *Idem Rudolfus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus* vniversis Imperii Romani fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam & omne bonum. Etsi ex officio — — — precipue tamen venerabili Monasterio de Vineis, quod jure aduocatitio immediate nobis subjicitur non indigne conuenit nos gratia specialioris Defensionis adesse etc. Datum Castris ante Brunetrut XIII. Kal. April. Indict. XI. Anno Dni M. CC. LXXXIII. regni vero nostri X. *Ab Adolfo Romanorum Rege* etiam Litteras accepit Hermannus Abbas, e quibus haec excerpere volui: *precipue tamen Defensionis nostre dexteram porrigere debemus Venerabili Monasterio de Wingarten, quod Jure aduocatitio immediate regie subjicitur majestati etc. Datum apud Hagenojam tertio Idus Augusti Indict. VIII. regni nostri anno quarto.* Hoc ipsum, de quo supra, Friderici I. Priuilegium confirmauit quoque Albertus Romanorum Rex anno 1299.

Meinhardus Dux Carinthiae & Comes tyrolis etc. fundationis Litteras Guelfi Ducis, vt vocant, *vidimauit. Otto Dux Carinthiae*, Tyrolis & Goriciae Comes etc. confirmat jura & consuetudines Monasterii Wingartensis in bona sua in Comitatu tyrolensi sita, que tempore *Carissimi Patris* habuit, datae sunt 1297.

Alii Nobiles: *Bertholdus Dapifer de Rordorf.* — hujus rei testes sunt *Eberhardus* Consanguineus meus Dapifer de Walpurc. *Dominus H. Indomitus Vir, etc.* — — in hujus rei certitudinem praesentem Literam sigillis Consanguineorum nostrorum *Waltheri de Warthusen & Eberhardi de Walpurc Dapiferorum ac nostro fecimus communiri. Datum Winegarten Anno Dni M. CC. LXVII. XIIII. K. April. Ind. X.*

Anno 1269. iidem obcurrunt *Bertholdus* & *Eberhardus*, nec non *Heinricus Wildemann*, testes inter est etiam *Eberhardus Dapifer Epus constantiensis.*

Anno



Anno eodem *Albertus de Liebenow, Hainricus de Ringg*, *Fridericus & Joannes dicti Wildemanni.*

Anno 1275. *Hainricus de Werdenberg Lantgrauius Superioris Sueuie, quod de Mandato Domini Rudolfi Dei gratia Rom. Regis reuocare distracta teneretur*, Limites in Curia *Sulpach* per certa Signa in nemore distinxit. Testes venerabilis Hermannus Abbas de Wingarten — — Huntpis ciuis in Altorff.

1276. Reperiuntur *Hainricus Pincerna de Yttendorff*, & *Hermannus Pincerna de Smalnegge fratres, quatuor fratres de Moshaim. Conradus Senior Pincerna de Winterstetten, Bertholdus de Ernsfperg.*

1278. Inuenitur *Manegoldus Comes in Nellenburg*, & 1279. *Meinhardus Comes Tyrolis*, & Sigillum Ejus ratione curiarum tyrolensium.

1282. *Vlricus de Kunsegg miles, Heinricus Pincerna de Smalnegge Senior. Eberhardus Dapifer de Walpurg miles. Bertholdus Notarius Weingartensis* testes.

1283. *Wernerus de Raderay, Conradus miles de Hasenstain* & *Heinricus filius ejus. Hugo de Zange.*

1284. *Prepositus in Langenow Ordinis S. Benedicti* (erat Prioratus Spectans ad Monasterium S. Saluatoris in Schaffhausen, hodie Ord. S. Paulli Eremitae) *Hainricus dictus Wazo de Walpurg, Hainricus dictus stameler miles cum consensu Dominorum Pincernarum de Bayenburg & Vlrici de Marchdorff etc. Abbas Vlricus in Salem, Rupertus & Dietricus de Kislegg Monachi ibidem. Dominus Hainricus de Pfefichouen, Dnus Joanes de Lichtinueld atque alii Monachi Augie minoris. Viri nobiles Dnus Rudolfus & Hugo Comites de Montfort. Dnus Hainricus Pincerna, Dnus Burchardus de Tobel miles, Dnus Eberhardus de Walpurc.*

1286. Obcurrit *Eberhardus de Bussen & Auunculi ejus Hainricus de Schmalnegg & filii ejusdem Hainrici: Conradus & Hainricus de Beyenburg Pincernae. Heinricus miles de Ysenburg.*

1287. *Heinricus miles de Neufra, Bertholdus miles de Attenhofen, Marquardus miles de Schellenberg & Dominus de Hohentanne.*

1288. *Weizelo & Conradus germani fratres filii quondam Wezilonis de Ringeburc. Vlricus de Clungeserge & Bertholdus de Fronhouen. Conradus de Winterstetten Pincerna regalis curie.* Hoc item Anno *Eberhardus Dapifer de Walpurc dilectus in chro*

L 3 noster



noster amicus per concambium accepit septuaginta duas marcas argenti legalis pon vsualis, quam pecuniam in sui & heredum suorum vtilitatem conuertit, quando casi Walpurc comparauit.

1289. *Rudolfus Comes de Montfort, Eberhardus Dapifer de Walpurc gener Marquardus & Vlricus de Schellenberg milites. Heinricus de Wildenegge dictus i demann & Vxor ejus Catharina filia B. militis de Lapide.*

1290. *Hainricus miles de Hasenweiler, Fridericus miles de Rueth. Heinricu Sumerow. Hainricus Pincerna de Yttendorff, duo Comites Chirchberg fratrueles.*

1293. *Rudolfus Epus Constantiensis. Hainricus quondam Prepositus in Wal Bertholdus ejusdem monasterii Canonicus. Eberhardus de Walse miles aduocatus monasterii.*

1294. *Wernerus de Raderay. C. de Hasenstain. Heinricus Pincerna de Yttend Joanes miles de Ringenburg. Sibboto Abbas S. Vdalrici in Augusta. Hugo Comes de i ligenberg & Werdenberg.* Eodem Anno *Conradus Pincerna de Winterstetten Senio Conscientie remorsum ex malis monasterio Weingartensi illatis conceptum & ad pla dum propterea Deum quasdam personas proprias Deo & SS. Patronis ejusdem mon rii offert.* Monitum heic Lectorem minus eruditum velim, ea praecipue tate quoquo fere angulo castrum alicujus Militis stetisse, inde excurre praedas agebant, adjacentia igitur praedia vel eis a Monasteriis benefici jure erant concedenda, vel saltem modius auenae Defensionis caussa tit aduocaticio pendendus, inde tot Aduocati enascebantur. Lapsu temp praedia eis in beneficium vel defensionem concessa, tanquam sua & pro vsurpabant. Si Monasteria recuperare ablata vellent, redimere soluto pr debuerunt. Auita etiam Bona Monasteriorum bis terque abstracta, dup quoque pretio soluto, pristinis vindicanda juribus erant. Possem hujus facile adducere testimonia; sed consulto abstineo, ne quemquam laed me velle in suspicionem adducar.

Anno 1295. *Obcurrit Ortolfus miles in Hasenwyler* & *Hermannus Pinc de Otolschwang.*

Anno 1296. *Albertus Comes de Hohenberg* consentit Compositioni rati *Egg*, quod *Vlricus de Stuben*, & *Heinricus de Ebenweiler* ab eodem *Alberto co te* in feudum acceperant.

An

Anno 1297. Hermannus Abbas fundat *Congregationem Monialium in Oppido Altdorffensi* ſub tertia regula S. Franciſci, quae noſtro adhuc tempore ſubſiſtit, atque Directioni Abbatis Weingartenſis in Spiritualibus Commiſſione Epiſcopali ſubeſt.

Jam in Diſſertatione praeuia diximus, nos ex Altmonaſterio Altdorffium, Moniales autem Altdorffenſes noſtri loco Altomonaſterium facta Bonorum commutatione translatos fuiſſe, quod vt abundantius pateat, Litteras huc integras ab Abbatiſſa in Altenmünſter ad Hermannum Abbatem anno 1268. datas transſcribere operae pretium duximus.

In nomine Dei aeterni Amen. „Venerabili Viro variis virtutibus redimito, „dilectiſſimo Patri ac Domino in Chriſto H. diuina prouidente gratia Abbati, „totique conuentui in Weingarten, ordinis S. Benedicti Conſtantienſ. dioeceſis „miſeratione diuina Abbatiſſa, quamuis indigna, totusque conuentus Sancti„monialium in Altenmünſter ordinis ſupradicti, Friſienſis Dioeceſis cum de„vota obedientia, quicquid poſſunt obſequii & honoris. Fortiora ſunt omnia „gerenda ſimul & geſta, nec vllius fraude poſſunt perturbari, ſi dicta & acta „ſcriptis liquido valeant proteſtari. Licet dilectiſſimi, lata terrarum interſti„tia nos corpore ab inuicem disjungant, feruens tamen amicitia & Chriſti „Charitas, viciſſim mente nos copulat. Proinde jungat Epla, quos disjun„git corporalis abſentia, & quotidiana repreſentet oratio, quos longa terra„rum ſecernit intercapedo. Vt autem ambages verborum euitemus, cura ve„ri regiminis, quae ſubjectis nouit praeeſſe, ac prodeſſe nocturnis, diurnisue „laboribus inſiſtere appetit, vt ouibus Chriſti ſibi creditis quietem deuotionis „competentius poſſit miniſtrare.

„Nimirum Nos Abbatiſſa in Altenmünſter ad idem tenemur, vt Mo„niales nobis commiſſas in ſtatu laudabili debeamus conſeruare, & ad ma„jora pro viribus promouere. Verum cum ex innata fragilitate ad quodlibet „vtile muliebris conditio debilior videatur, jure praeſidium ab his quaerimus, „quos vnum & eundem a primaeua locorum fundatione, quamuis per nobilem „ac venerandam matronam *Catuli filiam* *) *Irmdrudim* locis eisdem nutu diuino „permutatis, Patrem & Patronum S. videlicet Altonem habere cognoſcimus. „Quamuis igitur ſecundum Philoſophum non ſecundum Euangelium, benefi„cium

*) *Error, vel* vxorem *vel* matrem *dicere debuerat.*

„cium jure ſit negandum, vbi nullum praeceſſerit meritum, tamen quia „Charitatis Zelo vos feruere ſcimus, cum fiducia pleniore poſtulata accedi„mus, omnigenam dilectionis veſtrae Beneuolentiam a pluribus maxime „commendatam, ſubjectiuis precibus implorantes, quatenus ob reuerentiam „Dei & Ordinis, nec non humilium totius noſtri Conuentus precum inter„ventu, Vos o R^de Abbas, veſtrique Succeſſores *ſemel in anno ad minus* in pro„pria perſona domum noſtram *viſitandi gratia* accedentes, *viſitetis eandem*, *tam* „*in ſpiritualibus*, *quam temporalibus*, & ſi quid ſubtilitas veſtra ibidem corrigen„dum inuenerit, quod nimis perplexum in judicando noſtras forte vires ex„cedat, prout lima correctionis indigere noueritis, nec non expedire videri„tis, *Auctoritate ordinis*, *& jure Paternitatis*, quod vobis coram Deo ſpectare „profitemur, ſecundum Deum & formam Ordinis! *tam in capite quam in mem-* „*bris* finaliter corrigere dignemini.

„Sane his praemiſſis Charitati veſtrae, quae longius reſpergendo ſe dilata„uit, *ſuper beneuolentia ſoepius nobis exhibita obnixe regratiamur*, munus orationum „noſtrarum, cum nil melius habere poſſumus nobis transmittentes. Ex pia „nempe deuotionis affectu, quam erga domum noſtram vos habere didici„mus, qui hucusque bono odore immediocriter flagrauit, viciſſitudinem quam „poſſumus, quasmuis indignam mente beneuola vobis rependentes, plenam „participationem orationum & omnium ſpiritualium beneficiorum, quae de „cetero fient apud nos vobis benigna charitate concedimus. Adiicientes „de dilectione ſpeciali, quod cum obitus cujuscumque veſtrum ſub veſtrarum „teſtimonio Literarum noſtro innotuerit capitulo tantum pro vobis fiet, quan„tum pro vna ex noſtris ſororibus cum decedit, in Miſſis, Vigiliis, com„mentationibus, jejuniis, orationibus & in pſalmis fieri conſueuit.

„Vt ergo praelibata in perpetuas aeternitates firmitatis robur obtineant, „& ne a partibus vlla arte, aut fraude debilitari valeant, praeſens Inſtru„mentum noſtrorum munimine ſigillorum patenter vobis tradimus communi„tum. Super praedictis veſtras literas petentes ſub chyrographo veſtrorum „firmiter ſigillorum ac fideliter roboratas. Datum & actum apud praetaxa„tum Monaſterium Altenmunſter. Anno Dni Mill^mo Ducenteſimo ſexageſimo „octauo. In die S. Georgii martyris. Indictione vndecima regnante Domino „noſtro Jeſu Chriſto in Coelo & in terra per immortalia ſecula. Amen.

Preſtiti

Perſtitit hoc monaſterium penes ſanctimoniales ordinis noſtri vsque ad Georgium Bauariae Ducem. Qui quum ordinis quoque Saluatoris, ſeu S. Brigittae in Ditiones ſuas inducendi deſiderio teneretur, a Summo Pontifice facile obtinuit, vt Brigitanis noſtrae locum cederent, quod factum eſt c. a. 1486. hodie, vt audio, vix non proſtratae earum res jacent. Nolit Deus, vt tantum antiquitatis & munificentiae Guelficae monumentum, primaeque noſtrae Cunae eſſe deſinant!

Anno 1278. Inita eſt Fraternitas inter noſtrum, & S. Andreae Monaſterium Mantuae, ſedente ibidem ad Abbatiae clauum Alberto Abbate, qua de re alibi fuſius acturi ſumus. Confraternitatis hujus Confirmationem ſub Abbate noſtro Joanne de Eſſendorff factam fuiſſe infra inuenies.

Obiit tandem meritiſſimus Abbas anno 1299. V. Kalend. Januarii, ſeu 28. Decembris, vt vetus Necrologium Seculo XIV. ſcribi coeptum habet. Sepultus eſt in Capella S. Petri, ad hunc vsque annum vitam & regimen produxiſſe conſtat ex Litteris concambii quod Hermannus hic habuit cum Heinrico Pincerna de Yttendorff: *Actum Weingarten menſe majo Anno M. CC. LXXXXVIIII. primo anno Regni Sereniſſimi Domini Alberti Regis Romanorum. Indict. XII.*

FRIDERICVS AB HELLERSPERG ABBAS XVII.

Hunc anno 1300 regimen fuiſſe auſpicatum conſtat ex ternis Archiuii noſtri Litteris hoc anno ſub hoc Abbate datis; praecipue vero ex concambio, ſeu potius quadam compoſitione Fridericum inter & Abbatiſſam in Baind anno 1300 intrante Menſe Junio Indict. IV. facta. Proximo anno idem *Fridericus* neſcio quibus conſiliariis vſus, *Eccleſiam parochialem in Eriskirch,* quae monaſterio incorporata erat, atque inſignem Villam cum omnibus Poſſeſſionibus ac Jurisdictionibus addita inſuper notabili pecuniae Summa commutat cum *Hainrico Epiſcopo Conſtantienſi* renunciante *quartae parti Decimarum in Berg.* Datum & Actum conſtantie anno Domini milleſimo trecenteſimo primo XIX. Kal. Septemb. Indict. XIV.

Anno 1305. *Joannes Dapifer de Walpurg* poſtulatus ab Abbate Friderico in quaedam praedia Aduocatus datis Litteris tam pro ſe, quam pro ſuis

 

haeredibus pollicetur se adsignatis Redditibus contentum fore sub poena a
tendi Juris Aduocatitii. Vbi haec lego: „*Praefatus Abbas & Conuentus*
„*fide de mea amicicia presumentes*, & fiduciam gerentes quodamodo pleni
„infra scripta predia seu Bona titulo proprietatis seu quouis jure sibi p
„nentia sub alas mee protectionis confugiendo consensu vnanimi habita
„liberatione mihi voluntarie commiserunt. — — — . statuentes consensu
„adhibito, quod nec herbergas, nec freda nec stiuras nec aliquas alias
„actiones ego vel heredes vel successores mei pro tempore existentes in
„dem bonis exigere presumamus, nec aliqua seruitia requirendi habea
„potestatem. — — Quodsi me ignorante mei tamen occasione antedi
„pactum contingeret violari in futuro alium sibi in predictis bonis seu pr
„potestatem habebunt substituendi quemcumque pro suo beneplacito v
„rint Aduocatum. In quorum euidentiam & memoriam firmiorem pre
„Instrumentum ad petitionem confectum & conscriptum sigillo proprio
„communiri. Datum & Actum in *Wingarten anno Dni M. CCC. V. VI.*
„*lend. Septemb. Indict. II.*

Simile pactum cum eodem Joanne Dapifero initum est post quinq
nium. *Datum & Actum in Wingarten anno Domini M. CCC. decimo, die Sab*
proxima post festum B. Joann. Baptiste. Idem ipsum pactum sub *Eberhardo 1*
fero de Walpurg renouatum est Anno 1359. Sigillum rogatus appendit qu
Otto frater ejus, feria VI. ante Narcissi.

Sub hoc Abbate vixerunt, & data occasione obcurrunt Viri No
hoc ordine:

Anno 1300. *Hermannus miles dictus Wildemann, & Filius ejus Heinricus*
nachus S. Vdalrici Auguste. Berchtoldus miles de Ebersperg. Conradus Pincern
Bayenburg. Heinricus Pincerna de Yttendorff.

1301. *Heinricus Epus Const. Vlricus miles de Kunigsegg, Anselmus de Justin*

1304. *Joannes Dapifer de Walpurg. Vlricus miles dictus Wildemann. Ort*
de Hasenwyler, Erhardus & Joannes fratres de Wombrehts.

1305. *Vlricus Prior, Lucrandus Prepositus de Ochsenhusen.*

1307. *Vlricus de Phlegelberg miles. H. & Siueridus dicti de Arnsperg.*

1308. *Eberhardus Aduocatus de Sumerowe. Frater Joannes de Clingenberc Commendator in Altshusen, ac fratres vniuersi dicte domus ordinis fratrum theutonicorum.*

1310. *Conradus Aduocatus de Sumerowe.*

1311. *Hainricus Polonie Rex, Comes tyrolis. Wilhelmus Comes de Tettnang. Conradus permissione diuina humilis prepositus & Archidiaconus S. Marie in Raitenbuch.*

Mortuus eſt Fridericus Abbas X. Kal. May, ſeu 23. Aprilis Anno 1315. hoc enim anno habemus Litteras ſub *Conrado de Ibach* Ejus Succeſſore datas in die *S. Matthaei.*

CONRADVS DE IBACH
ABBAS XVIII.

Conradum anno 1315. Praeſulatum adiiſſe ex litteris mox adductis conſtat.

Nactus eſt hic Abbas Biographum ſui temporis Monachum pro more ejus aeui barbarum & ſumme ſterilem, quem ex Veteri M. S. Solertiſſimus Abbas Georgius in hanc ſententiam deſcripſit: „Prouidentia ſapientum & excellentum „geſta Virorum glorioſa Litterarum amminiculo futuris Lectoribus relinquere „conſueuit, vt in ſuorum prelucidis virtutum ſpeculis anteceſſorum commen„dabilis vitae formam inueniant, & Exemplum.„

Cum igitur laude digna quondam hujus Monaſterii Praelatorum & proxima relicta poſt ſe legeremus emolumenta, & veſtigia bene ſequentibus praeferenda: Reuerendi Patris, ac Domini honorandi *Conradi de Ibach* diuina clementia ordinante, praefati hujus Monaſterii Abbatis Acta, & Vitam e merito laudis praeconio excolenda, ne Lucerna praelucens ſub modio lateat, & tam ſplendidi luminis indignam patiatur eclypſin, veritatis deſiderium titulis ſuorum praedeceſſorum commendabilibus nos compulit annotare.

Hic etenim a primae aetatis ſuae temporibus bonae indolis tyrunculus indefeſſus, in virtutum operibus ſub glorioſo praelato *Friderico* ex Dei permiſſione quondam Abbate hujus Monaſterii, beatae memoriae tam feliciter militauit, vt in ſui corporis habitaculo, ſapientiae domum Columpnis efficaci-



bus suffultam aedificaret, studuit etenim ordinatim per passus prouidentiae ad honoris fastigium anhelare, sub quo & in aetate jam profectiore, dispensator studiosus *Praepositurae* suscepit officium. In quo equidem negotiando talenta sibi commissa exegit multiplicando, vt tanquam seruus prouidens & in pauca fidelis, super Ciuitatem collocari mereretur a Domino commendatus.

Igitur per honoris culmen gradatim ascendens, & a foelici principio foelicius per medium ad foelicissimi fines adeptionem contendens, secundis gressibus sine deuio procedebat. Reuerendo igitur quondam Patre, & Domino honorando, memorato *Friderico Abbate*, foelicis memoriae, post laboriosum praesentis Vitae certamen, in coelestis regni patria recepto praedictus Pater & Dominus per retro actam gestorum ipsius commendabilem bonitatem, futurae foelicitatis cunctis sibi commorantibus praebuit conjecturam adeo, vt ab hujus Monasterii Confratribus sanctis & deuotis ad vacantis regiminis gubernaculum, velut Architectus prudens, melior & expeditus aestimatus, quamuis etiam tanti honoris onus abhorreret, tamen inuitus ad Abbatiae dignitatem vnanimi gaudio traheretur.

Cum autem diuina gratia Omnipotentis Dei huic Monasterio per tam prouidi Pastoris bonitatem prouidisset circumspecta morum Conuersatione obseruata, cunctis in praesenti loco commorantibus, nec non & hominibus *huc vndecunque locorum confluentibus*, & verbo & opere sic amabilem se studuit exhibere, vt benigne ipsius honestatis gloria non solum in prope positorum auribus, sed etiam longe distantium hominum personaret. Gloriosa *hospitalitatis liberalitate* sic fiebat, quod etiam viri cujuslibet conditionis nullam penitus patientes repulsam, in hoc Monasterio ad largam cibariorum refectionem horis omnibus reciperentur. His autem quos Praelati tam praeclara recepit praesentia, ejusdem *vultus serenus* manuum largitatem dulcorans ammirabile gaudium generauit, & epularum numerum delectabilem & pretiosum hospitis facetia hylaris & copiosa mentem pascens praecellenti dulcedine per condiuit. Prae omnibus autem rebus erga commissam sibi negotiorum spiritualium & temporalium dispositionem, & ordinationem proficuam, sicut paterfamilias prudens & vtilis prospero vigilauit processu, & cuncta quae ipsi Monasterio introrsum, & exterius pertinebant, manutenens, attentae custodiae tenore vnicuique rei congruo & competenti in minimis etiam non deficiens, solertissime adaptauit.

Numero-

Numerosam ficut decet *familiae* pafcebat honeftatem, quam fub tam decenti continuit *difciplina*, vt & Seruientium conuerfationi & dominantis fapientiae, vniuerfi congratulantes, & veram Salomonis laudantes fapientiam, ...lerent in exultatione animi dicentes: Beati, qui habitant in domo tua ...ne, in fecula laudabunt te.

...n fuper & Monafterium *graui debitorum onere* inuolutum & oppreffum in... a quo etiam fine periculofa hujus Coenobii rerum diftractione minime ...atur abfolui poffe, fed tamen & ipfum Coenobium, fine alienatione ...onum qualibet Deo fibi cooperante ab omni creditorum petitione & ...rum fafce protinus exonerauit. Sed quia non eft tam compofitae foe... homo, qui non aliqua ex parte cum ftatus fui qualitate rixetur, mul... ...amaritudinibus humanae foelicitatis dulcedo eft refperfa, nec vnquam ...i parte beata reperitur.

...ofperitatem igitur tanti ac talis Patris reuerendi, turbulenta terrarum ...s orta in litigio duorum *Illuftrium Principum*, videlicet *Friderici gloriofi* ...*Auftriae*, & *Ludewici praecelfi Ducis Bauariae*, fimul in Romanos Reges ex ...lia Principum, electorum, omnem terram erumnofa miferiarum qua... procella, & per longa temporis fpatia durans, infinitis & praeualidis ...s perturbauit. Erat enim cujuslibet hominum conditionis ftatus, ca... ...raefidio fuperiorum, & Ciuitates etiam validae, rura, villae, & oppi...n hominibus in ipfis degentibus, & quod miferabile eft dictu, Clau...a Coenobia penitus indefenfa, & impietati objecta praedonum, feroci, ...liberae rapacitatis ipforum obnoxia poteftati, taliter, vt agricolae & ru... ...agris fuis relictis & amiffa facultate ab ipforum laribus nudi receden... ...amentabili ejulatu mendicitatis cogerentur incurrere paupertatem. Vnde ...tum eft, quod reditus, prouentus & obuentiones huic Monafterio de ...gris & Poffeffionibus plurimum deuaftatis, debitae, totaliter fubtrahe..., vel in parte minima poterant exfolui.

Et cum infatiabilis armigerum exactio veluti luporum rabies famelica & profunda ventris ingluuie concitata, populum, tanquam ouium gregem orbatum paftore, omni timore vindictae & talionis *poftergato*, dentibus prophanis validique laniaret, tam magnificus Pater a Virtutum tramite non declinans tantae aduerfitatis hyemi impetuofae, & in modum torrentis properantium

 molestia-



moleſtiarum grandini, animum tanquam fortunae cedens, non ſubmiſit, ſed magnanima cordis alacritate, vt fortiſſimus propugnator reſiſtens fortunae verberibus verba dedit. Tyrannidem Principum, militum & ſeruorum inexpletam, infinita pecuniae largitione, vini & *bladi* erogatione, quaſi quotidiana, *ſub ſpe tutelae* Monaſterio & ſeruilibus ſibi perſonis obtinendae, majus periculum minori pretio praeuenire cupiens, laeta facie, quaſi voluntarie donans meminit conſopire.

Nec propter hujusmodi cumulum praeſſurarum ab hoſpitalitatis receſſit gloria, immo quaeque ad hujus Monaſterii neceſſitatem & ornatum congrua lautiſſime procurauit, defectus quoslibet tanquam nihil infortunii paſſus radicitus amouendo. Aedificia noua & vtilia conſtrui procurauit, antiqua & vetuſtate collapſa non ceſſauit reficere, *hunc librum* & *varia librorum volumina*, prout ipſe veritatis effectus demonſtrat, non leuibus conſcribi juſſit expenſis. — — — —

Aedificauit etenim *ſtructuras ex arte nobiles*, & materia pretioſas, videlicet *Capellam B. Mariae* Virginis *Columpnis artificioſis* ſpectabilem & eleuatam, ſpecioſam fornicibus & variis ornatibus delectabilem ſumptibus ad *trecentas libras Conſtant.* aeſtimatis. Inſuper & *nouum refectorium* fratribus hujus monaſterii inhabitandum, & vitra ejusdem ſub expenſis XL. Lib. Nec non *Campanas binas & majores, immo maximas bis confractas innouabat ducentarum librarum pretio*, pro rebus ad hujus modi innouationem neceſſariis & expenſis. Item domum in ciuitate *Rauensburg* ſitam huic monaſterio emit a Joanne dicto Jaſſe, filio quondam H. de Bichtenwiller.

Haec ex m. 5. libro. Vtinam (inquit Abbas Georgius) tantum ſaltem & de aliis collectum inueniremus!

1324. Hainricus *) Rex Poloniae, Bohemiae, Dux Carinthiae etc. Monaſterio hominem donat, cujus donationis Inſtrumentum hujus eſt tenoris:

„*Nos Hainricus Dei gratia Bohemiae, Poloniae Rex*, Karinth. Dux, Tyrolis & „Goriciae Comes, Aquileg. Tridentinenſis & Brixinenſis Eccleſiarum Aduo-

„catus

*) *Fuit hic Heinricus filius Meinhardi Comitis Tyrolis, de quo ſupra. Confer Cod Epiſtol. Rudolfi I. Celſiſſimi Martini Gerbert pag.* 48.

„catus tenore praesentium profitemur, quod ob salutem propriam & animarum „progenitorum nostrorum *Heinricum Longum*, filium quondam Vlrici longi de Ait„terbanch (*Aitterwang*) nos titulo proprietatis respicientem manumisimus, & „ipsum Monasterio in Wingarten cui per plures annos frequenti suo seruitio „astitit, donauimus, quam donationem pro nobis & heredibus nostris ratam „& inuiolabilem volumus perpetuo permanere. In cujus donationis testimo„nium praesentes litteras sibi dedimus nostri sigilli munimine consignatas. „Actum in Merano, Anno Dni Millmo trecent. vicesimo quarto die XVII. Oct. „*Indict. Septima.*„

Ad annum 1334. ab Eodem aliud in haec verba habe:

„*Nos Heinricus Dei gratia Bohemiae & Poloniae Rex*, Karinthiae Dux, Ty„rolis & Goriciae Comes etc. patere volumus praesentium. Inspectoribus vni„versis tam posteris quam modernis quod pie deuotionis incentiuo moti ve„nerande Congregationi Fratrum in Wingarten Ord. S. Benedicti Dioecesis „Consts Vini Carradam vnam, quam ipsis alias dilecta *nostra Soror inclyta Offi„nia Ducissa Karinthiae* suae vitae pro tempore per suum priuilegium speciale „indulsisse dignoscitur, quae quidem Carrada per ipsos fratres nobis ac di„ctae Sorori nostri jure aduocatali de bonis ipsorum in *Lounano* Singulis annis „dari consueuit perpetuo indulsimus, eisque eandem proprietatis ac purae & „simplicis Donationis titulo irreuocabiliter praesentibus adscribi maluimus, sic „quod deinceps eadem Carrada per dictos fratres in memoriam nostri pro „*vino Sacrificali* eodem in Coenobio perpetualiter ministretur. Harum sub te„stimonio Litterarum nostri pendentis sigilli munimine roboratarum. Datum „Tyrolis Anno Dni Millmo trecentesimo tricesimo *quarto die XXI. mensis No„vembris Indict. Secunda.*

Priuilegii, cujus heic fit mentio, a *Sorore Offinia* dati, hic tenor est:

„*Nos Offinia Dei gratia* Ducissa Karinthiae, Comitissa Tyrolis & Goriciae, „aquileg. trident. & Brixiensis Ecclesiarum Aduocata patere volumus praesen„tium inspectoribus vniuersis, quod nos in remedium progenitorum nostrorum „& nostri, & in salutem totius comitatus de tyrol venerando coenobio in Wein„garten ac etiam in honorem sanctarum reliquiarum ibidem depositarum, „specialiter tamen in Venerationem *Sacrosancti Sanguinis Domini*: nec non mi-

„nus



„nus ad fidelem ſuggeſtionem & precationem circumſpecti ac religioſi Viri „*fratris Chonradi* *) loci ejusdem Cuſtodis, vnam carradam Vini, quam nobis „praefatum coenobium ſingulis annis jure aduocatiae noſtrae dare conſueuit, „pro rempore vitae noſtrae ſoepe dicto coenobio benignius relaxamus ſub ha„rum teſtimonio literarum. Datum in Ried anno Dni millmo trecentmo vi„ceſimo octauo, in Vigilia Aplrum Symonis & Judae.

Inferius alias quoque hujus Duciſſae Litteras adducemus.

Anno 1332. Abbas noſter diploma a *Ludouico Bauaro* Imperatore accepit, quo omnia Priuilegia confirmat, nominatim: *Rudolfi Aui ſui*, & *Friderici Barbaroſſae*. Inter alia, Monaſterium Weingartenſe *immediate Imperatoriae ſubjici Majeſtati*, adſerit, mandatque *vniuerſis fidelibus miniſtris, Conſulibus de Conſtantia, Vberlingen, Lindaugia, Rauenſpurch, Sulgen, Bibrach, Mämingen, Phulendorf, Campidona, Wangen & aliarum ciuitatum officialibus vniuerſis, quatenus ſuper juribus, priuilegiis, libertatibus & gratiis ab Imperatoribus & regibus ipſis conceſſis ipſos aliquatenus non grauetis vel obſtaculum opponi ab aliis non permittatis etc. Datum in Rauenſpurch feria ſecunda ante feſtum Vrbani. Anno M. CCC. XXXII. regni noſtri anno decimo octauo. Imperii vero quinto.*

Anno 1334. Laudatus Heinricus Rex Bohemiae etc. Diploma dedit ampliſſimum, quo pergratioſe conceſſit, *vt & Redditus decem Marcarum Veronenſium & quatuor Carradas vini, nullius perſonae vel officialium impedimento libere colligere & transuehere nobis liceat, tali conditione, vt pro ipſo & progenitoribus nec non ſucceſſoribus in octaua Corporis Chriſti Anniuerſarius celebretur*, (quod & conſtanter obſeruamus, tametſi prouentuum prorſus nihil ex tyroli amplius percipiamus.) *Hanc paginam conſcribi & ſigillo noſtro pendenti fideliter conſignari manduimus. Datae tyrolis Anno Domini M. CCC. triceſimo quarto die XXI. menſ. Nou. Indictione Secunda.* Obiit hic Princeps anno 1335.

Supra audiuimus, quod hic Reuerendiſſimus Abbas noſter nedum *hunc Librum* (in quo ſcilicet ipſius Biographia continetur) *ſed & alia Librorum volumina non Leuibus conſcribi juſſerit expenſis.* Quamuis nulla exſtent antiquitatis monumenta, ex quibus certus eorum numerus determinari a nobis valeat; ſeptem tamen, praeclara monaſticae ſolertiae teſtimonia ad noſtram vsque aetatem peruenerunt. Sunt autem ſequentes: I. *Codex membraneus in filio maximo,*

*) *Succeſſor hujus Conradi noſtri Abbatis videtur.*

ximo, seu (*vt vocant*) *regali foliorum* 508. *Biblia latina integra cum veteris* tum noui testamenti continens: *ad finem: anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo scriptus est hic liber, quem fecit scribi Abbas Counradus in Wingarten Dnus de Ibach* sub. Litt. A. n. 5. II. Codex membraneus in fol. foliorum 279. *de Questionibus casualibus L. IV. Ioannis ordinis predicatorum magistri, anno ab Incarnatione Domini MCCCIX. inchoatus est liber iste feria V. ante Johannis ante portam latinam, consumatus ad Vincula Petri IIII. Nonas Augusti Indictione VII. procurante Counrado de Ibach Domino & Monacho Weingartensis Monasterii scribente Johanne de Berngartruiti* sub Litt. E. n. 22. III. *Codex membraneus in fol. foliorum* 471. *compendium Veritatis Theologice Fr. Johannis de Combis ord. minorum SS. Theologie Doctoris.* Post Elenchum eorum, quae in singulis VII. libris tractantur, legitur: *Anno Domini M° CCC° X° IX. scriptus est iste liber, quem fecit scribi Counradus Abbas dictus de Ibach.* IV. Codex membr. in fol. foliorum 351. *Epistole & Euangelia per annum, ad* finem: *orationes in prima tonsura dicende.* Tum sequitur: *Notum sit omnibus, anno Domini M°. CCC°. XX°. scriptus est iste liber, quem fecit scribi Abbas Counradus Monast. Wingartens. Dnus de Ibach.* sub Litt. F. n. 10. V. Codex memb. in fol. foliorum 281. *Missale de tempore & sanctis.* Super Imaginem Canonis legitur: *Anno Domini Millmo CCC° vicesimo secundo scriptus est iste liber, quem fecit scribi Cunradus Abbas Mon. Weingarten Dnus de Ibach.* sub Litt. F. n. 11. VI. Codex memb. in fol. foliorum 395. *Missale de tempore*, praemittitur Kalendarium Ecclesiasticum, in quo ad Mensem Decembris sic habetur: *Anno Dni M°. CCC°. X° IX. scriptus est iste liber, quem scribi fecit Counradus etc.* sub Litt. F. n. 29. *. VII. Denique Codex memb. in fol. foliorum 151. *Ordo monasticus Mnrii Weing.* in fine: *finito codice sit laus & gloria christo, qui scripsit scripta manus ejus sit benedicta*, qui me scribebat Hainricus nomen habebat, a tergo vltimi folii notum illud: *Anno Dni Mill. C° C° C°. nono decimo scriptus est liber iste, quem fecit scribi Counradus Abbas hujus monasterii, dictus de Ibach*, quum *primo* ordinatio officii diuini juxta S. Regulam *ad Abbatem* spectet: *secundo* scriptor dicat: *qui scripsit scripta:* id est: qui scripsit, quae ego descripsi, *manus ejus sit benedicta*, & *tertio* denique quoniam Auctor ipse statum sui conditionem, vbi de *jejunio regule* agit, dicens: *secundum edictum Precessoris nostri S. Benedicti etc.* satis aperte prodit, non est, cur Conradum nostrum hujus *ordinis* auctorem fuisse dubitem, nec temperare mihi possum, quin insigniora hujus statuti capita huc transferam, ea praecipue ex ratione, quod ad Liturgicam hujus aetatis Notitiam non nihil facere videantur. Exstat in Bibliotheca nostra sub Litt. F. n. 16.



DE
DIVERSITATE FESTIVITATVM.

Quedam ſunt feſtiuitates in quibus nihil amplius agitur quam in qualibet dominica die, vt in octaua Epiphanie, Mauri, & Macharii, Fabiani, & Sebaſtiani, Agnetis Virginis, & hiis ſimilibus.

Et tales ſunt in quibus hoc ſuperadditur, quod qui *inuitatorium* cantant *albis* induuntur & quod ſacerdos lecto poſt nocturnos ewangelio in alba redit in chorum, vt ita ad canticum euuangelii a) *altaria incenſet*, vt in quinque dominicis, id eſt in prima dominica Aduentus domini, ſeptuageſime, quadrageſime, in medio ſeptuageſime, & in Ramis palmarum. In quibus etiam dominicis ſolet introitus *ter* cantari niſi in palmis. In hiis quoque *altare dominicum* ornatius veſtitur. *Alie*

Sunt alie que in hoc variantur quod *forme* b) *tapetibus* cooperiuntur, quod ad veſperas, & matutinum & ad miſſam ante altare *quinque cerei* accenduntur, cum alias non niſi *tres*, quod ſacerdos altaria incenſat in cappa c), quod ad easdem horas *duo* Reſponſorium *ad gradus* cantant, & hoc modo *Benedicamus domino* pronunciant, quod ad nocturnos duo Reſponſorium *quartum, VIII. XII.* cantant, quod ad majorem miſſam omnes *literati* d) ſunt in albis, *Armario* e) tantum in cappa, vel ſi ipſe abſens eſt, adjutore *chorum tenente*, quod *introitus* poſt verſum ex toto reciprocatur, & *agnus dei* tercia vice *minore melodia* cantatur quod ite miſſa eſt - hoc modo dicitur *), vt in *conuerſione S. Pauli*, *Kathedra S. Petri*, *Marci Euuangeliſte*, *Marie Magd.* *Aduincula S. Petri*, *Octaua S. Oſwaldi*

a) *Hoc eſt ad* Benedictus.

b) *Sellae ſeu ſolia Canentium, forte ſic dictae, quod opere ſculptorio variae in eis imagines effingerentur du Freſne* V. Forma 13.

c) *Pallii genus, ſic in vita S. Vodali:* Ille tollens pallium ſuum, qui vulgo cappa vocatur. *Hic proprie id intelligitur, quod hodie* Pluuiale *dicimus vnde* Cappae pluuiales *dicebantur, quae in Proceſſionibus ſuper reliquas veſtes induebantur, du Freſne T. II. Verb. cappa.*

d) Clerici, *ad diſtinctionem Conuerſorum & puerorum.*

e) Praecentor, *& cui libri Chorales concrediti erant: praeerat quoque aliis etiam ritibus Monaſticis.*

*) *Notae muſicae inſcriptae ſunt, quod & in ſequentibus notandum.*



waldi, Octaua Assumpcionis, S. Marie, Decolacione S. Iohannis Bapt. Mauricii, Galli, Luce Euuang. Octaua, S. Martini, Afre.

Item quedam sunt *superiores* in quibus *principale altare* majori diligencia adornatur, quod *VII. lumina* accenduntur, quod hoc modo *Benedicamus domino* cantatur, quod hii duo qui *inuitatorium* cantant tam induuntur *cappis* quam *omnes literati* ad *majorem missam*, quod ymni horarum hac dicuntur melodia. *Jam lucis. Nunc Sancte nobis. Rector potens. Rerum deus*, quod *Agnus dei* in tercia vice *majore melodia* cantatur. Vt in festiuitate *omnium Apostolorum. In Circumcisione domini, Gregorii, Benedicti, Georii, Translacionis S. Martini, Translat. S. Benedicti, Octaua Pasche. In Commemoracione S. Trinitatis, Nicolai, Laurencii, alie.*

Item sunt, que in hoc supereminent, quod in choro *quatuor pallia*, & in prespiterio f) *sex* suspenduntur, quod inuitatorium *quatuor*, quod singula Responsoria *duo* vel *plures* cantant, quod Benedicamus Domino dicitur, quod *duobus thuribulis* incensatur, quod ad primam & tertiam, ymni hac melodia cantantur *Jam lucis Nunc Sancte.* Quamuis in die *Natiuitatis domini. In Epiphania, Ippapanti* aliter cantentur — id est — *Jam lucis orto. Nunc Sancte nobis*, vt in *epiphania domini. In purificatione S. Marie. In inuentione S. Crucis. Johannis Bapt. Nat. S. Marie. Exalt S. Crucis. Michahelis Archangeli. Festo omnium Sanctorum.* In tribus diebus sequentibus tria *festa dominica.*

Sole *principales* festiuitates ad superlatiuum quodammodo pertingunt, id est *tria festa dominica. Annunciacio S. Marie. Assumpcio S. Marie. Petri & Pauli. Festiuitas S.* MARTINI. OSWALDI *regis & M.* que hoc habent singulare, quod *tota ecclesia* a fine vsque in finem *dorsalibus* g) adornatur, quod *duo cerei* super altare *candelabris impositi* ante ingressum fratrum ad nocturnos accenduntur, & ita perdurant vsque dum *missa* finiatur, & quod ad nocturnos vice *citte* h) pulsantur omnia *signa*, & ad vtrosque vesperos bina & bina, quod ille *triangulus* ante S. Crucem dependens accenditur, quod duo cerei ad principale altare accensi *de vesperis ad vesperos immo vsque post Completorium ita*

f) *Seu choro Ecclesiae.*

g) Sunt Panni a Dorso clericorum dependentes. *Durand L. I. Rational c.* 23.

h) *Inferius scillam vocat, quod interpretor:* Schelle *seu* Campanulam choralem.



ita perdurant. Quod *inter nocturnos* Altare principale *ter* incensatur, Ad III. & VII. & XI. lectionem, & thuribulum ab ipso sacerdote portatur in chorum & extra chorum, quod ad primam vnum de maximis signis pulsatur, quod *processio per claustrum tam solempnis* agitur, vt non solum *cruces* sed etiam *textus euuangelii*, Candelabra, thuribula & cetera queque mobilia ornamenta portentur.

INCIPIT ORDO OPERIS DEI PER CIRCVLVM ANNI.

Dominica quarta *) ante Natiuitatem Domini.

Ad vesperas Capitulum. *Deus pacis sanctificet.* ℟ *Ecce dies.* ℣ *In diebus illis.* Ymnus. *Conditor alme.* ℣ *Rorate celi.* Antiph. *Ecce nomen.* Oratio. *Excita potentiam*, que & ad matut: & terciam, & majorem missam, & in II. vespera est dicenda. Quod & in omnibus dominicis & sanctorum festis XII. Lect. exceptis quibusdam majoribus agendum est. *Crucis* solitam mentionem non facimus ante secundam vesperam purificationis S. Marie.

Ad S. Mariam. ℟ *Missus est Gabriel*, subjungit Sacerdos. ℣ *Aue Maria.* *Oremus* indirectum. Collecta. *Deus qui de beate*, & ista est dicenda vsque est matut. Nat. Domini.

Si quando autem *due preferuntur candele*, quod tunc tantummodo fit quando *forme* in aliquo festo *cooperiuntur*, & si tunc de eodem festo processio agitur vel quando cum vna candela de festo proceditur, tunc oratio cum *dominus vobiscum & tonaliter* pronunciatur. Ad preces de omnibus sanctis infra Adventum domini ad vesperas & matut. prima est — *Aue Maria*, vsque in Nat. domini. — — — Abhinc vsque in purificationem S. Marie solitam mencionem *S. Trinitatis* non facimus ad *priorem missam in dominico die.* — — — In hoc tempore nullum festum cum tribus lectionibus celebratur, sed si quod propriam habens missam occurrit, Antiph. & orationem tantum recipit. — —

IN

*) *Hodie* primam *vocamus.*



IN NAT. S. NICOLAI.

Capitulum. *Labia Sacerdotis.* Hoc enim est consuetudinis, vt si in festis XII. Lect. aliquod reperitur capitulum de lectione ad missam legenda, hoc ad vesperos vtrosque & matutinum & terciam recitetur. ℟ *Confessor.* Ymnus. *adest dies S.* — — In primis vesperis fit processio ad sacellum S. Nicolai propter patrocinium. *) — —

FERIA IIII. QVATVOR TEMPORVM.

— — — Si in aliqua istius *ieiunii die* festum predictum (*S. Thome Apostoli*) euenerit post capitulum *fratres Lectioni in claustro vacant.* Deinde pulsato signo *ad Terciam*, orationem faciunt, & *albis* se induunt, finita III. Missa sequitur, post quam se fratres exuentes *iterum lectioni* vacant vsque dum signum sexte audiant. Tunc facta denuo oratione *sedent in choro* donec Sacerdos ceterique ad missam de ieiunio *seruituri* se induant. Quibus reuersis VI. canitur, statimque missa non precedente letania cum vna collecta & *flectamus genua* & *benedicamus domino* sequitur. Qua finita *ad nonam* pulsatur & oratio agitur. Conuentus iterum sedens in choro ministros se exuentes expectat, eisdemque reuertentibus cantatur nona.

SABBATO IIII. TEMP.

— — In hac die ante missam letania non canitur, sicut nec in aliis IIII. Temporum Sabbatis: Sed facta oracione fratres in choro *sedent* donec sacerdos aliique quid *ministraturi* induantur. Quibus paratis missa inchoatur ab vno *chorum in cappa tenente.* Ad quam collectarum non amplius quam de officio est dicendum. *Dominus vobiscum* non dicitur nisi ante *vltimam* oracionem. Singuli cantores singula *gradualia* cantant, ita vt post inchoatum inicium chorus ea non repetat, sicut nec post finem versuum. A duobus canitur Ymnus trium puerorum, quo tamen ymno in vltima vice repetito, & duobus versibus primis *a cantoribus* dictis cetera chorus percantat. Cantores ante finitam *offerendam se* non exuunt. *Ab vno offertur* & *vna oblata* & *pax* accipitur. — — —

* *Propria vt hodie ab antiquo fuit S. Nicolai Capella.*



VIGILIA NAT. DOMINI.

Noćturni fiunt, ficut in quolibet priuato die, *triginta pſalmis precedentibus*, nec quid remanet de cetera pſalmodia que ante matutinas laudes cantari ſolet. — — Poſtquam fratres *ad Sanctam Mariam* proceſſerint, *chorus* & *presbiterium* & *altare cum omnibus*, que ad diem feſtum pertinent *adornantur*. Conuentus rediens *ex more interuallum agit*. Ad matutinas laudes primum figno pulſato agitur oratio *ſuper formas procidendo* i), & tunc demum *forme complicantur tabetibusque operiuntur*, & omnia pulſantur ſigna & *quinque candelabra* incenduntur. — — — Poſt ſuffragia ſanctorum, & poſt *familiaribus* k) qui ſunt Pſal. *Deus in adjutorium*. Pſal. *voce mea*, & *de profundis*, qui & poſtea ad horas pro *obedienciarum parentibus* l) additur. Subſequitur prima cum melodia ymni in priuatis diebus ſolita. Antiph. *Antequam conuenirent*, ſequitur pſal. Deus in adjutorium, pſal. *Miſerere*, pſal. *De profundis* & pſal. *Voce mea*, ſeptem quoque pſalmi cum letania. Tres orationes ad terciam *ſtando* aguntur, & de cetero hore ſicut in XII. Lect. canuntur, excepta ymni melodia ad III. Qui veſtiundi ſunt ad miſſam, ad preces exeunt. Miſſa pro *obedienciarum parentibus* defunctis cantatur. Ad capitulum prolixius ſolito pulſatur, quia nullum *pro obediencie alicujus occaſione ibi oportet deeſſe*. Mox autem vt *natiuitas domini* pronunciatur, omnes *in faciem proſtrati* aliquamdiu in oratione jacent. Deinde domno abbate incipiente poſtquam reſidetur *breuis* m) in martyrologio perlegitur, altera lectio *de Omelia* ſequitur. Quod ſi natalis domini in *dominicam* venit, finita ebdomada *domno Abbati* & miniſtris tali feſto ydoneis ad *miſſam ſcribitur*. In qua tamen ebdomada alius ſacerdos ei per *armarium* deputatus vicem ejus agit. Si in alia die occurrerit, illam ſolam diem domnus abba peragit, pridie

i) *Duae erant partes* formae antica & poſtica, *utraque plicabilis, ſuper illam procumbebant: in his ſedebant, quum autem ſtandum eſſet erigebantur, vt hodie facimus.*

k) *Familiares dicebantur qui ex familia Monachorum habebantur licet monachi non eſſent: & qui participes bonorum ſpiritualium fiebant, praeſertim Benefactores, vnde etiamnum in* Capituli *exordio ſacerdos dicit:* Commemoratio omnium fratrum familiarium ordinis noſtri etc. *du Cangius.*

l) *Vt reor, pro parentibus eorum, qui in* obedientiis *extra clauſtrum degebant in Praepoſituris etc. confer du Freſne V.* obedientia.

m) Tabula breuis, *id eſt modus quo officium in ſolennitate celebrandum ſit, quod munus ad Armarium pertinuit, du Cangius.*

pridie ad hanc notatus de cetero ſacerdos cum aliis in ſabbato ad miſſale ſcriptis officium per ebdomadam perficiunt. Ad duas miſſas id eſt in *galli cantu* & in *primo mane* notantur ſinguli ſacerdotes cum ſingulis miniſtris ad libitum *armarii*: ita tamen, vt qui in II. miſſa miniſtrant priores ſint in ordine in precedenti miſſa ſeruientibus. Domnus abba in vigilia *ſermonem facit in capitulo aliquantum prolixius.* Nam in craſtino omnino *vltra ſolitum breuiatur.* — — — Poſt capitulum & VI. *loquuntur fratres.* Signo ante miſſam pulſato *priores* verſus altare ſe locant: factaque oracione ſacerdos & miniſtri exeunt ad miſſam veſtiendi, dyaconus *dalmatica*, ſubdyaconus *tunica:* qui tenet chorum & qui cantat ℟ grad. *cappis*, & ſi eſt dominica, qui *alleluja* accelerans ante alios veſtiri, impoſitor officii priusquam cappam induat miſſam pulſat. Cantores in vtroque choro *ad formas* vieiſſim *ſupra ſeniores* ſe locant. Ante altare *quinque* luminaria accenduntur. Introitus *ter* repetitur. *Kyrie eleiſon. Sanctus. Agnus dei* ſicut in qualibet dominica canitur. *Gloria in excelſis non cantatur, eciam ſi ſit dominica.* Cantores ante finem miſſe non diſueſtiuntur. Pax ab *vno choro* recipitur. *Benedicamus domino* dicto & *deo gratias*, nona pulſatur, facta oratione ſedent fratres in choro miniſtros miſſe expectantes.

IN SANCTA NOCTE.

In [illegible] *nocte natiuitatis domini* priusquam conſurgatur ad nocturnos *quatuor cerei per quatuor angulos clauſtri accenduntur jugiter vsque in diem arſuri, quintus ponitur in medium lauatorii.* Ponuntur in vtraque parte *preſpiterii* turibula cum *ſufficienti thure* que & mox incenſo conſumpto auferuntur. Accenduntur & lumina *tria* de hiis ſeptem que ante altare ſunt poſita & tunc vice *ſcille* pulſantur omnia ſigna. Quamuis autem miſſarum ſolempnia *ter* ſint celebranda tamen cantica *XV. Graduum* non pretermittuntur. — — — Finitis nocturnis poſt Euuangelium. *Liber generationis*, & Orat. *Deus* qui *hanc*, ponuntur duo candelabra *ſuper gradum* cum quibus mox finita oracione ad S. Mariam proceditur. Lector Euuangelii cum ſuis coadiutoribus exitum conuentus in ſanctuario expectantibus canitur illuc ℟ *Confirmatum eſt*, ac ſubſequenter *armarius* imponit Ant. *O mundi domina*, & ſacerdos adjungit ℣. *Poſt partum virgo.* Oratione ſequente. *Deus qui per beate*, ſequuntur matut. laudes, de omnibus ſanctis, & verba mea, ſi XXX^mus agitur. Deinde fratres poſtquam *corporali indigencie & ad dormitorium, & ſi opus eſt ad calefactorium ſatisfaciunt*, cum autem manus & facies lauant, *capita pectinant* *). Cum autem ſignum auditum fuerit,

*) *Non ergo vt nos tonſi ſeu potius raſi ſunt.*



rit, ad ecclefiam conueniunt. Cum vero facerdos ceterique miniftraturi pene fuerint veftiti, quia *tunc oracio non fit*, inchoante *armario* pulfantur figna ad miffam — *Dominus dixit.* Ad quam cum ipfo duo cantores cappis induti ficut eciam ad fequentem tenent chorum, & vtrumque illorum duo candelabra ex illis feptem ante altare fumpta. Hii autem qui cantant *graduale & alleluja* mox vt percantauerint adjunguntur *tribus predictis cantoribus* vna cum eis chorum recturi. Quod & in fecunda miffa fimiliter agitur. — — *Vna hoftia offertur*, & *pax ab vno recipitur.* Miffa *cum benedicamus domino* terminatur. Conventus interim fedet vsque dum miniftri exuantur, & a cuftode ad matutinas laudes pulfetur, quas domnus abba vel ejus vicarius inchoaturus eft, non tamen *alba* indutus. *Ad laudes.* Ant. *genuit puerpera.* — — Suffragia & *pfalmi famil.* fubfequuntur. Inter quos ad fingulas horas *Ad te leuaui* pro *obedienciariis* dicitur. Itur in *dormitorium*, fi tempus permittit *aliquantulum paufatum pedibus infra lectum collocatis.* Cum vifum fuerit cuftodi ecclefie iterum majus fignum pulfat aliquantum, vt ad ecclefiam veniatur. Precedente ea vice miffam oratione, facerdos cum ceteris miniftris exit ad induendum. Qui tamen *meliori paratura* veftiuntur, quam miniftri *precedentis miffe.* Quecumque pro folempni officio cantata funt ad priorem miffam, cantantur & ad iftam. — — *Tres* hoftie offeruntur *vt fi forte quis fratrum voluerit communicare, poffit.* Si quis voluerit *miffam cantare, poft offertorium poteft licentiam accipere.* Miffam autem: *Puer natus* cantat cum vna oracione. *Pax ab vno choro* eft recipienda. Miffa itaque finita, fratres *diurnalibus* n) induti manus, & fi volunt facies lauant, capita pectant, tres orationes ex more faciunt. Maximo vno figno prima pulfatur, ymnus hac melodia. — *Jam lucis orto* — cantatur, ymnis omnium horarum hy verfus — *Memento gloria tibi domine* — adduntur, & *ante completorium fecundum octaue epiphanie non omittuntur.*

Ad primam Ant. *lux orta eft.* Poft capitulum primo figno ad terciam pulfato, & oratione facta, *albis* generaliter veftiuntur, & fecundum fignum pulfatur. Si eft dies dominica ftatim *poft benedictionem aque* fequitur tercia. Proceditur poft terciam primo ad S. Mariam cum ant. *O Maria.* — — — fequente mox miffa, fi non eft dominica, premiffis tamen tropis o). Si autem eft dominica fequitur ℣. *Benedictus qui venit in nomine.* — — —

PVRI-

n) *Calceis, aliis enim vtebantur noctu aliis interdiu.*

o) *Tropi erant* quidam verficuli *ante Introitum Cantandi, vt in Natiuitate Domini hi:* Ecce adeft, de quo Prophetae Cecinerunt etc. *Vide Durand. Ration. apud du Fresne V.* Tropus.

PVRIFICACIO S. MARIE V.

Que ſi infra LXX. occurrit propter hoc non eſt dimittendus cantus qui de natiuitate domini huc eſt translatus ſiue in ymnis ſiue in canticis, ſiue in veſpere pſalmis. — — — Si infra LXX. iſtud feſtum occurrit, ad priorem miſſam *Tractus* non canitur. Si quam vero trium ante XL. dominicarum incidit in priori miſſa *Tractum* dominice recipit: ſed tamen infra ebdomadam idem *Tractus* non repetitur. Poſt miſſam priorem cuſtodes eccleſie ad S. Mariam candelas, incenſum, aquam benedictam afferunt. In hac die neque *fanones* p), neque *cappe* alicui dantur, exceptis qui in *prespiterio* famulantur, qui tantum infra miſſam *fanonibus* vtuntur. Solummodo domnus Abba ad proceſſionem *cappam* induit, quam mox *vt cereos benedixerit, exuit. Nam eadem benodictio ad eccleſiam S. Marie agitur.* Proceſſio ante terciam ſi eſt dominica. Sin autem, poſt terciam absque ſanctorum reliquiis, & cetero apparatu agitur.

Ad S. Mariam cum Antiphona *Aue gratia plena* proceditur. — — *oratio, Exaudi queſumus.* Quam ille ſacerdos dicit qui *& officinas benedicit.* Deinde facta oratione cum ante & retro benedicuntur cerei: quibus cum aqua benedicta aſperſis, atque incenſatis, imponit armarius Ant. *Lumen ad reuelacionem.* — — interim *cerei* per cuſtodes fratribus diſtribuuntur. *Infirmis* quoque inter benedicendum extra eccleſiam S. Marie verſus infirmariam commorantibus, qui *infra proceſſionem in eccleſia commanentes*, priusquam ad miſſam pulſatur, *monaſterium* q) non ingrediuntur, neque antequam *cereos offerunt* inde egrediuntur. Finito pſalmo ſequitur ℣ *accipiens Symeon.* — — Deinde vsque in veſtibulum *Antiph. adorna thalamum.* Ibi ad ſtationem canitur. *Reſponſum accepit.* Inde in chorum ℟. *cum inducerent.* Cui mox adjungitur Antiph. *Hodie beata virgo.* Sequitur Miſſa. Ad quam *alleluja poſt partum* canitur, prefacio de *natiuitate domini:* ſed *communicantes de epiphania* dicitur. Si autem eſt dominica finita in choro antiphona predicta. Sequitur ℣. *Aue Maria.* — — ſequitur Tercia, *fratribus interim cereos tenentibus.* Si domnus Abbas hujus diei officium non agit, ſacerdos id acturus ſtola indutus ad proceſſionem *priores in choro*

p) *Hodie* manipulos *vocamus, erant vero mappulae* Lineae.

q) Templum *inde* Monaſteria *ſeu* Munſter *vocantur clauſtra Coenobitarum, quod nomen hodie Eccleſiis etiam Cathedralibus aptatur; quod nempe pleraeque fuerint* Monaſteria.

 

choro suo precedit. Terciam quoque *incipit* & *finit.* Quod & in aliis festis *que celebrantur in cappis.* Alio sacerdote qui officinas benedixit si est dominica oracionem *via sanctorum* dicente. Ipse eciam sacerdos qui officinas circuit, & cum eo ceteri *manibus occupati* cereos, dum distribuuntur, accipientes, aliis eos donec exoccupentur commendant.

Ad offertorium antequam Presbiter manus lauet *primum offeruntur candele ad gradum* hoc ordine. Primus *dyaconus* si *domnus Abbas* vel alia talis persona non adest, deinde *subdyaconus & ministri altaris.* Posthec sacerdotes, quique dyaconi & subdyaconi, atque conuersi, post hos *chorum tenentes*, ad vltimum *infirmi.* Nullus autem *obedienciarius* alicujus *obediencie* occasione debet illic deesse. Sacristarum aliquis candelas easdem de manu sacerdotis *sinistre astans* absque osculo accipit, quas mox alii ad extinguendum eas *in aqua benedicta* porrigit. Illi vero *duo nouissimi omnium* suas candelas offerunt. Postea in loco quo id solet fieri, post lauacionem manuum sacerdoti *calix* & *hostia* offertur. Qui eciam duas oraciones ad complendum ad vnum *per dominum* dicit. Ab isto die in XII. Lect. fratres lectioni vacant donec seruitores surrexerint a mensa, & tunc cantatur nona, & postea *itur in refectorium ad bibendum.* — — Hinc vsque ad LXX. omnibus dominicis diebus *memoria sancte trinitatis* agitur, & in feria VI. & Sabbato *major missa de cruce* & *S. Maria* canitur, attamen si missa de illis per has ferias non cantatur, nec mentio eorum cum oratione ad missam agitur.

IN KATHEDRA S. PETRI.

Si hec festiuitas in aliqua dominica occurrit, in Sabbato *anticipatur;* Nam ne in secundam feriam differatur, impedit *vigilia* S. Mathie, in qua jejunatur. Si autem in *capite jejunii* euenerit in feriam V. differtur. In hiis festis si ante quadragesimam in illis quatuor diebus occurrunt, non agitur illa psalmodia nocte & die que in festis quadragesimalibus. Idem autem ordo obseruatur tunc in duarum missarum celebratione, que in natiuitate S. Thome si in die jejunii venit, excepta communi fratrum dealbacione, post sanctus *super formas non procumbimus.*

IN VIGILIA S. MATHIE.

Quando *bissextus* occurrit, festifitas S. Mathie in die que proxima vigiliam sequitur est celebranda, non in ea que propter bissextum *in eadem littera*

est

est iteranda. Si hec vigilia post inicium quadragesimalis jejunii venerit, mentio ejus cum oracione vna erit. Si in aliquo Sabbato, *ibi jejunamus*, sed festum in feriam II. differrimus, nisi sit dominica sexagesime; In ipsa enim dominica idem festum si euenit, ibidem *pleniter celebramus*, quod non impeditur ab hystoria: *In principio dominus;* quia *in precedenti dominica eam cantauimus.* Idem autem festum si in caput jejunii occurrit, in feriam quintam differimus, sed *vigilia in feria tercia* agitur. — —

IN NATIVITATE S. BENEDICTI.

— — — *Secunda vespera* sicut & secunda *annunciacionis domini* si in aliquo sabbato *ante passionem* domini occurrit ex integro *festo* tribuitur, si vero in sabbato dominice *passionis* vel *palmarum*, *psalmos tantum habet*, si autem eadem die festa in cena domini vel postea euenerint, *in die octauo anticipantur*, excepto quod *annunciacio domini*, si *in ipsa sancta resurrectionis dominica* occurrit, *in feria II. post palmas* celebratur. Quando autem festum *S. Benedicti* in feria II. *vel III. post palmas* euenerit, annunciacio dominica ipsum etiam festum preueniendo *octaua sua die* vt predictum est *anticipatur*.

IN SEPTVAGESIMA.

— — — Quodcumque festum XII. Lect. ab hinc vsque in pascha in qualibet dominica occurrerit, in feriam II. differimus, absque *Kathedra S. petri.* Que si in aliqua *harum trium dominicarum* occurrit eam *in sabbato anticipamus.* Excipitur eciam *festum S. Mathie* si in *dominica LX.* occurrit. Excipitur quoque *purificatio S. Marie.* Que sola festiuitas si in hoc sabbato vel in hac dominica euenerit, post *benedicamus* Antiphonam, *ymnum cantate* subjungimus. Quodlibet vero aliud festum XII. Lect. in hoc Sabbato occurrens in II. vespera psalmos tantum & Antiphonam post benedicamus recipit: sed tantum si in *albis* & in *cappa* incensatur. — — Hic *liber genesis* incipit, sed *prologus* ejus in *refectorio* tantum legitur. Hec autem vicissitudo deinceps per totum *Octateucum* si fieri potest obseruatur, vt vbi fuerit *terminus lectionis in ecclesia lecte*, ibi *inicium fiat in refectorio legende.* In libris tamen posterioribus, quod parum historiam sonans occurrit, sicut in libro *numeri*, & in *tabernaculi vtensilibus*, & in *leuitico* in ecclesia non legimus. Ad refectorium vero *nihil de omnibus supsilimus*, exceptis hiis de quibus infirmi auditores minus proficiunt.

 

FERIA IIII. ANTE XL.

— — — Poſt VI. ſigno aliquantulum pulſato mox fratres *ſe diſcalciant* & loti manibus veniunt in eccleſiam, pulſatisque duobus ſignis & facta oracione inponitur *Exaudi nos domine* — cum pſal. & *gloria patri*, & Antiphona repetita ſubjungit ſacerdos ℣. *oſtende nobis domine miſericordiam tuam*, procumbimus ſuper formas cum *Kyrie eleiſon* — — Deinde domnus Abba *ſtola* tantum amictus *cineres* ita benedicit, — — — Quos poſtquam *aqua benedicta aſperſos* incipit *fratribus inponere* dicens *ſub ſilencio*: MEMENTO QVOD CINIS ES ET IN CINEREM QVOQVE REVERTERIS. Cantor quoque incipit Antiph. *Inmutemur*. Fratres autem neque accedentes *veniam petunt* *), neque reuertentes. Poſtquam domnus Abba omnibus cineres impoſuerit, *Prior* ſtolam ab eo acceptam induens *eidem cineres* imponit. Subſequitur Antiph. *Juxta veſtibulum.* Ad proceſſionem ℟. *Paradiſi portas*. — — Ad S. Mariam, Ant. *Sancta Maria ſuccurre*, — — *procumbimus* ad oracionem, & domnus Abbas incipit pſal. *Lauda anima mea* — pro hiis qui *in cimiterio ſunt ſepulti*. — — Sequitur *letania* ab hiis quibus *armarius* hoc injunxerit. Nam ipſe in choro librum vni eorum porrexit: alteri vero vt huic ſuccurrat ad preſens innuit. Qui tunc *ad gradum* venientes primum inclinant, deinde letaniam inponunt. Ibi absque circumflexione exeunt miniſtri altaris, vt *induti calciamentis* veſtiant ſe ad miſſam, finita letania *obedienciarii*, qui miſſe intereſſe non poſſunt, licencia accepta diſcedunt. — — Infra XL. cottidie omnes verſus offertorii cantantur, absque his qui in alio anni tempore poſſunt cantari, Praefacio. — *Qui corporali jejunio* — hic incipitur, & cottidie vsque in dominicam *palmarum* dicitur. In fine miſſe dicto *benedicamus domino*, & *deo gratias*, ad nonam pulſatur, & oracio ad eandem horam pertinens agitur. Poſt *lauacionem pedum* alterum ſignum pulſatur, & nona canitur. Iſte *letaniaris ordo proceſſionis* & alio tempore, ita vt dictum eſt, agitur, excepto quod infra XL. *ad diſcalciandum* poſt nonam exitur, moxque poſt fratrum reuerſionem pulſacio ſignorum ſequitur, & ſic absque oracione Ant. *Exurge* imponitur. — —

IN QVADRAGESIMA.

— — *Quecumque feſtiuitas* XII. Lect. in *hoc Sabbato* ante XL. euenerit, iſtius veſpere pſalmos tantum eciam poſt *benedicamus* recipit. — — — *Tractum* vt moris eſt *cantores IIII. ad pulpita duo* viciſſim precinunt, id eſt duo medie-

*) *Id eſt: genu non curuant.*

medietatem vnius verſus, duo medietatem alterius, primi autem & vltimi verſus medietatem omnes quatuor pariter concinunt.

FERIA II. POST DOM. XL.

Hic inchoatur vt ad matutinum & veſperos *majores preces* dicantur: ſeptem quoque *penitenciales pſalmi*, & *totidem* de *XV. gradibus*. Qui ita diuiduntur, vt poſt ſingularum horarum famil. pſalmos omnibus in terram proſtratis *duo* de prediſtis ſubjungantur, excepto ad matutinum & veſperos, tunc poſt ſuffragia ſanctorum. Ergo poſt matutinas laudes dicuntur Pſal. *Domine ne in furore*, & *Ad dominum cum tribularer*. & poſt *pater noſter* ſacerdos pronunciat vnum de verſiculis iſtis. *Domine non ſecundum peccata noſtra*, vel *Domine ne memineris*, vel adiuua nos, vel oſtende nobis, vel *Memento noſtri*. Et in *collectario* repperiuntur quedam *mediocres orationes* que appellantur *cottidiane*, vt eſt oracio. *Vox noſtra*, vel *vt tuam*. De talibus ſacerdos ſemper dicit vnam: & ad vltimum omnia terminantur cum hac clauſula. *Et ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes*. — Poſt primam & alias horas pſalmis familiaribus prediſti quoque duo junguntur continuatim, ſed *illi ſtando*, *iſti proſternendo* dicuntur, & illorum verſus ſequitur verſus iſtorum: & illorum oraciones oracio iſtorum. Poſt veſperos in hiis quidem diebus quando ſuper formas procumbimus poſt antiphonas *de ſuffragiis* dicuntur inſimul omnes quatuor qui remanſerunt, id eſt: Pſal. *Qui confidunt* — Pſ. *In conuertendo* — Pſ. *De profundis* — Pſ. *Domine exaudi* — vno tamen verſu & vna oracione ſubſequente. In quolibet autem ſabbato, vel quando feſtum XII. lect. in craſtino eſt celebrandum, illi quatuor veſperis aſcripti remanent.

De feſtiuitatibus quoque que in XL. eueniunt vt hic dicamus, in quolibet feſto XII. lect. prediſtos pſalmos a priori veſpera vsque ad VI. reticemus. Hoc autem pſalmodie additur, quod poſt oracionem ante veſperos pſal. *Deus auribus* recitatur. Poſt veſperos *de omnibus ſanctis*, veſperi quoque pro fidelibus defundis dicuntur officio tamen poſtea remanente, & pro abbatibus oracio V. *Omnipotens* — ſequuntur IIII. alie, & pro ipſis in nocte matutini vtrique cum vna antiphona. Poſt primam pſalmus L. *pro defunctis abbatibus noſtris*, VII. pſalmi & letania. Poſt capitulum in principio pſalterii XXX. pſalmi cantantur in *monaſterio noſtro ad S. Mariam*, ad quos nulli *niſi illiterato* licet vti *pſalterio*. Poſt quos *vacamus*

 lectioni



lectioni. Post terciam missa de ipsa festiuitate festiue quoque canitur. Ad VI. & de cetero ad reliquas horas *petimus veniam, totamque psalmodiam repetimus,* sicut in quolibet priuato die & quadragesimali: quamquam ad horas non alias *antiphonas capitula* & *versus* & *collectas* quam de ipsa festiuitate dicamus. Post nonam absque letania missam de XL. more priuati diei canimus: In qua consuetas collectas sed vltimam *sanctorum tuorum* addimus. Post vesperos rursus officium remanet, in cujus vice Psal. *Ad dominum* — post singulas horas ante Psal. *Voce mea* — pro fidelibus defunctis adjungitur. Ad vesperos & Matut. post *benedicamus* sequitur ferialis antiph. de jejunio, & proxima oracio *missalis* ejusdem diei, si ad matut. & vesperos oracio que *super populum* recitabatur. — —

In Capitulo nequaquam alia regule sentencia, *quam que est de XL.* legitur: Qua *exposita* & data *de ordine* licencia loquendi recitatur *breuis librorum, qui anno preterito sunt ad legendum fratribus erogati.* Cum quilibet frater nominatur, surgit & *reddit librum sibi datum.* Nam eum *sub manica,* nisi esset *grandiusculus,* secum *ad capitulum attulit & juxta se collocauit.* Et qui eum forte non perlegit, *post librorum erogacionem veniam petit.* Est autem vnum *tapete* ibi prostratum, super quod *ipsi libri* ponuntur: de quibus iterum *quanti dantur,* ab *armario* postquam erogati fuerint, *in tabula denotantur.*

Si qua festiuitas XII. lect. in eodem die agenda euenerit, tunc in capitulo *due lectiones* leguntur, *duoque fiunt sermones,* anterior de festiuitate, de quadragesima sequens. Priori namque lectione cum *Tu autem* finita, mox sequitur altera. Qua item cum *Tu autem* finita recitatur *breuis* de diuino officio. Sequuntur continuatim sermones duo cum vno *Amen* claudendi ambo. *Post librorum erogacionem datur licencia jejunandi,* ita tamen vt jejunetur *cum discrecione & moderate, ne corporis valitudinem, maxime ad exercicium diuine seruitutis, amittant. Tribus diebus* in ebdomada id est II. IIII. & VI. per quadragesimam fratres *silentio vacant.* qui volunt *ad confessionem* veniunt *cottidie* absque feria IIII. & VI. in quibus *processio agitur.* Post oracionem fratres in choro *lectioni vacant* donec ministri altaris re vestiantur. Mox nona sequente ad *psalmos penitenciales aliis prostratis* idem ministri *super formas* procumbunt. Infra letaniam vero ad versum *Omnes Sancti* absque circumflexione exeunt. Finita missa ad *Per dominum* vltime collecte vespera pulsatur. Ad vesperas Antiph. *quod vni ex minimis.*

In

In hac vefpera nifi feftum XII. lect. vel *anniuerfarius feftiue agendus* impediat hoc inchoatur, *vt omnium noftrorum familiarium defunctorum memoria* hoc modo agatur: In primis poft vefperos ad S. Mariam vefperi pro defunctis eis cantantur, & poftea ad officium & in craftino ad priorem miffam omnia figna pulfantur, & per feptenarium conmuniter agendum *verba mea* per XXX. dies poft matut. pro eis cantatur, & per eosdem *prebenda eis vna datur. Duodecim pauperes eo die reficiuntur.*

FERIA III. POST XL.

Antiph. *Domus mea* — — In omni feria IIII. & VI. hujus quadragefime nifi fint XII. lect. excepta quoque feria IIII. *poft palmas*, poft nonam exeunt fratres de ecclefia & *fe difcalciant*, lotisque manibus redeunt ad proceffionem. Tunc autem oracio non premittitur, fed pulfatis duobus fignis imponitur Antiph. *Exurge domine* — finita miffa poftquam oracio agitur, fratres ad lauandum & calciandum exeunt, moxque reuerfi, *Deus auribus cantant.* Quod fi forte in craftino feftum XII. lect. celebraturi fumus propter hoc non dimittimus, quin oracionem que ad vefperos precedit *nudis pedibus* non tamen *procidendo* agamus. — — —

SABBATO POST XL.

— — Ordo ad miffam requiratur in Sabbato XII. lect. in aduentu domini, hoc tantum hic variatur, quod nona, cui & miniftri altaris foli *dealbati fiunt*, *ante miffam* cantatur. Idem quoque miniftri tunc eciam ficut predictum eft non exeunt ad pfalmos quos *proftrati* canimus finitis eisdem pfalmis pulfacio miffe fubfequitur, fimulque *lectores* & *cantores* veftiuntur. In hac fola vice ad ymnum trium puerorum canitur — *Benedicite.* Poft VI. majus altare preparatur, & facta ante vefperos oracione *velum Sanctuarii dimouetur*, fed vsque poft craftinum completorium *non remittitur.* Quando *Agnus dei* inchoatur *forme* complicantur. — — —

DOMINICA PALMARVM.

— — — Ad *priorem miffam* vna tantum oracio dicitur, & legitur euuangelium fecundum lucam *Cum appropinquaffet Jefus Bethfage & Bethaniam.* Hanc



Hanc eciam vnam oracionem & *euuangelium* quod ad matutinum lectum est *sacerdotes ad priuatas missas dicunt*, vt sint parati *ad duas processiones*, que in hac die agende sunt. Infra hanc missam fratres communiter *albis* induuntur, sed absque *fanonibus*. Ad processionem quoque nemo *cappa* induitur, neque ipse domnus abbas, exceptis solis *versiculorum cantoribus*. Finita priori missa sequitur *benedictio aque* per ebdomadarium. Post aspersionem aque processio fit infra claustrum solito more. Ergo de ecclesia S. Marie exeundo canitur ℟. *In die qua inuocaui* — cum reliquis. In vestibulo. *Ingressus Pilatus*. In chorum. De patronis. Oracionem *Via Sanctorum* — presbiter dicit, qui *officinas* circuiuit. *Terciam* vero mox incipit & finit qui *majorem missam* cantabit. Infra processionem inferebantur ante majus altare *rami palmarum*, & positi sunt *juxta analogium* super quod *euangelium* legitur, inter quos non desit & OLIVA, *alioquin inconuenienter mencio ejus fiet in benedictione agenda*. Post terciam domnus Abbas *stola* amictus & *cappa* ramos benedicit, vel si ipse hoc facere impeditur, alius sacerdos *stola* tantum indutus, per *armarium* hoc prouidetur. Benedictione peracta eadem spoliatur paratura siue presbiter siue domnus Abba. Diaconus quoque & subdiaconus deputantur ab armario ejusdem benedictionis lectioni & euuangelio. Hoc autem modo eadem agitur benedictio: *armarius* imponit antiphonam *scientes*, cum psalmo & *gloria patri*. *Dominus vobiscum* indirectum. Oracio. *Omnipotens sempiterne deus, qui dominum Jesum Christum*. Qua finita sacerdos *secedit in partem sanctuarii* vsque post euuangelium. Lectio. *Egressi sunt filii Israel* — que legitur eo modo sicut & ad missam, lecta lectione *deponit lector fanonem*. Duo cantores *ad gradum in faciem declinantes* cantant Ant. *collegerunt*. — — Interim exit diaconus vt *casula inuoluatur euuangelium lecturus*. Post antiphonam acceptis *ab altari libro* & a domno Abbate benedictione *super analogium* legit euuangelium secundum Marcum. *Cum appropinguasset Hierosolime & Bethanie*. Sequitur ipsa benedictio. Interim sacrista subdiacono ad missam lecturo dat *plenarium*, *conuersis* quoque ad hoc congruis injungit *sarcofagum portandum*. Finita benedictione *rami aqua benedicta aspersi & thurificati* per custodes ecclesie diuiduntur imposita hac Antiph. *Pueri hebreorum tollentes*. Qua finita pulsantur omnia signa, posthoc exitur cum Ant. *Cum appropinguasset* — & preferuntur processioni *crux* atque *vexilla*. Sequitur Ant. *Cum audisset* — Deinde — De hystoria vbi dimissum est in priori processione. Et iste cantus continuatim canitur *nisi a popularium concentu interrumpatur*. Ad introitum ecclesie quo proceditur, Ant. vel ℟. *de Sanctis quorum ibi est memoria* cantatur, sequente *versu* & *collecta*. Subsequitur *oracio dominica* cum inclina-

cione

cione solita. *Fit sermo ad populum.* Precedunt aliqui cantores qui *cappis induti* conuentum suscipiant cum versu *Gloria* — Post modicum cum Ant. *Ante sex dies* — exitur de oratorio. Secuntur responsoria vsque ad *stacionis locum.* Predicti autem *cantores qui conuentui sunt occursuri accepta cruce,* prout tempus viderint progressi, tantam spacii latitudinem in medio sibi inuicem occurencium prouideant, vt & in serie versiculorum, dum alterutra pars vicissim cantat, altera spacium procedendi habeat: & tamen post finem eorumdem versiculorum aliquod interuallum remaneat. Nam postquam in vltima vice *gloria laus* a cantoribus repetitum & a conuentu in eo verbo *& honor* exceptum ad finem perducitur, idem cantores antiphonam *Fulgentibus palmis* — inchoantes per se ex toto finiunt, sed prius ad hoc prouiso tapeti in primordio Antiphone ante pedes eorum expanso in verbo *prosternimur* — ad genua veniam petunt, quod & cuncti se comitantes faciunt, moxque resurgentes eam cantando obuiam procedunt, & ita in finem antiphone ejusdem processioni in fronte, id est post *reliquias sanctorum* jungunt, consequenter imponit *precentor* Ant. *Occurrunt turbe.* Quod si *terre sordiditas prostrationem non patitur,* nec *fulgentibus* canitur. — — — Tractum solito more percantant IIII. cantores. Ante titulum passionis dicitur *Dominus vobiscum,* quod & in ceteris obseruandum est, nisi tantum *in parasceue.* Ita enim scriptum est *in ordine pontificali. Gloria tibi domine* non subjungimus.

Ad *passionem* & *offerendam* qua *frondes seu rami palmarum diacono inchoante offeruntur,* omnes debent adesse, nec quisquam vllius obediencie occasione deesse. *Domnus Abbas* vel quilibet missam cantans primum suam deinde aliorum palmas *sibi per osculum manus oblatas* eodem ordine *qui in purificacione S. Marie in offerendo candelas prescriptus est, sacriste ad gradum reddit.* Post oblacionem palmarum sacerdos lotis manibus *calicem* accipit, prefacio *de cruce per hos quinque dies* dicitur. Ad horas *de passione domini* oraciones recitantur. *Post prandium ad lectos imus pausatum,* ministri mense cum Psal. ad S. Marie oratorium. Ad sonum *scille* fratres excitati manus lauant & *capita pectinant,* sicque in chorum venientes lectioni vacant quousque signum ad nonam audiant. Quo paulisper pulsato fit oracio, & signo dimisso incipit nona. Post nonam AQVA *propinatur in refectorio,* & hoc agitur *vsque in Kal. Octobris,* exceptis diebus in quibus *semel* reficimus. — — —



FERIA II. POST PALMAS.

— — Ad miſſam hodie & cras *duas* lectiones legimus. *Euuangeli* hodiernum vsque: *Et abſcondit ſe ab eis* — protendimus. — —

FERIA III.

— — — Ad miſſam in introitu in verbo. *In cruce* — vtraque ce omnes ſe *ſigno crucis muniunt*, quod & quociens idem introitus vel offi torium *Protege*, canitur, faciunt. — —

FERIA IIII.

— — In hac die in capitulo eſt dicendum quidquid noui *de ord* abhinc vsque in craſtinum capitulum eſt agendum. Proceſſio ante miſſ non agitur. Letania tamen non omittitur. Ad introitum miſſe eis verb *omne genu flectatur*, venia ab omnibus petitur, & item *ſecundo*. Poſt miſſ Pſal. *Deus auribus* non cantatur. Ad veſperam pulſantur omnia ſigna. — poſt veſperos de omnibus ſanctis ſequitur: *Placebo domino* — cum vna a tiph. *indirectum*: officium vero remanet. Poſt completorium *deponitur velum a te principale altare*, illo, *quod eſt ante crucem*, *vsque in paraſceuen* ad impoſitione Ant. *Ecce lignum*, remanente, & *XXIIII. candele in presbiterio ordinantur*, q ad nocturnos ante fratrum accenduntur ingreſſum. — — IN CENA D MINI ante noctem *tres* oraciones fiunt *procumbendo.* Cantica XV. graduum al que *gloria patri*, *ſub ſilentio* dicuntur: nec tamen omittitur per *ſingulas inci nes ſuper formas procumbi & ſolitas collectas addi.* Nocturnum primum & omn hore in hac die ab antiphonis inchoantur *venia ſubſequente.* Ad incepcio ſingularum antiphonarum & reſponſoriorum candele ex vtraque parte *vici & occulte* extinguuntur. Per tres noctes de *lamentacionibus hieremie* primas t lectiones *lamentabili modo legimus cum hebraico alphabeto*, ad vltimum ſubjun verſiculo: *Hieruſalem, hieruſalem.* Tres ſequentes de tractatu *S. Auguſtini* ſu Pſal. *Exaudi deus oracionem meam.* Tres nouiſſimas *de Apoſtolo* — — —

Ad laudes non pulſatur, ſed finito *nono* reſponſorio mox ſine venia choatur Antiph. *Juſtificeris domine* — — — Ad inicium pſalmi *Lauda* per cuſtodes eccleſie *omnia lumina extinguuntur*, vnum tantum *in armario pr biterii* reconditur. ℣. *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vsque ad mortem.* Euuang. Antiph. *Traditor autem dedit.* Qua finita abſque ſonitu *duo frat*

re

retro principale altare versi in chorum cantant ℣. *Jesu Christe qui passurus aduenisti propter nos.* ℣. *Qui prophetice prompsisti: ero mors tua o mors.* ℣. *Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te secula.* Et *conuentus* per hos singulos tres versus respondet. *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.* ℣. *Domine miserere nobis.* Ad quartum vero versiculum id est: *Vita in ligno moritur infernus ex morsu despoliatur* — sine *Kyrie eleison* subjungit: *Christus dominus factus est obediens vsque ad mortem.* Quo finito *procumbunt super formas* & a singulis *sub silentio* dicitur tantum *dominica oracio* cum psal. *Miserere mei.* Signo facto a domno Abbate *consurgunt*, factaque *circumflexione* de loco non mouentur quousque *lumen representetur.* Tunc accensis per custodes *laternis juuenum* omnes eunt dormitum. Post exitum fratrum nil luminis relinquitur in ecclesia, & ita per *duas noctes sequentes.* Aurora bene apparente, vt alio lumine non indigeatur *scilla* ad primam parumper sonatur. Leuant se fratres de lectis, *calciant se nocturnalibus calciamentis*, festinant ad ecclesiam, procumbunt super formas ad oracionem. Qua donec fratres conueniunt protracta, facto signo a priore. ℟. *Repleuit*, mediocriter imponitur, quamuis psalmi *tonaliter* cantentur, qui eciam ad horas, vsque ad secundam sabbati vesperam *more canonicorum* sunt canendi. Post Antiphonam sequitur Antiph. *Exurge domine* — absque *Kyrie eleison* — *Pater noster* & *credo in deum.* Facto signo fit confessio per *binos* & *binos*, adjungitur sub silentio psal. *Miserere mei*, & finis est prime: Et ita ad reliquas horas. Omissis autem *psalmis familiaribus* dicuntur VII. psalmi *sine gloria patri* letania consequente cum omnibus appendiciis suis. Qua cum *dominus vobiscum* & *benedicamus* finita, qui vult missam *de die* & *sine lumine* cantat. Fratres vero *lectioni vacant* donec *signum lauandi* audiant & tunc tribus oracionibus terciam preueniunt. — — Finita tercia non statim sequitur *missa matutinalis*, sed *capitulum*, Vbi *lectore* benedictionem *silenter petente* sicut ad collect. & in refectorio *preter diei & lune* pronunciacionem & *sententiam regule* que ex more *per hos tres dies ibi legitur*, sed absque *Tu autem* finitur. Quidquid aliud a sacerdote vel a conuentu dicitur, *sub silencio* dicitur. *Exposita regule sentencia* pronunciatur a *Kamerario quanti fratres sunt in claustro vt tanti quoque pauperes admittantur*, & insuper quantum visum fuerit *pro familiaribus & amicis nostris* domino abbati. Ipsis autem pauperibus post capitulum a sacerdote, qui missam matutinalem cantaturus esset cantatur ad altare S. Crucis adjunctis prioris ebdomade diacono & subdiacono dealbatis. Qui tamen pauperes prius a *decano celle*, *ostiario* quoque & *elemosinario* electi sunt, ne tales sint aliquommodo, qui clau-

 strum



ſtrum non debeant intrare: id eſt *non ſani pedibus vel juuenes aut ceci.* In *hoſpitali* autem ſtatim vt miſſam audierint reficiendis *bina dantur edulia.* Sed & poſtea a *famulo elemoſine* cum *aqua calida prelauantur pedes eorum. Quicquid de ordine vsque in craſtinum capitulum eſt agendum priusquam de regulari diſcipiina quid agatur eſt dicendum.* Poſt capitulum pſalmi & oraciones *pro anniuerſario fratrum in aperto in hac die dicuntur, quamquam in duobus ſequentibus in ſilentio.* Tabula percuſſa fratres *loquuntur in clauſtro*, & poſt ſextam iterato. Per armarium *nouus ignis de criſtallo vel ſilice excuſſus*: materia lignorum in loco competenti *juxta eccleſiam* nutritur, juxta quem & *pertica* cum aliquot candelis in ſummitate ejus praefixis ponitur. Poſt nonam ſtatim omnes ad miſſam miniſtraturi *albis* induuntur & *fanonibus*, vt ita *ad nouum ignem* progrediantur. Hoc autem ordine illuc proceditur. Primum aqua benedicta prefertur deinde *thuribulum*, tamen ſine igne, vt nouus ignis poſtquam *conſecratus* fuerit, & *aſpergatur* & *incenſetur*. Poſtea *crux*, poſthec ſacerdos *alba & ſtola* indutus, quippe ignem benedicturus, & hunc ceteri *albis & fanonibus induti.* Deinde *priores* ſecundum ordinem ſuum ſecuntur, cantantes in aperto *ſummiſſa tamen voce* pſal. quinquageſimum, addito ſi opus eſt pſal. *Deus in nomine.* Oracio. *Domine deus. pater omnipotens exaudi nos lumen indeficiens.* Predicto autem ordine *per mediam eccleſiam* proceſſio redit in chorum cantando pſalmos, *Miſerere mei deus miſerere.* pſ. *Deus miſereatur*, pſ. *Deus in adjuterium*, pſ. *Ad dominum cum tribularer* — cum reliquis, niſi quod ille *qui lumen prefert* ea vice omnes antecedit. Sed vnusquisque mox vt *minorem chorum* ingreſſus fuerit a pſalmodia ceſſabit. Debet autem *juuenis*, ad cujus introitum ad nocturnos *ſcilla* dimitti ſolet, alba indutus *laternam vna cum lumine portare*, vt ſi forte *precedens lumen extinguatur* ſine mora ab iſto accendatur. Miniſtri quilibet altaris in minori choro diuertunt conuentu. *Ipſo die* rite *lumen in pertica portatur a cuſtode eccleſie vsque in presbiterium*: in *paraſceue a Priore: in ſabbato ſancto a domno abbate* vel ab alio *ſacerdote ebdomadario.* Sed in *hac die* mox illa *tria luminaria* ante altare ſunt accendenda, *in paraſceue duo*, in *ſabbato vnum.* Vt autem ad iſtum de quo agitur diem redeam, cum venerint in chorum *complicantur forme.* Pulſatis omnibus ſignis cantatur miſſa *feſtiue*, tamen ABSQVE GLORIA IN EXCELSIS. Diaconus *dalmatica* veſtitur, ſubdiaconus *tunica*, & *cappis qui graduale* cantant. *Kyrie eleiſon*, *Sanctus*, *Agnus dei* ſicut in qualibet dominica cantantur. *Seruitores eccleſie* in choro jam veſtiti expectant, donec poſt miſſam *cum lumine & incenſo corpus dominicum vbi recondendum eſt precedunt.* Poſt lectum euuangelium *liber ad oſculandum fratribus non differtur.* *Solus Prior tres hoſtias offert, armarius tamen*

priui-

prouidet, *vt tante consecrentur*, *que & in hac & in* SEQVENTI DIE *sufficiant ad communicandum*, *corpus domini in* PRECEDENTI DOMINICA RESERVATVM, *hodie cum illo detur quod ad presens est consecratum.* Infra missam *pauperes* quam familiaribus quam fratribus deputati claustrum per *decanum celle* introducti ita considere jubentur. *Kamerarius aquam* & *lintea* & *denarios* & quelibet necessaria ad illud *mandatum* preparat, *cellarius potum amministrat.* Quando *Agnus dei* canitur forme iterum explicantur, altaria quoque omnia *preter dominicum denudantur*, ejus vero denudacio vsque dum sacerdos discedat differtur. *Per istos quatuor dies quisquam fratrum communicare non omiserit*, *eciam si aliud tale quid dormienti acciderit*: & tamen per hos tres dies *pax non datur*, sicut LIBRI ORDINVM testantur. Quando tercia vice *Agnus dei* canitur, DONA NOBIS PACEM non subjungitur. Vesperos post missam sicut per totam XL. differimus. Missa cum BENEDICAMVS DOMINO clauditur. Quando post oracionem *per dominum nostrum* incipitur, a custode ecclesie *tabula* vice *scille* tamdiu percutitur donec oracio finiatur. Posthinc vsque ad *Gloria in excelsis* in sabbato nullus *infra* vel *extra claustrum* vtitur *osculo.* *Sacerdos cum omni diligencia corpus dominicum recondit super altare*, *quod est retro principale*, *Precedentibus cum cereis & plurimo incenso*, conuentu interim sedente in choro, eodem ordine quo & ad missam erat ordinatus, moxque ad idem altare *lumen* ponitur, *quod cum aliis ad matutinas extinguitur & postea non reponitur.* Postquam ministri altaris se exuerint, prioribus precedentibus, domnum Abbatem omnes secuntur *ad mandatum pauperum* cum psal. *Miserere mei.* Postquam autem ordinatim constiterint, ipse domnus abbas in *prima fronte pauperum* constitutus hanc imponit. —. *Dominus Jesus.* In quo verbo *venia ab omnibus petita* inchoatur *mandatum*, & *bini* & *bini* in parte *seniorum*, & *lauant* & *tergunt* & *osculantur.* Similiter in parte *juniorum* agitur, & cui quisque lauerit huic quoque tergit, accipiens ab illo lintheum qui post se est lauaturus, & comminus ab illo, ab isto vas cum aqua quam effundat, aliam suo pauperi allaturus. Mox tercius in ordine lintheum a primo accipit, quod iterum *ejus humero* qui tunc lauat inponit, ipseque mutuo vas de terra tollens aquam apportat & ita fit per reliquos. Sunt autem *duo vasa* aque in vtraque parte claustri posita & juxta vtrumque vnus frater cum *conca* qui vnicuique accedenti aquam sumministrat. Pendent eciam ibi duo *manutergia*, vt quisque post lauacionem pedum rediens proprias manus lauèt & tergat. Qui tamen fratres aliquos de hiis qui ante lauerunt vicarios interim récipiunt donec & ipsi a suorum pauperum lauacione redeant. *Infirmi in capitulo suis pauperibus* officiantur.

 Deus



Deus misereatur, antiphone prefate subjungitur, que & per singulos versus ejusdem psalmi repetitur. Et postea psal. Beati *immaculati*, in quo iterum post *octo versus* eadem antiphona subsequitur. Cum ad hoc ventum fuerit vt *ad manus pauperum* aqua ministretur, tunc & alie antiphone ad mandatum pertinentes cantantur absque illa antiphona. *Ante diem festum pasche*, percantato tamen prius si quid remanet de octo versibus qui tunc in ore est, cum Ant. *Dominus Jesus*. Sed non ideo differtur manuum lauacio.

In manuum lauacione hoc obseruatur quod vnusquisque *caucas* *) & *manutergium* ab eo accipit qui ante se lauit. Finita hac lauacione *domnus Abba* assumtis aliquod ad hoc idoneis fratribus exhibet eciam lauandi officium *familiarium pauperibus*. Hoc quoque ministerio cantuque finito *tabula* a domno Abbate ad locum suum reuerso semel percutitur, & *benedictio super vinum propinandum* sub silentio datur, cum quo eciam illo incipiente singulis pauperibus a singulis fratribus *duo denarii* quos dudum acceperunt, ex vna parte a *Kamerario* & ex altera ab ejus socio per manus osculum tribuuntur, ita tamen vt nullus *nummum suo pauperi* tribuat, priusquam *Priorem* dedisse videat. Postea vero *familiarium pauperibus denarii* per quosdam eorum erogantur, a quibus & aqua eis amministratur. Quo peracto *omnibus inclinatis* dicendus est versus & oracio a domno abbate que & *in ceteris diebus ad mandatum pauperum dici solent:* ita tamen *ne possit audiri*. Et in hunc eciam modum psalmo L°. imposito redeunt ad ecclesiam, iterum prioribus precedentibus, qui tamen psalmus sine versu & oracione finitur. Interim tamen dum mandatum fiebat, percussa est tabula tantis vicibus, quantis solent ad vesperos pulsari. Sed conuentu intrante *tabule quam plures vice signorum omnium* a custodibus ecclesie ad ostium ipsius Ecclesie stantibus percuciuntur. Cantantur vesperi cantore ebdomadario imponente Ant. *Calicem salutaris.* — — Finitis vesperis *super formas procumbitur*, & de cetero vespera sicut matutinum finitur. Pro *cimbalo* percutitur *tabula* quam illuc posuit *refectorarius* acceptam *a sacrista*. Sed *in refectorio pro scilla ceditur cum ligneo malleo principalis mensa.* Mallei autem *tres* ibi sunt in loco *trium cillarum*, qui & suppleant vicem illarum. Ibi que dicenda sunt omnia preter lectionem sub silencio dicuntur, sicut & postea ad ecclesiam regrediuntur. Si *Prior* lectori *ad terminum alicujus versus, vt dimittat, innuit*, ejusdem versus *aliqua verba repetit*. Si vero *in medio* versus innuit, perlecto eodem versu finit. *Nocturnalibus indutis* fratres lauant pedes & postea lectioni vacant,

*) *Vasis genus graecis* καυκα *vel* καυκες, *Glossar. du Fresne T. II. p.* 417.

vacant, vsque dum poſt refectionem ſeruitorum *audita ſcilla ad bibendum eunt.* Rurſus percuſſa tabula conuocantur *in capitulum*, vt tunc demum fiat quaſi *autenticum mandatum.*

DE MANDATO FRATRVM.

Priore ſedem domni abbatis occupante & *armario* antiphonam — *Ante diem feſtum* inchoante, *domnus abbas* & cum eo aliquot *ſeniores*, in capitulo, *pridie* ab ipſo ad hoc deputati, *lintheis precincti*, & *pelues in manibus habentes* intrant, & ipſi *duo hinc* & *duo illinc* lauant & tergunt *omnibus*. In miniſterio autem habent *adjutores preſentis & future ebdomade ſeruitores.* Preterea domno abbati ſuus adeſt *capellanus*, qui pedes eorum quibus *ipſe* lauat, ipſe *ſuſtentet*, duo autem aquam viciſſim afferunt; ſenioribus vero predictis non eodem modo amminiſtratur, ſed quilibet aquam afferens, *pedes fratris* cui cum eadem aqua lavandum eſt, *ſubleuat.* Singulis autem *cum vna aqua* in *hac vice* lauatur. Quo peracto omnibus hiis ſeruitoribus in auditorio binis & binis ex vna aqua aliquot fratres ad hoc in capitulo eciam prenominati pedes lauant & tergunt, de hinc & ad manus aquam eis ſumminiſtrant. Quod dum peragunt ipſi in capitulum redeunt. Deinde domnus Abba & predicti ſeniores aquam fratribus *ad abluendas manus* afferunt: vnusquisque eorum hiis quibus & prius pedes lauerunt. Sed domno abbati ſicut & hiis ſenioribus duo tantum fratres ea vice aſtant, vnus manutergium fratribus prebens, alter dum res exigit aquam afferens. Poſt hoc omnes ſimul egrediuntur manibusque expeditis illi ſoli qui pedes fratrum lauerunt redeuntes *coram priore inclinant.* Quo eciam ſtatim *ſecedente* tunc primum domno Abbati *ſedem ſuam petenti aſſurgit conventus.* Sed & hii qui foris remanſerunt intrantes ad ſedem ſuam, inclinant. Priusquam autem quam ablucio manuum ex toto finiatur, diaconus ebdomadarius & *conuerſi* qui thuribulum & candelabra deferant absque licencia *inclinantes* exeunt & albis ſe induunt.

Cantus autem hujusmodi eſt. Poſt primam, *Ante diem feſtum*, duo fratres ad analogium venientes & ante ſe tantum ſemel inclinantes precinunt. — *Tellus ac ethra*, conuentu eundem verſum vel ejus repeticionem ad ſingulos verſus viciſſim iterante. Poſt cujus finem cetere antiphone ſubjunguntur. Harum autem omnium iſte eſt ordo.

ANTI-



ANTIPHONE.

Ante diem festum. Ant. *Domine tu mihi.* Ant. *Dominus Jesus postquam cen.* Psal. *Deus misereatur.* Ant. *Postquam surrexit.* Ant. *Audite hec omnes.* Ant. *Si ego dominus.* Ant. *Exemplum enim.* Ant. *Vos vocatis.* Ant. *Cena facta.* Ant. *In diebus illis.* Ant. *Maria ergo,* *Predicte* Antiphone inter *lauandum pedes* cantantur. *Sequentes* vero ad lauationem *manuum.* Ant. *Diligamus nos.* Ant. *Vbi est charitas.* Ant. *Christus descendit.* Ant. *Commendat autem.* Ant. *Maneant in nobis.* Ant. *Charitas est summum.* Ant. *Ille namque.* Ant. *Vbi fratres.* Ant. *Ecce quam bonum.* Ant. *Sicut vnguentum.* Ant. *Congregauit nos.* ℣. *A solis ortu & occasu ab aquilone & mari.* Ant. *Congregauit nos.*

In quinque dominicis noctibus *ante* ascensionem domini *ad mandatum,* Ant. *Ante diem festum.* Ant. *Domine tu mihi lauas.* Ant. *Vos vocatis me.* Ant. *Cena facta.* Que si non sufficiunt ad lauacionem pedum additur Ant. *Postquam surrexit,* & de sequentibus subscriptis quantum satis est.

In dominica *post* ascensionem domini & deinceps *per annum* prima est Antiph. *Mandatum nouum,* quam incipit *domnus Abbas* vel si ille non adest *armarius.* Ant. *In hoc cognoscent.* Ant. *Postquam.* Ant. *Si ego dominus.* Ant. *Vos vocatis me.* Ant. *In diebus illis.* Ant. *Maria ergo.* Ant. *Dimissa sunt ei.* Ant. *Diligamus nos,* & cetera.

Itaque vt diximus postquam domnus abbas consederit, cum cantus pene finitus sit, *secretarus* vt tabulam pro scilla percuciat solito signo licenciam accipit. Cantu cessante tabulaque sonante intrat diaconus stola & alba indutus textum euangelii portans. Quem precedunt primum vnus de custodibus ecclesie cum analogio decenter cooperto, & ministri cum candelabris & incenso. Quibus intrantibus assurgit conuentus, nec prius residet quam vnus versus de euangelio sit lectus. Tabula cessante lectio *more nocturnali* inchoatur ab eo loco: *Ante diem festum pasche* — & legitur vsque ad eum locum. *Surgite eamus.* Cujus anteriora prouidens *domnus abba* innuit *priori* vt eat ad percuciendum tabulam. Qui cum audierit quod predictum est ferit tabulam. Antecedentes autem baiulus *lectori* & qui albis sunt induti preueniunt vsque ad *mensam principalem,* ibique inter illam & *gradum ligneum* ponitur *analogium.* Fratribus refectorium intrantibus omnes qui ante in capitulo seruiebant in ipso introitu in partem declinant, vnde post domni abbatis ingressum mini-

straturi

ſtraturi procedant. Quo eciam intrante conuentus non tam ipſi *vtique miniſtri officium ſubituro* aſſurgit quam *Priori ad ſedem principalem tunc tendenti.* Nam tabulam percutere deſiit mox vt domnus abbas prius ad eum acceſſit, eumque in ordine ſuo preceſſit. Qui protinus vt conſederit diaconus lectionem vbi prius dimiſerat repetit domno abbate ceterisque miniſtraturis *ad gradum ſtantibus.* Vno verſu perlecto *Prior menſam parumper cum malleo pulſat.* Quo ceſſante domnus abbas *ſub ſilencio ſolitam dat benedictionem*, ita vt ad menſam eſt verſus, miniſtris tantum ſe inter benedicendum inclinantibus. Mox lectore opus interruptum repetente, ipſe & predicti ſeniores accipientes a principali menſa prius illic oppoſitos & in quatuor partes diuiſos *tenues & candidiſſimos panes* & primum *ad parietes* poſtea *ad lineam*, quisque ad menſas ſibi competentes ſingulis fratribus ſingulas *quadras* porrigunt, *oſculantes dexteram manum cujuslibet tale* EVLOGIVM *accipientis.* Tunc demum domnus abba diacono ſibique aſtantibus eandem benedictionem tribuit, ſi tamen verſum finiunt inceptum. Que benedictio ab eis accepta per miniſtros abbatis ponitur in principali menſa. Mox *refectorario* ſemel percuciente cum malleo eam ſuper quam potus miſcetur menſam ſeniores cum ceteris miniſtris *pateras* coram fratribus accipiunt potumque afferunt, domno abbate interim in loco vbi & prius panem benedixit expectante, vt & potum ibi benedicat & a miniſtro acceptum *Priori* afferat. Stationis autem eorum ita erit: vnicuique ſeniorum ſui adjutores quam conjunctiſſime aſſiſtant. Sonitu refectorarii ceſſante potus ſilenter benedicitur, & per manus oſculum eodem ordine quo & prius panis omnibus porrigitur, quibusdam diſcumbencium poſtquam ſua pocula ſuſceperint ad hoc adjuuantibus. Quo facto domnus abbas & omnes ſui coadjutores ad gradum inclinant, & ita ſinguli *ſedes proprias* petunt. Tunc primum conuentus domno abbati donec conſideat aſſurgit, & tamen *Prior* a principali menſa non recedit, ſed abbati *aliquantulum cedit.* Huic & ſeruitoribus predictis fratres hii panem & vinum ſub oſculis manuum miniſtrant qui & pridem pedes eis lauabant. Diaconus a lectione non ceſſat, donec eam vsque ad paſſionem: *Egreſſus Jeſus*, protendat. Tunc demum inclinat, & *ſtolam plicatam ſuper analogium* ponit, deinde ipſe & *conuerſi poſitis ſuper menſam candelabris* juxta Priorem conſident, finita cena & domno abbate ad ſurgendum *ter menſam pulſante*, eodem ordine vt venerunt, ſic quoque exeunt. Ante *hoſtium eccleſie* percutitur tabula ad completorium. Diaconus *albam* exutam *conuerſis plicandam relinquit*, & ipſe in chorum vadit. Completorium premiſſa oracione & confeſſione, *ſub ſilencio ab vno quoque ſingillatim incipitur & finitur*,



tur, verfis interim ad altare omnibus, & de cetero exceptis nocturnis & matut. nulla regularis hora alio modo agitur vsque ad vefperam fabbati fancti. *Completorium* Pf. *Cum inuocarem.* Pf. *In te domine*, vsque. *Odifti.* — —

IN PARASCEVE.

— — Ad primam *tabula* tam diu percuffa ficut hefterno die *fcilla*, omnes ad ecclefiam *difcalciati* veniunt quam & absque Antiph. ficut & ceteras horas cantant. Qua finita fecuntur manifefte VII. pfalmi cum letania ficut & in priori die. Exeunt fratres *in clauftrum* confidere, & communiter *totum pfalterium decantant.* Armarius autem ftatim poft exitum illorum *libros recondit.* Cuftodes quoque ecclefie *mobilia ornamenta*, que a puluere poffunt ledi aufferunt, *immobilia* vero *velamine aliquo defendunt.* Nam tunc a *famulis elemofinarii major ecclefia fcopatur*, & *junco fternitur*: quod & poftea *per totum clauftrum agitur*, ideoque tercia & fi opus eft due fequentes hore *ad S. Mariam* cantantur, ante terciam tabula percutitur, fed tantummodo ad lauandum. Iterum percutitur ad oracionem iterumque ad terciam. *Ad capitulum prius de ordine vsque in craftinum agendo eft pronunciandum*, *deinde de regulari difciplina tractandum.* Finito capitulo *lectioni vacant.* Poft VI. paratur *crux* juxta altare quod eft fitum *in dextro chori latere.* Poft nonam omnes debent *albis* veftiri qui ad officium *quod in loco miffe* celebratur, aliquid funt acturi, id eft quatuor altaris miniftri, inter quos duo *lectiones lecturi* infra paffionem *findones* funt diftracturi, duo ad *Tractum*, duo ex fenioribus presbiteri. Ant. *popule meus*, cantatur, duo cujuslibet fint ordinis cum verfibus ayos (*agios*) hiis refponfuri qui & poftea verfum, *Crux fidelis* precenturi funt. Poftea tres conuerfi *cum aqua benedicta cruce* & *thuribulo ad ignem nouum proceffuri*, fed mox exituri. Qui omnes *pedibus debent effe nudis* preter quatuor miniftros altaris, qui *nocturnalibus* funt induti calceis. Idem autem per minorem chorum a proceffione diuertentes *cafulis* induuntur, moxque fine lumine & incenfo presbiterium ingrediuntur, ibique in *nudo altari* libro euangelii fuper paruum lintheum pofito, ex more precedit facerdotis & diaconi peculiaris oracio quam fequitur altaris deofculatio; nam nulla tunc neque poftea agitur *confeffio.* Allato autem *nouo igni* in presbiterium, *duo luminaria* ante altare incenduntur, totidemque tabule ad officium ceduntur. Poft oracionem facerdotis legitur *absque titulo* prior lectio quafi ad Matutinum. — — — Ante quam paffio legatur *due parue findones fuper altare in transuerfum* ponuntur, que in eo loco vbi legitur: *Partiti*

funt

funt vestimenta mea, a prefatis fubdiaconibus hinc & inde *abftrahuntur*, & *fub cafulas in modum furantis rapte feponuntur*, finita paffione fuper altare recitat facerdos oraciones. *Oremus dilectiffimi*, & ceteras. — — — Collectis confummatis facerdos & ceteri altaris miniftri ad *veftiarium* redeunt, & *cafulas, ftolas, fanones, calceosque* deponunt, & in chorum ad *falutandam crucem* conueniunt. — — — In eodem autem momento, quo *ifta crux denudatur in choro*, eciam *de illa magna velamen* deponitur, que eft *fupra chorum in prefencia populi*. — — — Interim dum verfus: *Popule meus* cantabantur, *pauimentum* in choro *tapetibus* conflernabatur, fuper quas mox vt crux denudatur, primum domnus abbas, deinde facerdos, ceterique *dealbati*, fed vnusquisque vt funt *in facro ordine ordinati*, poft hos omnis conuentus, ad vltimum quoque infirmi, quilibet *tribus vicibus fe profternentes aliquamdiu jacent*, & poft hec ad ipfam crucem peruenientes de *imagine crucifixi* PEDES TANTVM *deofculantur*. In ipfa autem *falutacione* vnusquisque hac, *quam fibi deus donauerit vtitur oracione*. De qua qui duo primum poft facerdotem receſſerint eos, *qui crucem tenent*, expediunt, donec & ipfi *eam adoratam* recipiunt. Sacerdos poftquam crucem falutauerit, in veftiarium redit, miniftris in choro remanentibus. Peracta falutacione quando *crux extra chorum portanda fustollitur*, a precentore: — *Super omnia* imponitur, & iterum *venia ab omnibus petitur*. Sacerdotes autem *ad altare crucis* eam ponentes in veftiarium veniunt, cafulasque induentes *fuper brachia vt moris eft ad altare accedere eas componunt*, & alter eorum *calicem cum aqua* & vino *non confecrato* a facrifta accipit.

Quibus & alii tres ejusdem ordinis ab *armario* accerfiti *albis* tantum & *fanonibus* veftiti, cum candelabris & thuribulis affunt, & *hi feptem* hoc modo ad altare vbi *corpus domini* reconditum eft procedunt. Primus qui fert thuribulum, deinde combinati qui candelabra: poftéa illi duo facerdotes, vltimus facerdos ebdomadarius, quem fequitur *armarius*.

Interim facrifta ebdomadarius lintheum paruum fuper altare explicando fuffecerit, quod & ad prefens ita eft plicatum, fuper illud ponit. Poftquam facerdos ebdomadarius corpus dominicum *incenfauerit*, & is qui eft expeditis manibus illud vt eft *in fcutella* accepit, eodem ordine quo illuc venerunt, ad *majus altare* procedunt, conuentu contra eos *veniam petente*. Tunc facerdos progrediens *corporale* explicat, & *accepta cum corpore domini patena*, fimiliter & *calice* fuper illud locat, *vtroque offerente manum accipientis ofculante*, qui eciam deinceps per omnia *vicem diaconi & miniftri* fupplent.

 Illi



Illi vero tres incenſum & candelabra coram altari tenentes donec omnia finiantur inde non diſcedunt, niſi quod in ordine ſuo *ad communionem* accedunt. Sacerdos corpus dominicum accipiens & calicem ſolito more *operit*, incenſoque adhibito lotisque digitorum *quatuor ſummitatibus* tonali voce ſed tamen *mediocri* incipit: *Oremus preceptis ſalutaribus*, & cetera vsque in finem *dominice oracionis*, conuentu ſubjungente: *Sed libera nos a malo* — SECRETO ſicut mos eſt, ſequitur *Libera nos queſumus*. Poſtquam plane dicto *per omnia ſecula* omnes reſponderint *Amen*, ſumit *de corpore domini* & cum eo *quatuor oras calicis* ſecundum ſolitum *cruce facta mittit in calicem* nihil dicens. *Sanctificatur autem vinum non conſecratum per corpus dominicum*. Et communicat ipſe & ſacerdos qui vicem diaconi gerit, idem qui prius domini obtulit corpus, deinde albis induti, exin per ordinem ceteri, ad vltimum infirmi. Tunc ſi quid de euchariſta *reſiduum* fuerit, is qui *patenam infra ſcutellam tenet* de manu ſacerdotis accipit, *vna tantum hoſtia alicujus cauſa periculi ſi forte euenerit reſeruata*. Communione peracta *extinctisque candelis* percutitur tabula, vt fiat *oracio veſpertina*. Exeunt fratres *pedes lauare*, & ſe *diurnalibus calciare*. Interim due tabule in vice duorum ſignorum ceduntur, venientibus fratribus in chorum quam plures percutiuntur, & *duo luminaria* reaccenduntur, ſecuntur veſperi. — Finita veſpera cuſtodes eccleſie aſſumptis aliquot de *ſenioribus presbiteris* mox ſingula altaria incipiunt deſuper *lauare*, primum cum *aqua*, deinde *vino:* ad quod eciam opus nec *ſpongia* carent, quemlibet inbibente liquorem. Cum tabula fratres ad *refectorium* vocantur, vbi *crudas tantum herbas* bini & bini accipiunt. *Aquam* & in hac vice & poſtea illuc venientes, quibus placuerit, bibunt. Nam potus qui *juſticiis* *) in hac die *bis* infunditur, ab *elemoſinario in vſus pauperum vtraque vice ex integro recipitur*. Sermo *Johannis criſoſtomi* legitur *ad collacionem*, qui eſt *de cruce & de latrone*. — — Inde ad tabule pulſacionem in refectorium itur, vt *aliquantulum de vino prelibetur*, de quo eciam *nullus ſe abstinet*, quod tamen eo ordine ſicut ſemper *ad mandatum* fieri ſolet agitur, ſequitur *completorium*.

IN SABBATO SANCTO.

— — — Poſt matutinum ornatur eccleſia & altaria *palliis*, nullumque linteum ſuper aliquod altare mittitur, quod non ſit *optime lauatum*. Prima

*) *Id eſt:* poculis vinariis, *ex ſtatutis Hugonis cluniac. Et alibi paſſim, vide Gloſſar. du Cangii T. III. p.* 1568. *n.* 3.

ma eodem ordine ſicut heſterno eſt agenda, quam & recitacio VII. pſalmorum cum letania eſt ſecutura. In capitulo poſt lectionem in primis recitatur officium de nona prioribus per ordinem ad IIII. lectiones, & binis ac binis ad cantica notatis. Duo quoque ad alleluja, duo ad tractum ſcribuntur. *Domnus eciam abbas notatur ad hujus ſeptimane publicam miſſam*, & vt ſemel dicatur, quociens hoc fit in anno: in *ebdomada quoque pentecoſtes*, & *in die natali domini*, in quibus tamen feſtis alius ſacerdos armario injungente vicem ejus per omnia que ipſe non fecerit eſt acturus & *in refectorio benedicturus*.

Preterea in *quibuscunque feſtis voluerit cantat veſperos & matut. majoremque miſſam*. Ante eosdem matut. autem *euangelium legit*, & poſtea *cum alba* in chorum redit, ſed infra ymnum exit, vt *cappam* induat, & iterum ante finem ymni in locum ſuum, ſi *Antiphonam* vult imponere, reuertitur, comitante illum ſi tamen eſt in majoribus feſtis alio ſacerdote cum *acerra* *).

Poſt capitulum cantatis ad S. Mariam VII. pſalmis, *Verba mea*, reditur in capitulum & *percuſſa tabula* datur licencia *loquendi de raſura*: Que cum eſt incipienda, *prior* vnum ſonitum facit cum tabula, & *inter radendum ſummum tenetur ſilentium*, vsque dum circa finem raſure *prior* dicat: *benedicite*. Iterum poſt VI. locuntur fratres *in clauſtro*. CEREO *qui in hac die eſt benedicendus armarius inſcribit* QVOTVS ANNVS SIT DOMINICE INCARNACIONIS, QVOTA INDICTIO, CONCVRRENTES, ET EPACTE. Facit quoque in eo *quinque foramina* quibus poſtea inprimat totidem granaturis, qui & poſtea *ante majus altare* in competenti loco eſt ponendus, appoſito ei *analogio* ſuper quod eſt *benedicendus*. Poſt nonam omnes qui ad officium miſſe lecturi vel cantaturi, ſunt *albis induti*, procedunt *ad ignem* eo ordine quo & in precedentibus diebus, ſtatimque *ad introitum a domno abbate* vnus cereus de illis quinque qui ante altare ſunt poſiti *incenditur*.

Diaconus ebdomadarius ad induendum ſtolam & dalmaticam in minori choro a conuentu ſecedit, moxque reuerſus librum analogio ſuperponit, deinde *de prefato lumine majorem cereum accendit*, & accepta benedictione ſemel tantum contra analogium inclinans *laudem ejusdem cerei incipit*. Cum ventum fuerit ad hunc locum. *Suſcipe ſancte pater incenſi hujus*, precentor in eo foraminibus ante precauatis *crucem* facit cum *predictis granis incenſi*. *Oramus te domine* vt

*) *Id eſt cum vaſe quo aſſeruantur micae thureae*, Nauiculam *hodie dicimus*.

vt cereus iste in honorem nominis tui consecratus, eleuata manu benedicit eum diaconus. Qui peracta benedictione iterum inclinans secedit in *secretarium* & exuens dalmaticam & stolam redit in chorum, donec cum aliis ministris infra letaniam ad ℣. *Omnes sancti*, iterum exeat ea ad induendum.

Post benedictionem *cerei* secuntur lectiones in *albis* tantum & *fanonibus sine titulo* legende, conuentu inter legendum sedente. — — Lectionibus finitis sequitur *letania* ab armario chorum tenente, & ab alio cui ipse ad presens *cappam* porrigit, qui & solus postea cum ipso chorum tenebit, vtroque choro respondente. Ea est autem letania *cottidiana* que ad missam canitur, qua inchoata sacerdos in secretarium cum libro redit, postea cum ministris altaris rediturus *festiuioribus vestimentis* indutus. Potest autem si res exigit *alius sacerdos missam cantare.* Infra letaniam *tapecia in oras formarum* locantur, vt mox ea finita *cooperiantur.* Qua finita in eo loco. *Christe audi nos*, precentor *excelsa voce* pronunciat. *Accendite!* statimque eodem tenore incipit, *Kyrie eleyson.* Hec quoque *eodem momento* aguntur: id est, per sacristam *pulsacio signorum*, que & trahenda est vsque ad vltimum *Kyrie eleyson*, accensis *quinque candelabrorum in sanctuario*, processio sacerdotis & ministrorum ad altare, diacono dalmatica, subdiacono *tantum tunica* induto, *Nullus cereus precedit euangelium sed solum incensum.* Si quis sacerdotum missam *priuatim* cantare voluerit, *post euangelium* licenciam accipit. — — —

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

— — In hac die missa *pro defunctis* non cantatur *nisi corpus sit presens*, quod & per totam ebdomadam *in publico* deuitatur, sed *priuatim* eas cantare si necesse est in fer. II. & deinceps vnusquisque poterit. — —

In sequentibus *hujus septimane noctibus nocturni cum* TRIBVS PSALMIS *aguntur*, *&* TRES LECTIONES *ex euangeliis leguntur*, sed per hos *tres dies* Responsoria ad nocturnos *a binis* cantantur.

FERIA II. PASCHE.

— — Ad matutinos *in presbiterio* quatuor cerei adhuc de illis VII. accenduntur, *velamen de facie altaris* tollitur. — —

FERIA

FERIA IIII. PASCHE.

— — — Poſt completorium vel in craſtino *dorſalia* deponuntur, principalis quoque altaris *pallium* cum alio *humiliori* mutatur, de quo & cetera *nobilia ornamenta* tunc auferuntur, minora quoque altaria *feſtiuo ornatu* ſpoliantur, *forme in choro*, *ſedilia in capitulo diueſtiuntur.*

In ſequentibus tribus feriis omnia ſigna ad nocturnos pulſantur, duo quoque luminaria ad altare accenduntur, tercio accenſo, quando ad matut. omnibus ſignis pulſatis *velamen* de facie altaris tollitur.

FERIA V.

— — — Hoc a nobis obſeruatur, vt ſi *in tribus diebus ante paſcha aliquis frater in monaſterio defungatur, ejus publica commemoracio cum miſſa & pulſacione in hac feria V. agatur, ac ſi corpus in preſenti habeatur.* — — —

DE MVTACIONE CONSVETVDINVM.

Poſt octauam paſche inchoantur *nonnulle conſuetudines*, que non prius in priuatis diebus fiebant. Primo namque ante nocturnos nonniſi XV. gradus dicuntur, ſed pro matut. & poſt alias horas de conſuetis pſalmis remanent duo *primus* & *ſecundus* & inter preces pſalmus *quinquageſimus*, qui tamen *poſt primam* non omittitur *pro abbatibus noſtris defunctis.* Poſt VII. pſalmos letaniam *procumbendo* recitamus, eosdem quoque pſalmos procumbendo *poſt ſepulturam fratris iſtis diebus* & in quibuslibet XII. lect. feſtis in choro pſallimus. Si in hoc tempore *prior miſſa* canenda eſt *pro aliqua tribulacioue*, officium *Exaudiuit*, per totum cantatur, ſed *collecta*, *lectio*, & *euangelium*, pro *rei qualitate variantur.*

In Miſſa *defunctorum* que *cum maximo* agitur *duo in cappis* vel ſi fratris noſtri defuncti *corpus preſens* fuerit *in albis* cantant *Tractum* infra hanc *quinquageſimam*, ſicut & per *totum annum.* Abhinc vsque ad feſtiuitatem S. Michahelis oracio: *A domo tua*, ad letaniam & ad miſſam dicitur. — — —

DOMI-



DOMINICA IIII. POST OCTAVAM PASCHE.

— — — In tribus feriis *rogacionum* — — post regulares matutinos finitis matutinis pro fidelibus defunctis fratres *eunt dormitum*, & plus folito dormiunt, fonitu, vt moris, eft excitantur. Quia *propter fecuturam proceffionem* paruo nec interuallo poftea *meridiantur*. Vnusquisque autem fecundum libitum fuum furgit. Poft primam & poft tres pfalmos qui fecuntur priusquam VII. pfalmi dicantur interponitur Pfal. *Verba mea*, fi cujus defuncti *trigefimus* agitur. Poft VII. pfal. & letaniam ftatim ad principale altare fequitur miffa *de dominica* cum collectis ad publicam miffam confuetis, nouiffime illa additur: *Sanctorum tuorum*, ad quam tamen *ab omnibus offertur*, & pax *ab vno* recipitur. In hiis diebus in capitulo poft ℣. *Pretiofa*, numquam dicitur. *Deus in adjutorium*, nec locuntur *in clauftro*. Poft capitulum & poft terciam *lectioni vacant*. Poft VI. *dormitorium aliquantulum paufaturi* afcendunt. Cum fuerit auditum fignum calceis ad lectos dimiffis *nudis pedibus* defcendunt & lotis manibus *pexisque capitibus* in ecclefiam veniunt.

Poft pulfacionem duorum fignorum facta oracione armarius imponit Antiph. *Exurge domine* cum Pfal. *Deus auribus & gloria patri*, fubjungit facerdos qui miffam eft celebraturus ℣. *Oftende nobis*, & *fuper fedilia inclinati* dicunt *Kyrie eleifon. Pater nofter*, incipit facerdos Pfal. *Deus mifereatur*, & in die altero Pfal. *Deus in adjutorium*. Preces: *Et veniat fuper nos*. Oracio. *Mentem familie*, indirectum. Qua finita pulfantur omnia figna, & interim a cuftodibus ecclefie *fanctorum reliquie* quotquot funt, *cruciculis*, *capfulis*, vel *nuxis* *) *incluſe per fratres* diuiduntur, vt ab eis *collo fufpenfe portentur*. Dimiffis fignis imponit armarius Ant. *Surgite fancti*, & mox exitur. Secuntur Ant. *Cum jocunditate. De jerufalem. Vexilla*, *aqua benedicta*, *cruces*, & a fubdiacono *euangelii textus preferuntur proceffioni*. Secuntur primum *conuerfi*, deinde *literati* **): ita vt *priores fint vltimi*. Finitis antiphonis predictis fequitur ant. *Ego fum*, & de reliquis quantum fufficit; & vbi *nunc* dimittitur *in craftino* repetitur. Et hic cantus continuatim canitur, nifi quantum *a populariun concentu* interrumpitur. Interim duo ex maximis figna pulfantur vsque dum ecclefiam ad quam tendit conuentus ingrediatur, idemque in redeundo agitur. Prouifum eft autem a facrifta,

*) *Ita quoque Vdalricus in Confult. Cluniac. fed du Cangius legendum putat* buxis.

**) *Id eft* Clerici *ad diftinctionem fratrum* Laicorum *feu* Conuerforum.

crista, vt apportetur paratura cum qua celebretur missa, similiterque ministrorum altaris *nocturnalia calciamenta.* Cum veniunt ad hostium vestibuli, stantibus elemosinarii famulis *cum gemino fasce baculorum*, singuli singulos accipiunt, capita *cucullis* *) non operiunt. Venientes ad hostium ecclesie quam petunt predictis famulis *baculos reddunt.* Cantu de sanctis *quorum ibi sunt patrocinia* cum versu collectaque finito, agitur oracio cum inclinacione consueta. Fratres vero reliquias sanctorum portantes mox in introitu *super altare eas ponunt*, & tunc *veniam petunt* quam tamen postea *cum eas receperint*, premittunt. Oracione completa a sacerdote ebdomadario nona incipitur qui & mox cum ceteris ad missam *que est de letania* ministraturis vestitur, que eciam absque pulsacione duorum signorum canitur. Post primam collectam non nisi altera de sancto *cujus ibi memoria est* additur. Post lectum euangelium *cellerarius*, *infirmarius*, *refectorarius* accepta licencia reuertuntur. *Vnus offert* & *pacem accipit.*

Interim ab aliquo custode qui in monasterio remanserat hora competenti nona pulsatur, que & a fratribus qui pre imbecillitate processioni interesse non poterant, & ab infirmis tam in *monasterio* quam *ad S. Mariam* canitur. *Post finem* misse consident vniuersi donec *vtensilia misse* jam prope complicata fuerint & collocata. *Post acceptas reliquias* duo fratres quibus hoc ab *armario* injunctum fuerit, letaniam que post primam recitatur *tonali pronunciacione* precinunt, sed mutato ejus primordio sicut semper fieri solet in letaniari processione. Egressi *iterum baculos* recipiunt. Ad monasterium reuersi fratres qui reliquias sanctorum portauerunt *in altare eas reponentes* genua flectunt. Letania vero *in tantum prolongatur*, vt postquam conuentus se in choro collocauerit, & pulsacio signorum cessauerit, tunc primum *agnus dei* incipiatur. Postquam fratres se *calciauerint* cymbalo percusso ad *refectorium* vadunt. Oblate **) ibi non dantur. Vesperi *pro fidelibus defunctis* aguntur.

DIE II.

In secunda die nil mutatur de prioris diei obseruacione, si tamen vtraque caret *sanctorum festiuitate*, propter quod *collecta* ante egressum monasterii alia est quam in priori die. Item hec mutatur in *tercia die.*

DE

*) *Hodie* caputium *vocamus.*

**) *Hi enim panes candidissimi per celebriora tantum festa dispensabantur vt ex Petro Ven. L. 4. Epist.* 1. *constat.*



DE III. DIE.

— — — Quia *major missa* post processionem *ecclesiastico more* est differenda, ideo eadem processio *non longe* est facienda: sed monasterium tantummodo circuitur, sibique adherencia, eodem modo sicut & in priori die [c]).

Cum autem in reditu *atrio monasterii* propinquatur, letania que infra monasterium ad aliquociens processionem solet cantari inchoatur. Hoc tamen ejus inicium debet prouideri, vt ministri altaris spacium habeant *se calciandi & reuestiendi.* Pulsatio signorum sicut in prioribus diebus non protelatur sed prout competencia docuerit temperatur, finita letania sequitur missa, ad quam eciam *offertur*, & sicut alia priuata die *pax accipitur.* — — —

Si festiuitas XII. lect. alicui horum trium dierum inciderit nil de processione letaniari minuitur nisi *quod nudis pedibus non agitur*, fratres post capitulum *lectioni in claustro vacant.* Post oracionem vero tercie in choro sedentes prestolantur, donec qui ad missam aliquod officium sunt acturi vestiantur, vel si festum est hujusmodi omnes literati exeunt vestiendi. Post hanc missam de cetero omnia aguntur, *que de jejunio prescripta* inueniuntur.

Si inuencio S. Crucis in hiis occurrit *vtraque* processio in suo loco agitur; eciamsi propter alicujus defuncti *sepulturam tres misse* in eadem die communiter canentur. Si autem festum trium lect. hoc dies incidit, matutinale officium & antiphonam ad primam, ad priorem missam recipit, & post hanc ejus memoria in ea die non erit. — — —

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTE.

— — — Post capitulum & deinceps ille ordo est obseruandus qui in feria secunda letaniarum, festo XII. lect. ante est prescriptus, excepto si hoc festum *in dominica* accurrit, quia tunc nulla mencio *letanie* erit, hoc quoque excipitur, quod in hac die ad processionem *baculis* non vtimur, neque *sanctorum reliquie* a nobis portantur, sed in *crucibus gestatoriis suspenduntur.* — — —

IN

*) *Hodie per oppidum Altorfense transitur confluentibus supra 20. parochis cum immensa populi multitudine, ad Curiam altorfensem data cum SSmo Sanguine benedictione pars domum se confert: pars Conuentum ad Templum nostrum Comitatur.*

IN FESTO PENTECOSTES.

— — — Ad terciam Ymnus. *Veni creator spiritus*, qui & amplius non canitur nisi *ad vesperos*. In hac autem hora mox vt idem Ymnus incipitur, *tot pauperes ab eleniosinario reficiuntur*, *quot fratres in claustro manere noscuntur*. — — —

FERIA IIII.

— — In hac ebdomada semper celebrandum est *jejunium mensis quarti*. Qua propter fratres in hac die post capitulum in claustro *vacant lectioni*. Ante terciam facta oracione induuntur *albis*, post terciam *cappis*, ad missam *que festiue agitur* cantatur. *Spiritus domini*, per totum. — — Post sextam *itur dormitum*, ad sonum vero *scille* lotis manibus agitur oracio, & sequitur sacerdotis & ministrorum paracio. Deinde pulsatis duobus signis canitur quoque *missa de jejunio*, sicut & in alia *die priuata*. — — —

FERIA VI.

— — *Regularis ordo* in hac & in crastina die ita est obseruandus, sicut in feria IIII. est prescriptus. — —

SABBATO.

— — *Prior missa festiue* agitur. — Ad missam *de jejunio* chorus tenetur ab ebdomadario *cappa induto*. — —

IN OCTAVA PENTECOSTES.

— — — In feria sexta & sabbato post octauam pentecostes si aliud festum non colimus, missam *de S. Cruce* & *S. Maria* canimus. Quod & in omnibus feriis *sextis* & *sabbatis* abhinc vsque *in aduentum domini*, & *purificacione*. *S. Marie vsque in septuagesimam obseruatur*, nisi forte propter *aliud officium* dimittatur. — —

Post hanc autem dominicam in qua memoria *S. Trinitatis* agitur, mox ad quatuor psalmos per singulas horas dicendos, & ad venias petendas, ad inicia horarum reditur. — —



In hac feria II. si tamen festum duodecim lect. non impedit, isto modo agimus commemoracionem quorumlibet *in loco nostro sepultorum.* Post vesperos regulares & *suffragia sanctorum* priusquam procedatur ad *ecclesiam S. Marie*, pulsatis omnibus signis in choro cantantur vesperi pro predictis defunctis, & postea officium simili modo. In sequenti die *missa matutinalis propensiori studio est celebranda, & ab omnibus sacerdotibus priuate misse pro eisdem defunctis cantande*, ab aliis quoque *literatis VII. psalmi recitandi*, verum ad omnes has vices primo dicenda est collecta. *Deus cujus misfracione.* — — *Duodecim pauperes cum pane & vino, edulio carnis adjuncto vbertim sunt reficiendi, & cunctis aliis pauperibus superuenientibus de pane & potu misericordia impendenda est.*

DE JEJVNIO REGVLE.

Secundum edictum PRECESSORIS NOSTRI S. Benedicti amodo per totam estatem in priuatis diebus extra octauas *feria IIII. & VI. jejunium persoluimus*, nisi aut *pro nimietate estus* aut alia necessitate hoc relaxet indulgencia *ordinem tenentis*, aut *injuncta obediencia alicujus operis*, quod quo ordine sit agendum in *libro de obedienciis* est querendum *).

Quociens vero in eisdem feriis *vna vice commedimus*, tociens *nudis pedibus processionem facimus*, exceptis vigiliis sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & assumpcionis S. Marie; si tamen & ipse euenerint aliquando in tali die, solet eciam remanere, si quem *defunctum communiter sepelimus*, vel *si qua persona talis aduenerit, cui processionem faciamus.*

Hanc autem processionem vsque ad *Kalendas Nouembris* protendimus. Quando vero hinc vsque *ad Kal. Octobris semel reficiamus*, post capitulum *silencium resoluimus*. Post IIII. *lectioni vacamus*. Post VI. *aliquamdiu in lectis pausamus.*

Audito signo, si processio est agenda, a singulis fratribus *calcei sui in claustrum deportantur.* Deinde *manibus lotis pexisque capitibus* post pulsacionem duorum signorum fit oracio & imponitur Ant. *Exurge domine*, ab *armario.* Cetera que ad processionem rite secuntur, *in capite jejunii* inueniuntur. Si autem non est agenda processio, facta oracione mox sequitur letania, & ad vestiendum exeunt *misse ministri.* In cujus fine post *Deo gracias* nona pulsatur. —

IN

*) *Quem vero deperditum merito dolemus.*



IN FESTO S. OSWALDI M.

Hac die *noue vue sunt benedicende si adhuc mature sunt;* sin autem *quando primum maturescunt, cellerarius* representat eas *sacriste* ipseque *sacerdoti* ad benedicendum *infra canonem* ante illum locum — *Per quem hec omnia.* Vbi quoque *armarius* non deerit *ad demonstrandum quid sacerdos dicturus sit.* Postea vero *in refectorio distribuuntur fratribus in loco hostiarum* qualiscumque sit dies: Quod si est priuata dies tunc omittuntur *hostie.* Sunt preterea & alie *tres species* que singule in suo tempore ex more in refectorio benedicuntur, id est *noue fabe, nouellus panis, & mustum,* & hoc modo: Lectio prius inchoatur, post cujus primum versum *stans sacerdos sine stola* ante *mensam principalem* premissaque salutacione singula benediccione *sibi proprie ascripta* benedicit. Que autem singula ante inicium lectionis *super mensas sunt ponenda.* — —

IN NAT. S. LVCE EVANGELISTE.

— — — Abhinc vsque *ad purificacionem S. Marie quociens bis comedimus,* post prandium cum nona *seruitores non expectamus,* sed statim in chorum intramus eo ordine stantes quo solemus ad horas, finito versu eam; cantamus, & *per se postea seruitores,* non amplius *ante vesperas ad bibendum in refectorium redimus.* — — —

VIGILIA OMNIVM SANCTORVM.

— — — Abhinc *vsque in caput jejunii* processio *nudipedalis* non agitur, *mandatum quoque trium pauperum* hodie a fratribus finitur, sed in *hospitali* eodem apparatu quo & prius illis impenditur. — — —

DE S. EVSTACHIO ET SOC. EJVS.

— — Post Ant. *de cruce* psalmis famil. finitis, pulsantur omnia signa, & extinctis in presbiterio de illis VII. candelis *duabus extremis* cantatur vespera. *Placebo,* pro omnibus fidelibus defunctis; cum sola collecta. *Fidelium deus,* & finitum est.

Post nocturnos & psalmos famil. cum *benedicamus domino* finitos iterum pulsantur omnia signa & canitur *officium defunctorum* cum matut. Laud. *Exultabunt*



tabunt — eo ordine quo & vefpera precedens, & abhinc *vsque ad feptuagefimam* priuatis diebus poft nocturnos idem officium agitur cum matut. laud. *Exultabunt.* — Pofteaquam proceditur ad S. Mariam, ibique canitur matut. laus *de omnibus fanctis*, & *Verba mea* fi *trigefimus* agitur.

Hec tamen regula ab *octaua Natiuitatis domini vsque in octauam epiphanie non obferuatur.* Ergo *in craftino die poft feftum omnium fanctorum* propenfiori ftudio prior miffa *pro defunctis* eft agenda. Singuli quoque facerdotes *priuatas miffas* cum vna tantum que predicta eft oracione celebrant, alii autem litterati *quinquaginta pfalmos* quisque *per fe* cum primum potuerint, cantant. Qui vero pfalmos ignorant, tociens *pater nofter.* *Duodecim pauperes cum pane & ceruifia, vino & carne vbertim funt reficiendi.* Eodem die poft vefperos de omnibus fanctis ad S. Mariam vefperi *pro familiaribus noftris defunctis aguntur.* Cetera de hac commemoracione in feria II. prime ebdomade in quadragefima inueniuntur. *Tempore hyemali* quociescumque poft XII. Lect. commemoracio defuncti alicujus hoc modo eft agenda, *caret vefpera.* — —

DE DIFFERENDIS OFFICIIS DOMINICALIBVS.

Quando *poft octauam* pentecoften *dominice inchoantur*, illud eft obferuandum vt fi numerus ebdomadarum hinc *vsque in aduentum* domini *fupercrefcit numerum officiorum* vnumquodlibet officium cum appendiciis fuis quociens opus fuerit *per duas ebdomadas* canatur, quod tunc tamen congrue fit, cum fefta fanctorum continue celebrantur. Sed hoc tamen eft prouidendum, *ne in aliqua dominica officium dominicale reticeatur.* Vel fi hoc *fefta* impediunt, faltim ad vefperos & matut. Antiphona vna & oracio vna ad *priorem miffam* indicatur. — — —

DE JEJVNIO VII. MENSIS.

Ad inueniendum *VII. menfis jejunium* a prima dominica que fequitur *primam Marcii feriam quartam*, *viginti feptem ebdomadas vsque in feptembrem numera*, & *in viceffima octaua ebdomada iftud jejunium obferua.* In feria IIII. iftius jejunii prius *Tribulaciones* canimus. Si feftum XII. Lect. vel trium in aliqua dierum iftorum occurrit ille ordo eft obferuandus, qui in fefto XII. vel trium lect. poft feriam fecundam ante afcenfionem domini inuenitur prefcriptus;

ſcriptus; excepto quod ad majorem miſſam in feſto trium lectionum poſt primam collectam cetere ſunt *pro defunctis*, niſi in feſto *S. Euſemie.* Quod ſi in tali die occurrit in eadem *priori miſſa* prima collecta que eſt de *S. Euſemie* & illa *de ſanctis* junguntur cum vno *per dominum*, deinde *quatuor pro defunctis*, vltima *ſanctorum.* Quando Nat. S. Mathei ſiue Mauricii in feriam IIII. vel VI. ejuſdem jejunii euenerit, ad *ſecundam miſſam* que eſt *de jejunio* vna tantum oracio dicitur, ſicut in feria IIII. in pentecoſte.

DE MVTACIONE CONSVEDVTINIS IN SEPTEMBRI.

Ab idibus ſeptembris ſemel tantum comedimus in priuatis diebus, in quibus de hoc ordine nihil mutamus quem per totam habuimus *eſtatem* quociens *jejunium fiebat.* Item *in XII. lect.* quia *bis comeſuri ſumus*, per omnia ſicut prius facimus.

DE MVTACIONE OPERIS DEI IN OCTOBRI.

A prima dominica octobris vsque ad primam nouembris cantantur reſponſoria *de libro Machabeorum*, cum quibus ad priorem veſperam erit ymnus — *O Lux.* Ad nocturnos — *Primo dierum.* Ad matut. *Eterne.*

DE MVTACIONE QVARVMDAM CONSVETVDINVM IN EODEM MENSE.

In ipſis Kalendis Octobris ex toto dimittitur pauſacio meridiana. Si ſint XII. lect. *poſt prandium* ſedemus in clauſtro *ad lectionem* vsque dum & *ſeruitores ſurrexerint de menſa.* Pulſatur *ſignum majus*, & oracione facta, quod minus eſt vt nona cantetur, ambulamus ſolito more *in refectorium vt bibamus:* ſed *aqua* nequaquam vlterius propinatur.

In priuatis diebus *aurora apparente* pulſatur *ſcilla*, & continuo *nocturnalibus* indutis feſtinamus ad eccleſiam, & premiſſa breuiter oracione cantamus *primam*, ſequentibus VII. pſalmis & letania. Qua finita *vacamus lectioni vsque ad terciam.* Pulſatur *ſcilla* vt tunc *primum diurnalibus nos calciemus.* Lotis manibus



nibus & qui volunt facie pexoque capite imus in ecclesiam & ad orat nem *procumbimus*. Ille autem *juuenis*, qui ante nocturnos *presentata laterna* fin fecit *scille pulsacioni* cum *custode suo* vltimus adest *manuum lauacioni*, sicut & estate ante nonam, quod ad hostium ecclesie *obseruans sacrista ebdomada* signum pulsat. Quo *ad ingressum predicti juuenis dimisso* facimus tres oracion post quas & aliud signum pulsatur, & tercia cantatur, *missa quoque matut* adjuncta. Non solum post capitulum sed eciam post sextam premisso tan a priore *Benedicite* habemus licenciam *loquendi*: quamquam illud spacium *f esse breuissimum;* Nam *non amplius erit*, quam vt sacerdos & ceteri ad mis seruituri lauent manus, vt sint ad induendum se parati. Pulsatur signum nec omnes occurramus ad oracionem. Qua facta imponitur letania, & se vestiunt quorum supra memini, ad ministerium misse. Si autem est 1 IIII. aut VI. pulsato breuiori mora signo quam in alia die, prius nos *di ciamus* quam occurramus ad oracionem, vt *nudis pedibus* faciamus proce nem. Finita missa pulsatur ad nonam, & oracionem facimus priusquam eamus *ad lauandum pedes*: aut si non est ea dies in qua processio fiat, in ro tamen *legendo* expectamus, vsque dum *seruitores* potuerint pransisse. Pi tur denuo aliud signum ad nonam. — —

DE OBSERVACIONE ET CONSVETVDINE IN HYEME.

Ad Kal. Nou. vsque in cenam domini in priuatis noctibus excepto ab octaua ni vsque in octauam epiphanie postquam semel surgimus postea ad lectos non redi Hic inchoamus *vt triginta psalmos ante nocturnos cantemus*. Ad completor in priuatis diebus extra octauas hinc vsque in pascha. Ymnus — *Christ lux es* — cantatur. In quibus & hoc procurandum est, *vt adhuc luce diei rente dormitum eamus*. Quod tamen *raro fieri potest in his diebus quando bis cimus*, etc.

Anno 1315. Hainricus Coloniensis Archiepus loci Sanctitate motus dulgentias concessit. Datum Weingarten anno ab Incarn. Domini M. CCC. In Vigil. Matthaei.

Viros Nobiles hoc tempore obuios habuimus sequentes: 1315. *Joa Dapiferum de Walpurg*. *Burchardum de Tobeln*, & *Bilgrinum de Tobeln* mi

M

Militem de Roetenberg. Ortolfum Militem: Dominum H. de Hasenwiler militem & Conradum de Hasenwiler. 1316. Compositio *sub Wilhelmo Comite in Tettnang.* 1320. *Diethelmus Abbas Augiae majoris Gubernator Monasterii in Petri domo.* Inveniuntur ea etiam aetate vixisse *Rudolfus Senior Comes de Werdenberg: Rudolfus junior ejus filius Rector Ecclesiae in Tyringen.* 1324. *Eberhardus de Fronhofen Miles: de Schwende Armiger. Conradus miles de Sumerow.* 1326. *Eberhardus de Kungsegg.* 1331. *Hainricus Comes de Werdenberg Aduocatus Prouincialis Sueuiae superioris.*

Quum Abbas cum Conuentu suo partibus Ludouici Bauari adhaesisset, Excommunicationis sententiam suo Monasterio adsciuisse ratus, absolutionem petiit, quae autem tardior ipsum jam defunctum reperit. Ea in forma commissoria data est ad Abbatem minoraugiensem a Ganzelino Epo Albanensi Auenione Id. Julii Pontificatus Benedicti Papae XII. Anno secundo.

Culpa conjicitur in Heinricum de Werdenberg, quondam Comitem, dum viuebat *Aduocatum Ludouici de Bauaria* in illis partibus *generalem*, sub cujus alis dictum Monasterium cum redditibus & Bonis suis est situatum, qui cum ejus in hac parte complicibus ipsos Abbatem & ejus conuentum per subtractionem Bonorum temporalium atque minas, quae cadere in constantes viros poterant, ad prophanandum diuina compulit. Verba Bullae sunt.

Obiit dignissimus Abbas XVII. Kal. Aprilis, seu 16. Martii Anno 1336. quo quidem Anno, Mense & die Eum e viuis excessisse, ex sepulcro Ejus in Capella B. Virginis patet; scribit Georgius Abbas, qui illud adhuc vidit, jam dirutum.

CONRADVS DE VBERLINGEN ABBAS XVIIII.

De hoc Abbate ita disserit Abbas noster Georgius Tom. I. pag. 334.: Abbas Conradus de Vberlingen electus est anno 1336. de hoc Abbate nihil in posteriori Abbatum Catalogo, quem Bruschius & Crusius in historias suas inseruerunt. Fuisse vero hunc Conradum de Vberlingen Abbatem & inmediate alteri Conrado de Ibach successisse patet ex Litteris Anno 1336. datis, diserte in istis *duo Conradi Abbates* exprimuntur; & quia hae Litterae *in die Nicomedis* datae sunt; Praedecessor vero, vt ex Necrologiis elucet, eodem

 anno

 

anno 16. Martii mortuus est, sequitur Conradum de Vberlingen & Abbatem & dicto anno electum fuisse. Quod autem Vberlinganus fuerit, ex Litteris de Institutione festiuitatis S. Agnetis; quae datae sunt anno 1337. manifestum constat. Moritur hic Conradus de Vberlingen anno 1346. die 7. Aprilis. Mensem & Diem Kalendaria produnt: annum vero datae anno 1345. feria V. post festum S. Viti sub eodem Abbate Litterae docent, & quia juxta Necrologia 7. *Aprilis* ei extrema fuit, sequitur, eum anno 1345. nondum fuisse mortuum, vtpote qui eodem anno *mense adhuc Junio*, vt audiuimus, superstes fuit, quum autem *Hainricus* Abbas anno 1347. juxta Litteras sub Ejus nomine *am noechsten Frytag vor Vnser Frawen Liechtmesstag* datas jam praefuisse inuenitur; pronum est concludere, Conradum, qui, quemadmodum supra monuimus, 7. Aprilis viam vniuersae Carnis ingressus est, anno 1347. non amplius vixisse, & proinde Anno 1346. mortuum fuisse, ita Ille. Cujus emunctissimae Crisi, non est, cur addam aliquid.

Anno 1337. *Ludouicus Bauarus Rom. Imperator* Litteris germanice scriptis mandat *Joanni Dapifero Sueuie Praefecto*, vt monasterium suo nomine tueatur.

Dedit & Ofinia, seu Euphemia, de qua supra, Carinthiae etc. Dux alias Litteras germanice scriptas, in quibus *Meinhardi soceri sui* meminit, praecepitque Berchtoldo tum Judici in Merning, vt Abbati reuerendo Conrado, qui nunc est, & successoribus ejus Jura & priuilegia sua farta tecta conseruet, & in sui vicem contra omnem vim defendat. Datae in Surein post Christum natum M. CCC. XXXVII. in Vigilia S. Martini Indict. V. Erat autem ista Ofemia Vxor *Ottonis* filii primogeniti Comitis *Meinhardi*, jam anno 1310. viro orbata, ipsa anno 1347. obiit.

Anno 1339. *Comes Albrecht de Hohenberg Landuogt in Elsas* fatetur, *Comitem Albertum de Hohenberg Auum suum* renunciasse omni praetenso juri super *Egg*.

Eodem Anno *Hainricus de Ibach* Monachus, postea noster Abbas, locauit praedium in Lenon apud S. Martinum *sub Joanne Carinthiae Duce & Comite Tyrolis*.

Anno 1340. Nicolaus Dei gratia Epus Constis Litteras promulgauit, quibus datas ab aliquibus Episcopis Vineae nostrae Indulgentias ratas habet:

Vidi-

Vidimus, inquit, Litteras Venerabilium in Christo Fratrum nostrorum — — — quarum talis est tenor: Nos miseratione diuina Thomas Tinniens. Epus, Petrus Calliensis Epus, Sergius Pollensis Epus, & Petrus Montismaranens. Epus etc. Datum Auipione XV. mensis Februarii Anno Dni M. CCC. quadragesimo Pontificatus Dni Benedicti papae XII. anno sexto. Nos eisdem Litteris visis & perlectis ducti piae intentioni proposito dictas Indulgentias ratas habentes. Datum Constantiae II. Kal. April. Indict. octaua.

Anno 1341. Inita est Confraternitas inter Weingartense & Haidenhaimense Monasterium in Eistettensi Dioecesi, similisque anno 1342. cum Monasterio Deggingensi in Dioecesi Augustana. Eodem adhuc anno *Vdalricum Militem a Kunigsegg vixisse* luculentis testimoniis conuincimur.

Anno 1344. Ludouicus Brandeburgicus Marchio Dux Bauariae & Carinthiae, Comes Tyrolis & Goriciae accipit Monasterium & ejus Bona in Comitatu Tyrolensi sita in suam protectionem. Cl. D. Gercken Auctor Codicis diplomatici Brandeburgici quondam impensius me rogauit, vt, si quid forte nostra inter Monumenta de hoc Ludouico Brandeburgico reperirem, cum ipso communicarem. Verum Bonis Tyrolensibus sensim distractis, Archiuium etiam Tyrolense alio migrauit. Vt apographum saltem in Vinea esset relictum! hactenus in eo inueniendo frustra laborauimus, fuisse vero quondam apud nos, solertissimus Abbas Georgius adnotauit, illud certissime descripturus, si, quod futurum esset, & modo factum est, prospexisset. Exstant in nostra Bibliotheca duo Codices membranei in fol. qui sub hoc Abbate scripti sunt, *prior sciuias* inscriptus in III. partes diuiditur, Visiones S. Hildegardis Ord. S. Benedicti continens, in fine legitur: anno Dni MCCCXXXI. scriptus est iste liber, quem fecit Dnus Johanes de Merspurg, *posterior Breuiarium Extrauagantium* Bernardi Papiensis cum glossis marginalibus, in fronte codicis legitur: anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octauo ligatus est liber iste, quem fecit ligari Dominus Johanes de Merspurg Ord. S. Benedicti Custos in Wingarten. Hic exstat sub Litt. H. n. 24. & folia 245. ille sub Litt. I. n. 10. & fol. 178. complectitur.

Viri Nobiles hoc tempore nostris in Monumentis reperiuntur: Ad annum 1336. *Bilgrinus de Tobeln Miles. Vlricus Schacher.* 1337. *Joannes Dapifer Suniae Praefectus.* 1339. *Joannes de Winterbach.* 1341. *Fridericus Huntpis Prae-*

tor Rauenspurgensis. 1342. *Oswaldus Biberſee. Hainricus de Hornſtein. Vdal a Kunigsegg, cujus Vxor in Capella, quam illi Barones heic habent, ſepulta eſt.* 1
Conradus Wildeman a Wildenekh.

HAINRICVS DE IBACH ABBAS XX.

Hic Abbas eligitur anno 1346. quo Praedeceſſor mortuus eſt, M Aprili vel Majo. Moritur Hainricus anno 1363. 21. Septembris. Men & Diem docent Kalendaria, annum ſic probamus. Anno 1363. *in Vigilia rificationis* adhuc *Heinricus noſter* praefuit, vt patet ex Litteris eodem anno die ſub eo datis ratione cujusdam concambii, quod factum eſt cum *Hain de Schellenberg in Hohentanne.* Eodem porro Anno 1363. *in Vigilia S. Oth* praefuit jam *Ludouicus Abbas*, vt denuo patet ex aliis Litteris in Archiuio ſtro adſeruatis, praefato igitur anno mortuus eſt Hainricus & ſepultus in pella B. Virginis, vt habet vetus Necrologium, ita fere Laudatiſſimus Ge gius Abbas.

Primas inter curas hic Abbas habuit, vt Monaſterii Jura turbulenti mis hisce temporibus Auctoritate Caeſerea in tuto collocarentur. Diplo ergo a Carolo IV. Imperatore obtinuit, cujus Excerpta heic adducimus: *lumus etiam & firmiter praecipimus tenendum, ne Aduocatiam dicti Monaſterii in vel in parte, ſiue in hominibus propriis, aut cenſualibus ſibi alicujus conditionis pote tem aliquis vſurpet, vel de noſtrae conceſſionis gratia Jurisdictionem Vendicet. — — Sed ſemper in noſtra protectione & Aduocatia indiuiſibiliter permanebunt, prout eti idem Articulus de verbo ad verbum in priuilegiis quondam Imperatoris Friderici di memoriae, quae vidimus, continentur, in quorum teſtimonium preſentes ſcribi, & ſig noſtrae Majeſtatis munimine juſſimus roborari. Datum Vlmae V. Kal. Febr. anno 1 mill^mo CCC^o. XXXXVIII. Indict. prima Regnorum noſtrorum anno ſecundo.*

Eodem anno *Vlricus Dei gratia Epus Conſtantienſis Commiſſarius ad infra ſcri a ſede apoſtolica deputatus*, abſoluit Clericos, ſeculares & regulares ac Laic vtriusque ſexus a Cenſuris, quod Ludouico Bauaro adhaeſerint, in eos lat conceditque facultatem, vt ſepulturae Eccleſiaſticae tradi & fidelium O cionibus aliisque ſuffragiis valeant adjuuari. *Datum Conſtantiae Anno L M.CCC.XLVIII.* etc.

L

Ad annum 1349. notat Rvndmus Georgius Abbas: *Litterae habentur, in quibus apparet ad Monasterium nostrum praefato adhuc anno pertinuisse Ecclesias in Wilhelmskirch, & Winterbach, qualiter autem & quando sint amissae hae Ecclesiae? non constat.*

Anno 1350. Heinricus Abbas cum Heinrico Abbate Loci Heremitarum Ordinis S. Benedicti nec non Marquardo de Bechburg conuentuali ac Camerario ibidem concambium habuit. Datum & actum in monasterio nostro loci Heremitarum (Einsidlen) sub anno M. CCC°. L. in die S Egidii.

Eodem anno *Ludouicus Marchio Brandeburgicus Comes Tyrolis* concedit Monasterio possessionem duarum Villarum in Schirnaw, sicut etiam 1357. Judici in Merningen mandat, vt Monasterium immittat in Curiam dictam *Werenberg.*

Ad annum Christi 1352. adnotauit jam söepius Laudatus Georgius Abbas: *ex datis hoc anno litteris constat, tunc nos adhuc habuisse Torrenburen insignem Villam supra Brigantium, quae a Welfone V. olim data fuerat, vt ex antiquissimis monumentis nostris certum est.*

Anno 1357. In *Schattbuch*, judicio prouinciali Comitatus Hailigenbergensis decretum fuit, Monasterium Weingartense tam quoad homines suos quam ipsorum Bona *ab omni prouinciali judicio* exemtum esse. *Datum Schattbuoch a Natiuitate Domini M. CCC. LVII. den Zinstagz vor Sant Thomas Tag vor Wihennaehten.*

Viri illustres hac aetate vixerunt. Anno 1348. *Eberhart de Kunigsegge miles, Anshelmus, Vlricus, & Bertholdus ejus filii. Eberhardus & Berchtoldus Vlrici senioris fratres.* 1352, *Eberhardus comes de Nellenburg, Comes prouincialis in Hoegew.* 1355. *Conradus Wildemann, Pantilion, Johannes & Erhardus ejus filii.* 1357. *Wilhelm Comes de Montfort. Otto Dapifer de Walpurg, Pantaleon, Marquard, & Heinricus de Schellenberg. Anshelm & Benz de Kungsegg. Wilhelm de Brachsperg.* Walterus Praepositus in Langnow Ord. S. Benedicti commutat anno 1360. requisito venerabili Patre ac Domino *Bertholdo* Abbate Monasterii *Schaffhusen* personam.

1361. Obcurrunt *Eberhard de Kungsegg, dictus de Fronhouen, miles. Eberhardus & Luitold ejus filii. Heinricus Praepositus de Waldsee.*



LVDOVICVS DE IBACH ET HALDENBERG ABBAS XXI.

Abbas Ludouicus de Ibach eligitur anno 1363. eo enim Anno Praedeceſſor ejus Heinricus praeeſſe deſiit, moritur autem anno 1393. 19. Februarii. Menſem & diem ex Necrologiis ſcimus, Annum Litterae binae docent, quarum alterae 1392. 11. *Octobris* datae ſunt, in quibus Ludouicus aliqua prata coëmiſſe pro 100. Libr. Halenſ. dicitur, alterae 1393. *Feria IV. poſt Dominicam Reminiſcere*, in quibus Johannes de Roſenhart cuilibet praetenſioni, quam de Monaſterio ſe habere crediderat, renunciat, quod quum ſub Abbate Weingartenſi Joanne dicto Eſſendorffer contigerit, expeditum eſt, Ludouicum praenotato anno viuis ereptum jam fuiſſe. Sepultus eſt in Capella B. Petri Apoſtoli.

Necrologus Coaeuus hoc Ei Encomium poſuit: *Ludouicus Abbas requieſcit in Capella beati Petri Apoſtoli, qui fuit Vir prudens, ſobrius, quietus, pudicus & humilis.*

Nihil habuere antiquius plerique nedum noſtri, ſed & alii, quam vt Litteras ab Imperatoribus expeterent, quibus ſuorum Monaſteriorum Jura atque Libertates firmarentur: an ſucceſſerit euentus? alii judicent. Tales accepit quoque hic Abbas noſter a Wenceslao Romanorum Rege, quibus *ratas & perpetuas* juſſit gracias a Patre ſuo Carolo IV. conceſſas. Datae ſunt *Nurimbergae* Anno 1391. ahn St. Dorothee Tage. Id, quod Luculenter probat Wenceslaum anno 1391. (vt Clar. D. Michael Ignatius Schmid in ſuae Hiſtoriae Germanorum part. IV. pag. 24. adſerit) denuo Norimbergae fuiſſe.

Prioribus annis juſſu Gregorii XI. pp. Vectigal, ſeu contributio (vt ajunt) generalis per Alemanniam indicta fuit, quae Ludouico noſtro eo euenit acerbior, quod alias aerarium, temporum iniquitate, exhauſtum eſſet. Ad Cumulum vero calamitatum acceſſit Incendium anno 1375. 2. Auguſti fulminis ictu exortum, quod rudi quidem auena, ſed ad plangendum hunc lugubrem caſum ſatis apta coaeuus Poëta cecinit:

Anno

Anno MILLENO TRECENO *cum* SEPTAGENO
QVINTO *completo nondum, in fine Diei*
STEPHANI PONTIFICIS ET MARTIRIS *horrifer ignis*
Fulmine dejectus Culmen lapidis angularis
Cum campanarum mole penitus deuorauit.
Prodigium tale multorum cor vulnerauit.
Quod fit perattum Vicinia tota dolebit.
Weingarten Clangorem talem quia vix retinebit.

Anno 1391. fub *Alberto* Auftriae Duce & Comite Tyrolis fententia ratione cujusdam Praedii noftri Kortfh in comitatu tyrolenfi fertur. Ad annum 1391. etiam fequentia adnotauit D. Georgius Abbas pag. 596. *Hoc anno Kalendis Martii Bonifacius. IX. eximit Monafterium S. Georgii in Ochfenhaufen ab omni fubjectione & Poteftate Monafterii S. Blafii, fitque Monaeftrium Ochfenhaufen ex Praepofitura Abbatia, electus eft primus Abbas Nicolaus Schmid anno* 1393. 19. *Aprilis, eodem anno, quo electus eft, accepit confirmationem a Burchardo conftantienfi Epo, fic habet Inftrumentum Electionis, quod vidimus.* Vapulat proin Brufchius, qui hanc exemtionem factam a Martino V. circa annum 1420. fabulatur.

Carolus IV. in Diplomate dato zue Frankenfurt in die poft Exaltationem S. Crucis *nach Chrifti geburde dreyzehenhundert Jare und darnach in dem fechften und fechzigften Jare an dem nächften donnerftage nach des hailigen Creuzes tage, als es erhaben wart, vnfer Reiches in dem ain vnd zwainzigiften, und des Kayfertums in dem zwelften Jare,* giebt dem Edel Graf Vlrich zu Helfenftain (den Er *meinen* und *des Reichs Lanvogt* nennt,) auf die Pfandtfchaft das Am̃annampt in dem Marrkhet zue Altdorff, das Am̃anampt in der Statt Buchawe, die Freyen auf der Haide, — — — etc. Bis daff wir oder Vnfer Nachkom̃en an dem Reiche diefelben Pfandtfchaft, vmb die vorgenannten zway taufend gultin von Ihm oder feinen Erben wieder löfen etc. Idem Comes obpignorat *Ludewico noftro* das Am̃anampt des Markhtes zu Altdorff mit der gewöhnlichen ftewer etc. das geben wir in diefen Brief verfiegelt, mitt Vnferm vnd des Ehrwürdigen Herrn Herrn *Lamprechtes Bifchoff zu Speyr,* vnd des Edeln *Johann Landgrafen zue dem Lautenberg* vnfers lieben Oheim anhangenden Infigeln. der Brief ift geben zu Prage nach Chrifti geburde dreyzehen hundert Jahre, und in dem fiebenzigiften Jare an Sant Anthonien tage. Quos quidem tractatus, Comitem Helfenfteinium inter & Abbatem Ludouicum rurfus confirmat idem Imperator Carolus IV. Mit Vrkund dif Briefs verfi-



versigelt mit vnserem Kayserlichen Mayestat Insigel, der geben ist zue Pra
nach Christus gepurt dreyzehnhundert Jar, darnach in dem Sibenzigist
Jar, an dem Sontag nach dem öbristen tage. Vnsrer Reiche in dem viert
zwainzigisten vnd des Kayserthumbs in dem fünffzehenden Jahre.

In litteris, quibus testatur pactam summam rite accepisse, nominat idem Vlricus de Helfenstein *Seniorem.*

Anno 1375. *Conrat der stosser*, Ein Freylandt richter in der Burs von Römischen Kaysers Karlen gewalt judicium prouinciale *Lindaugiae* habuit.

Anno 1380. Praedictus Conradus prouinciale judicium exercuit *uenspurgi.* Litterarum initium tale est: Ich Conrat der stosser, Ein fr landtrichter in der Piers von meines gnädigen Herrn des *Römischen nig Wenzlaus gewalt, vnd von des Hochgepornen Fürsten und Herrn gnaden Her Friederich zu Payern* etc.

Tempore hujus Abbatis claruerunt Viri illustres: anno 1363. *Br. dolph von Homburg des teutschen ordens des heiligen Spittals vnser Frawen ze Jer lem Landt Chomendur ze Beham vnd ze Mahren, Kommendur des teutschen H in der Mayenawe. Bruder Eberhard von Küngesegg Hus Komendur.* 1380. *Eberh dus de Kynsegg, Vrsula de Reishach Vxor ejus, Albertus de Künsegg Eberhardi frat Vlricus de Künsegg. Walterus de Künsegg. Diepoldus de Lutkirch, Marcus de Sc lenberg in Kisseleg filius Marquardi.*

JOANNES DE ESSENDORFF
ABBAS XXII.

Eligitur, vt supra dictum est, anno 1393. moritur anno 1418. Mens & Diem determinant Necrologia nostra, annusque obitus sic eruitur: An 1418. *am noechsten Mittwochen vor Sant Egidii tag* sub Abbate Joanne Essend sio Sigismundus Rom. Rex datis Litteris suo Praefecto in Sueuia aliis praecipit, ne alium obtrudi Monasterio Abbatem permittant, nisi quem C uentus eligat, etiamsi quis apostolica quoque auctoritate, vel quocumque modo se intrudere conetur. Monasterium Weingartense Romanorum Regi semper singulariter commendatum fuisse, eosdemque solos, non alios Mo sterii Aduocatos esse.

Po

Porro eodem Anno *die* 4. *Octobris Joannes Blaurer* paciſcitur *cum Ottone Epiſcopo Conſtantienſi* ſuper ſolutione primorum fructuum, vt docent Litterae praeſatis die & anno datae, in quibus ſibi ſatisfactum fuiſſe agnoſcit Otto Laudatus Epiſcopus. His poſitis manifeſte ſequitur Eſſendorffium anno, quo diximus, vniuerſae carnis ſubiiſſe fatum, ſepultus eſt in Capella S. Leonhardi.

Anno 1398. (domeſtici cujusdam ſcriptoris narratio eſt) *Albertus Comes de Werdenberg* & Dominus Caſtri ad Montem Sanctum, vulgo Hailigenberg, circa finem ſeculi hujus Laudabili Zelo animatus, Eccleſiam Parochialem in Bettenbrunnen, in Territorio ſuo, prope idem Caſtrum adjacentem, ſibique jure Patronatus obſtrictam, pluribus fundis, cenſibus ac redditibus dotare & augere conſtituerat, eum in finem, vt commode in Eccleſiam Collegiatam promoueri poſſet: quapropter etiam Laudabiles Conſtitutiones & ſtatuta quaedam (inferius alleganda) confecit, ab vno Praepoſito, qui curam animarum gereret, & tribus ad minimum Canonicis, Capitulum facientibus, in perpetuum deinceps obſeruanda.

Quia vero majori Auctoritate pro Intentione ſua opus eſſe credebat, ideo Summo Pontifici *Bonifacio Nono* humillime ſupplicauit, quatenus Eccleſiam Parochialem *Bettenbrunnenſem* in Collegiatam euehere, nec non Conſtitutiones a ſe ordinatas, vi Summae & Apoſtolicae poteſtatis Auctoritate ratihabere, ac confirmare clementiſſime dignaretur. Annuit Libenter Pontifex piis Alberti Votis & Conatibus in Reſcripto deſuper dato anno 1398. Calendis Auguſti, Pontificatus ſui anno Nono, in quo Reſcripto poſt narratas Alberti Comitis preces Abbatem Weingartenſem (Joannes ab Eſſendorff tunc praeerat) omiſſo nomine Joannis, & ſola Dignitate Abbatiali, expreſſa, Commiſſarium delegat ad hocce pium & meritorium opus exequendum, mandatque, onerando deſuper Abbatis conſcientiam, vt praemiſſa diligenti inquiſitione circa veritatem narratorum, & congruam dotationem Eccleſiae, eam non ſolum Auctoritate Apoſtolica in Collegiatam erigat, & pro tali deinceps perpetuo habendam decernat, ſed etiam ſtatuta & alia rite ab Alberto ordinata per eandem poteſtatem confirmet.

Addendo Clauſulam ſuppletiuam defectuum ſi qui forte ſubrepſerint. Bulla Pontificia in Originali, Sigillo plumbeo, pro more, e filo canopis pen-

 dente,

 

dente, exſtat in Archiuio Weingartenſi inter Acta Bettenbrunn: ſub Num. 1. hujus tenoris:

Bonifacius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, *Dilecto Filio Abbati Monaſterii in Weingarten* Conſtantienſis Dioeceſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Piis deſideriis deuotorum gratum Nos decet praebere Conſenſum, & ea quae Salutem Animarum concernunt & Diuini Cultus augmentum reſpiciunt, vt votiuum conſequantur effectum, fauore proſequi gratioſo. Sane dilecti, Filii, *Nobilis Viri Alberti Comitis de Werdenberg*, *ac Domini Caſtri apud Montem Sanctum*, Conſtantienſis Dioeceſis, petitio nuper Nobis exhibita continebat, quod dudum ipſe de propria ſalute recogitans, ac cupiens terrena in coeleſtia, & tranſitoria in aeterna felici Commercio commutare, ad Laudem & Honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti ejusque glorioſae Matris Virginis Mariae, ac totius Coeleſtis Militiae Exercitus, parochialem Eccleſiam in *Bettenbrunnen* dictae Dioeceſis, quae hactenus per vnum Rectorem gubernari conſueuit, Collegiatam Eccleſiam fore deſiderans, eam, quantum in ipſo fuit, in Collegiatam Eccleſiam erexit, ac pro quatuor perſonis idoneis, inibi Domino perpetuo ſeruituris, quarum vna *Praepoſitus*, & aliae tres *Canonici* dictae Eccleſiae forent, *Capitulum* ejusdem Eccleſiae facientes, qui quidem Praepoſitus *curam parochianorum* dictae Eccleſiae gerere & exercere deberet, & bonis ſibi a Deo collatis ſufficienter dotauit, & nihilominus non nulla laudabilia ſtatuta & Ordinationes, per Praepoſitum & Canonicos, & Capitulum praedictos perpetuis futuris temporibus in eadem Eccleſia obſeruanda fecit, ac etiam ordinauit. Quare pro parte dicti Comitis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum in praemiſſis Ordinarii Loci, vel alicujus alterius ad hoc poteſtatem habentis, Auctoritas non interuenerit, ſeu Conſenſus, Eccleſiam ipſam Collegiatam de nouo erigere, nec non hujusmodi dotationi & aliis praemiſſis robur Apoſtolicae Confirmationis adiicere, de Apoſtolica benignitate dignaremur.

Nos igitur, qui Diuinum cultum noſtris temporibus augeri intenſis deſideriis affectamus, hujusmodi pium Opus & meritorium apud Deum dignis laudibus in Domino commendantes ac ſtatum & tenorem omnium praemiſſorum habentes praeſentibus pro expreſſis, hujusmodi ſupplicationibus inclinati,

clinati, Discretioni, de qua in his & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus, si, & postquam ipsa Ecclesia pro hujusmodi Praeposito & Canonicis congrue dotata fuerit, vt praefertur, eamdem Ecclesiam in collegiatam Auctoritate Apostolica erigere, ac titulis Collegiatae debitis insignire, ipsamque Ecclesiam de cetero perpetuis futuris temporibus non *parochialem*, sed *collegiatam* Ecclesiam nuncupandam, & censendam fore, statuere, & insuper omnia & singula statuta, & ordinationes & alia quaecumque per *eumdem Comitem* circa praemissa, alias tamen rite facta & ordinata, vt praefertur, quae *tibi* secundum Deum videntur expedire, super quibus etiam tuam conscientiam volumus onerari, eadem Apostolica Auctoritate Confirmare, & Apostolico munimine roborare procures. Supplendo nihilominus omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Calendis Augusti, Pontificatus Nostri Anno nono.

Gratis de Mandato Domini
Nostri P. P.

PARIDANVS.

Hanc Bullam Pontificiam anno 1398. debita cum reuerentia, per *Albertum Comitem* praesentatam, recepit *Joannes ab Essendorff Abbas Weingartensis*, in id deinceps solerter intentus, vt ad instantiam Comitis hasce Literas Apostolicas tanquam *Commissarius* debite exsequeretur, iisque quorum intererat, decenter intimaret.

Igitur anno sequenti 1399. 7. Aprilis ad actum solennem Comissionis suae progressus in ipsa Ecclesia Bettenbrunnensi, inque praesentia Domini Comitis, trium Parochorum ex Dioecesi Constantiensi, & Notarii publici Metropolitani, seu Moguntinensis, ac plurium aliorum, id coram testibus fideliter praestitit, dictam Ecclesiam in Collegiatam Auctoritate Apostolica erexit, titulisque in perpetuum insigniuit, solenni Actu primum Praepositum, primosque tres Canonicos (infra nominandos) instituendo. Instrumentum porro publicum desuper a Notario confici jussit, in quo Episcopum & Capitulum Constantiense compellat, suaeque Commissionis & injuncti Officii obligatio-


nem insinuat, vna cum statutis a Comite Alberto erectis, a Praeposito cum Canonicis deinceps obseruandis, quae statuta pariter mox infra recensebuntur.

Denique in eodem Commissionis negotio & Actu procedit Abbas etiam ad dotationem nouae Praeposituræ, pro qua praeter donationem ipsius Ecclesiae in Bettenbrunnen, ejusque fructuum, redituum & jurium etc. etiam par liberalitate donatam ab Alberto Ecclesiam parochialem in *Teggenhausen* Auctoritate Apostolica Praeposituræ nouiter erectae incorporauit, ita quidem, vt per Canonicum aut alium Presbyterum idoneum ad nutum Praepositi & Capituli ponendum vel amouendum possit gubernari (qua de re speciales exstant literae suo loco afferendae) annexo tamen onere, vt Praepositus & Canonici intuitu istius Ecclesiae *Jura Episcopalia* soluant, aliaque onera supportent.

Accessit insuper Donatio quaedam facta eidem Collegiatae a Domino Vdalrico Edelman cum bonis annexis. Post haec praefatos Praepositum & Canonicos Abbas Joannes solenni ritu instituit, inuestiuit, & confirmauit in dicta Ecclesia, Auctoritate Apostolica sibi delegata. Quae omnia ad mandatum ipsius per Notarium Metropolitanum, Petrum Engellhardi ad Acta & formam publicam redacta fuere, subscripta, suoque & Comitis sigillo munita.

Instrumentum Confirmationis hujus Ecclesiae Collegiatae praedicta omnia continens, in originali exstat in Archiuio Weingartensi sigillo vno (alterum ob vetustatem periit) cereo e filo serico dependente munitum, inter Acta Bettenbrunn: sub Num. 2. Heic vero annectitur Copia cum originali collata.

Reuerendo in Christo Patri & Dno Dno Episcopo, nec non Venerabilibus Viris, Dominis Praeposito, Decano & Capitulo Ecclesiae Constantiensis, vniuersisque & singulis Christi Fidelibus, vtriusque sexus. & specialiter iis quorum interest vel intererit in futurum, *Joannes Diuina Miseratione Abbas Monasterii in Weingarten* Ordinis Sancti Benedicti Constantiensis Dioecesis Commissarius ad infra scripta per subscriptas Apostolicas Literas specialiter, proprio tamen nostro nomine non expresso, deputatus Ordinationes vtinam in Christo deuotas, & in eodem, qui salus est vera, salutem, cum attenta notitia subscriptorum.

Literas

Literas Apostolicas Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini *Bonifacii* digna Dei Prouidentia Papae Noni, ejus vera Bulla plumbea in filis canapis pendente, more Romanae Curiae Bullatas, non abolitas, non abrasas, neque cancellatas, sed sanas, & integras, omnique prorsus vitio carentes, per *Generosum & Nobilem, Dominum Albertum Comitem de Werdenberg, Dominum Castri & Dominii apud Sanctum Montem* dictae Constantiensis Dioecesis nobis humiliter deuotius praesentatas, nos cum omni reuerentia, qua decuit, noueritis recepisse, tenorem qui subsequitur, de Verbo ad Verbum continentes: qui talis est:

Bonifacius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto Filio Abbati Monasterii in Weingarten Constantiensis Dioecesis salutem, & apostolicam Benedictionem etc.

Quibus Apostolicis Literis nobis vt sic praesentatis per nosque receptis, Dominus Albertus Comes praenominatus nos cum magnae deuotionis instantia requisiuit, vt ad executionem nobis per easdem commissorum procedere dignaremur.

Nos itaque volentes exsequi tam salubre negotium & mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter, vt tenemur. Quia per solertem inquisitionem super his per nos factam, inuenimus narrata in praedictis Apostolicis Literis esse vera, & praecipue, quod Dominus Albertus Comes praenominatus merae deuotionis intuitu ductus, dudum parochialem Ecclesiam in Bettenbrunnen dictae Dioecesis, quae hactenus per Rectorem, per Loci Ordinarium ad ipsius Comitis praesentationem, in eadem institutum, gubernari consueuit, collegiatam Ecclesiam fore desiderans, eam quantum in ipso fuit in collegiatam erexit, ac pro quatuor Personis idoneis inibi Domino perpetuo seruituris, quarum vna Praepositus, & aliae Canonici dictae Ecclesiae forent, Capitulum ejusdem Ecclesiae facientes. Qui quidem praepositus curam Parochianorum dictae Ecclesiae gerere, & exercere deberet, & bonis sibi a Deo collatis sufficienter dotauit per bona, decimas, census & reddituss infra specificandos.

Et nihilominus fecit & ordinauit non nulla laudabilia statuta & ordinationes per Praepositum, Canonicos & Capitulum praedictos perpetuis futuris



turis temporibus in eadem Ecclesia obseruanda, quorum quaedam praesentibus in scriptis sunt subnotata. Idcirco nos Ioannes Abbas & Commissarius antedictus Christi nomine inuocato, habitoque desuper peritorum Consilio, dictoque Alberto Comite humiliter & deuote supplicante eamdem Ecclesiam in Bettenbrunnen, Auctoritate Apostolica per dictum Dominum nostrum Papam, & Apostolicas literas praetactas nobis in hac parte commissa, praesentibus erigimus in Ecclesiam collegiatam, ac titulis Collegiatae Ecclesiae debitis insigniuimus, ipsamque Ecclesiam in Bettenbrunnen de cetero perpetuis futuris temporibus, non parochialem, sed collegiatam Ecclesiam nuncupandam esse statuimus atque censendam, ordinantes nihilominus & statuentes, quod inantea perpetuis futuris temporibus in eadem Ecclesia quatuor ad minus Personae idoneae inibi Domino perpetuo seruiturae, quarum vna Praepositus & aliae tres Canonici dictae Ecclesiae Capitulum ejusdem Ecclesiae facientes existere teneantur. Decernentes insuper Auctoritate Apostolica praedicta, quod hujusmodi Praepositus Curam parochianorum dictae Ecclesiae gerere debeat & exercere.

Pro cujus Ecclesiae Collegiatae in Bettenbrunnen Primo Praeposito & Praelato Venerandum Virum Dominum *Joannem Simler de Oberendorff* Presbyterum, & nihilominus Venerabiles Viros *Vdalricum dictum Edelman*, *Hainricum dictum Heckler*, & *Nicolaum Myller* Presbyteros, pro ejusdem Ecclesiae primis canonicis & praebendariis, per praefatum Dominum *Albertum Comitem* nominatos, in primos *Praepositum* & *Canonicos* ac *praebendarios* ejusdem Ecclesiae *cum plenitudine Juris Canonici* deputamus & ordinamus per praesentes. Statuentes etiam & ordinantes Apostolica Auctoritate praedicta vna cum dicto Domino Comito, quod iidem Praepositus & Canonici, suique in dictis suis Praepositura & Canonicatibus atque praebendis, ac Ecclesia successoribus, & in antea perpetuis futuris temporibus, repraesentent ac facere debeant atque possint ejusdem Ecclesiae Collegiatae in Bettenbrunnen *Collegium*, & *Canonicale Capitulum*, ac in hujusmodi suo Capitulo, pro negotiis ejusdem Ecclesiae in Bettenbrunnen, & suis expediendis & gerendis tractatus Communes, & *Jus Collegii* & *sigillum Capitulare* pariter atque Commune, ac vti hujusmodi Capitulari Sigillo suo in & pro necessitatibus & negotiis Ecclesiae suae praedictae, quoties fuerit opportunum.

Et

Et ſi facultates praefatae Eccleſiae ſuae, Deo, cujus res geritur, concedente, fuerint in poſterum tantum augmentatae, quod ad ſubmiſſa ſufficere poſſint, valeant ipſi Praepoſitus & Capitulum ejusmodi pro tempore exſiſtentes, creare & ordinare in eadem Eccleſia *Dignitates*, *Perſonatus* & *Officia* eidem Eccleſiae & Eccleſiaſtico ſtatui compedentia, nec non plures *Canonicatus & praebendas*, alia inſuper omnia & ſingula ſtatuta & ordinationes, & alia quaecumque per praefatum Dominum Comitem circa praemiſſa, alias tamen rite facta & ordinata, praeſentibus apoſtolica auctoritate confirmamus, apoſtolicoque munimine roboramus. Quorum ſtatutorum & ordinationum, in quibus omnes & ſingulos defectus, quos in eisdem interuenieſſe reperimus, eadem Auctoritate ſuppleuimus & ſupplemus per praeſentes tenores his noſtris literis, ipſo Domino Comite inſtanter petente, ad perpetuam rei memoriam duximus annectendos praemiſſisque ſtatutis & ordinationibus adjungendos. Qui tenores ſequuntur in haec verba videlicet:

Statuit itaque Dominus Comes praenominatus ac voluit & ordinauit, *quod cedente* vel decedente Praepoſito dictae Eccleſiae in Bettenbrunnen *Electio Praepoſiti* ejusdem Eccleſiae ad ipſius Eccleſiae in Bettenbrunnen Capitulum, & ejusdem *Praepoſiti Confirmatio ad Dominum Abbatem Monaſterii in Weingarten* ordinis Sancti Benedicti dictae Conſtantienſis Dioeceſis debeat in antea perpetuo permanere. *Electio* vero, ſiue *receptio* & admiſſio *Canonicorum* ejusdem Eccleſiae, qui omnes in ſacerdotio debent eſſe conſtituti, ſpectare debebit ad *Praepoſitum & Capitulum inſimul dictae Eccleſiae.* Cujusmodi quidem electiones libere fieri debent ſecundum Deum, & cum puritate conſcientiae, & plus dignis & idoneis perſonis omni ſpecie ſimoniacae prauitatis ſemota, ceſſantibus quibuslibet odio, fauore gratia & timore, ſic tamen quod celebrata quauis electione & cujusuis canonici receptione mox ante confirmationem ſeu admiſſionem in poſſeſſionem hujusmodi Praepoſiti vel Canonici, per eligentes vel recipientes praetactos, *conſenſus ipſius Domini Comitis*, ſuorumque in dicto, Dominio ad Sanctum Montem ſiue *hoeredum* ſiue *ſucceſſorum* reuerenter requiratur in hac parte. Praepoſitus inſuper ejusdem Eccleſiae pro tempore exſiſtens dictis Canonicis & Capitulo, veluti revera *Principalis* dictae Eccleſiae, vel eorumdem *Caput & Praelatus*, in omnibus & ſingulis, praeſertim celebrationem Diuinorum, & Diuinum cultum reſpicientibus, nec non aliis ejusdem Eccleſiae ſubditis vtriusque ſexus praeeſſe debet, & animarum eorumdem *curam parochialem* gerere & exercere.



Ipſique Canonici & ſubditi eidem Praepoſito, vt ſuo ſuperiori & Praelato re verenter intendere & obedire. Etſi forſitan hujusmodi Praepoſitum contin geret interdum, vel alio legitimo impedimento praepediri, quoad exequutic nem regiminis & curae ſubditorum, vnus ex canonicis ejusdem Eccleſiae cui Praepoſitus idem hoc mandauerit, vices ejusdem Praepoſiti geret obe dienter, & adimplere debebit. In dicta vero Eccleſia in Bettenbrunnen Prae poſitus & Canonici praedicti quotidie celebrabunt tres Miſſas, quarum dua ſine cantu legentur. Prima videlicet de Beata Maria Virgine, & ſe cunda pro Defunctis, ſed tertia ſcilicet de tempore celebrabitur cum no ta & cantu.

Et ſi locus vel Parochia, aut Vniuerſitas in Bettenbrunnen, Ceſſation a Diuinis vel Interdicto Eccleſiaſtico fuerit ſuppoſita, hujusmodi tres Miſſae clauſis tamen januis, & Excommunicatis & interdictis excluſis, ſubmiſ voce nihilominus celebrari debebunt. Sed iidem Praepoſitus & Canoni quotidie ſingulisque diebus in Eccleſia praedicta *legere* debent inſimul *omn Horas Canonicas.* Sed *Matutinum*, *Miſſamque magnam ſiue publicam*, & *Veſperas* praeſertim *Dominicis & feſtiuis diebus, in ipſa Eccleſia ſolenniter cum nota decant bunt*, niſi Eccleſiaſtico interdicto, vel alio legitimo impedimento fuerint ex cuſati. Quilibet autem eorumdem Canonicorum, qui legitimo impedimento vel licentia Praepoſiti, vel alia rationabili cauſſa ceſſante non interfuerit hu jusmodi decantationi Miſſae, Matutini, vel Veſperarum, ſoluet pro poena fabricae ejusdem Eccleſiae perſoluenda, quoad Matutinum quatuor, quoa Veſperas totidem, & quoad Miſſam ſex *denarios Conſtantienſes*, & quoad quam libet aliarum horarum canonicarum, cujus lectioni neglexerit in Eccleſia prae dicta intereſſe, eidem fabricae ſoluet duos denarios conſtantienſes. Qui etiar Praepoſitus & Canonici in antea perpetuis temporibus cum ſolenni compulſi tione campanarum, *Anniuerſaria praedicti Domini Comitis* & aliorum Dominc rum Caſtri praedicti, cum Vigiliarum & Miſſarum pro Defunctis decantatic nibus, deuote celebrabunt pro ſalute animarum eorumdem Deum ſupplicite deprecaturi. Iidem inſuper Praepoſitus & Canonici leuare debebant, & quo tidiana diſtributione in celebratione Miſſarum & horarum canonicarum inte ipſos Praepoſitum & Canonicos principaliter intereſſentes duntaxat, aequ portione condiuidere omnes & ſingulas oblationes in praedicta Eccleſia tem pore Diuinorum offerendas. Ipſi etiam Praepoſitus & Canonici vti debebur ac incedere Veſtibus & tonſura & corona honeſtis & congruentibus Ordin

face

sacerdotali, vitamque gerere clericalem & honeſtam, & a Ludis vetitis & ingreſſu tabernarum, niſi honeſta cauſſa ſubſuerit, abſtinere, nec quauis in domo, vel expenſis ſuis concubinam, vel mulierem ſuſpectam habere. In quibus, ſeu quorum altero, vel alio modo quocumque delinquentes, ſaltem enormiter, Praepoſitus & Canonici praedicti poſſint *per Ordinarium Loci* poena canonica, prout qualitas exceſſus exegerit, puniri ſiue mulctari. Sed ſi, & quoties continget dictos Praepoſitum & Capitulum ſiue Canonicos contra perſonas quascumque pro defenſione ſeu recuperatione Jurium ſiue bonorum dictae Eccleſiae judicialiter experiri, vel etiam extra judicialiter placitare, id fieri debet communibus ſumtibus & expenſis ejusdem Eccleſiae, ſiue Capituli praedicti. Si vero inter eosdem Praepoſitum & Capitulum ſiue Canonicos communiter vel diviſim ex vna, & quemcumque ſeu quoscumque ſubjectos dicti Caſtri, ſeu ad ipſum Caſtrum pertinentes ex altera, ſuper re, ſeu ex cauſſa quacumque contingeret oriri materiam quaeſtionis, hujusmodi quaeſtio primo deferri debet ad illum, ſeu ad illos in quorum Dominio dictum Caſtrum tunc exiſtit, ſi fieri poteſt, hujusmodi quaeſtio amicabili compoſitione licito modo & honeſto ſopiatur & terminetur. Alioquin ſi amicabili compoſitione terminari non poſſit, ad Eccleſiaſticum Judicem pro hujusmodi quaeſtionis deciſione recurſus habeatur. — — — — Praemiſſa ergo Statuta & Ordinationes nos *Joannes Abbas & Commiſſarius* praenominatus Auctoritate Apoſtolica praedicta innouamus, adprobamus, & vt praemiſſum eſt, Apoſtolico munimine roboramus. — — — —

Quae acta ſunt in *Eccleſia Bettenbrunnen* praeſcripta ſub anno Domini Milleſimo trecenteſimo Nonageſimo nono. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Bonifacii Diuina Prouidentia Papae Noni, anno Decimo, de Menſe Aprili Feria ſecunda ſeu die Lunae, ſeptima Menſis ejusdem, hora Nonarum vel quaſi. Praeſentibus honorabilibus & diſcretis Viris Dominis Conrado dicto Schürpſyſen in Pſulendorf, nec non Joanne Zemler in Suldorf, ac Vlrico in Ilmenſee, ſaepe dictae Conſtantienſis Dioeceſis Eccleſiarum Rectoribus ſeu Plebanis, & aliis quam pluribus perſonis fide dignis teſtibus ad praemiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Petrus Engelhard, Clericus Moguntinenſis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius: quia praeſcriptarum literarum Apoſtolicarum praeſentationi, receptioni & petitioni, dictaeque Eccleſiae in Bettenbrunnen in colle-



giatam erectioni, Statutorum & Ordinationum praedictarum Confirmationi, dictorumque Praepositi & Canonicorum collationi, Confirmationi, Institutioni & Inuestiturae, omnibusque aliis & singulis, dum sic vt praescripta, & per Praenominatos Abbatem & Comitem fierent & agerentur vna cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi & audiui, idcirco hoc praesens publicum Instrumentum, praesentem Erectionis, Confirmationis, Collationis & Inuestiturae in se continens de mandato dicti Domini Abbatis manu mea propria scripsi, meque hic in eodem subscribendo publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meo solitis & consuetis vna cum adpensione Sigillorum duorum Abbatis & Comitis praescriptorum signaui, vocatus & requisitus per Dominos Abbatem, Comitem, nec non Praepositum & Canonicos supradictos, in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum.

Atque inde Abbatibus Weingartensibus in hodiernum usque diem Jus inuestiendi Praepositum in Bettenbrunn adhaesit. Ipse aderam, quum ante quatuor Annos in festo S. Matthaei solenni ritu a R^mo^ Dominico Abbate nostro inuestitus est Praenobilis ac clariss. D. de Lang.

Anno 1401. Diploma confirmatorium *a Ruperto Romanorum Rege* obtinuit, & anno eodem controuersia, ratione cujusdam Praedii *Niederphuntnell* in Comitatu Tyrolensi orta, a *Leopoldo Austriae Duce, & Comite Tyrolis*, composita fuit.

Anno 1402. ab *Heinrico Epo Constantiensi* Confirmationem Fraternitatis (vt vocant) Rauenspurgi in Ecclesia parochiali erectae obtinuit.

Anno 1403. Mandat *Rupertus Rex Romanorum Hugoni Comiti de Werdenberg Sueuiae Praefecto* & Altdorffensibus, ne vlla *propria Persona* sine ejusdem Monasterii scitu & voluntate *in oppidum* recipiatur.

Anno 1404. *Joanni Abbati* quaedam feuda suo & Imperii nomine confert idem Rupertus Romanorum Rex. Diploma datum est Heidelbergae *off den naechten dienstag vor der Heiligen Marterer Viti und Modesti als man zahlte nach Christi Geburte Vierzehenhundert und vier Jare, unsers Reiches in dem virten Jare.* Ad mandatum Domini Regis *Johannes Winhem.*

Anno

Anno 1406. *Marquardus* Dei gratia Episcopus constantiensis inserit Bullam Innocentii VII. Viterbii XVIII. Kalend. Febr. Pontificatus anno secundo datam, tum inferius ita pergit: *Ceterum cum nos non solum ex fama celebri & diffusa, verum etiam ex vera scientia didicerimus.* — — — — — Datum & actum Constantiae in aula nostra episcopali prope Ecclesiam nostram constantiensem, finita sub anno a Natiuitate Dni MCCCC. VI. Mensis Julii die decima octaua hora vesperarum, vel quasi, praesentibus ibidem venerabili & nobis in Christo syncere dilecto Domino *Alberto Blarer* *) dictae Ecclesiae nostrae Constantiensis praeposito & discretis Viris Johanne Moren, ac Burchardo Hirt ipsius Ecclesiae nostrae Constantiensis Capellanis, Presbyteris testibus ad praemissa vocatis specialiter & rogatis.

Eodem Anno idem Marquardus praecipit omnibus Praepositis, Decanis, Cammerariis, Rectoribus, Plebanis etc. Vt singulis annis dum frequens adfuerit populi multitudo, in suis cancellis publicent Indulgentias visitantibus sanguinem Domini in Weingarten ab Innocentio VII. concessas, idque sub poena *suspensionis latae sententiae.* Datum Constantiae anno Domini M.CCCC. VI. XI. Kal. Octob. Indictione XIIII.

Eodem Anno Idem Indulgentias capellam S. Leonhardi, S. Conradi, S. Egidii visitantibus concedit. Datum Constantiae VIIII. Kalend. Decembris.

Anno 1408. In Diplomate Ruperti Romanorum Regis Altdorffensibus dato, dicitur, *oppidum Altdorffense* pertinere ad *Imperium & Monasterium Weingartense*: iisdemque concedit *Jus Nundiarum.* Idem Rex eodem anno declarat, Sueuiae Praefectos nec debere nec posse constituere *Ammanum*, seu *Waibel*, nisi qui per *sexennium* tanquam ciuis in Altorff habitauerit, & qui etiam *homo proprius Monasterii* esse debeat.

1408. *Landulfus* S. Nicolai in carcere tulliano Diaconus Cardinalis in partibus alemanniae ad procurandam Dei Ecclesiae Vnionem principaliter legatus etc. certis in festis Indulgentias largitur. *Datum Constantiae sub majoris Sigilii nostri appensione die XI. mensis Dec. Anno a Natiuit. Domini mill° quadringmo octauo Indict. I.*

*) *Fuit is, vt videtur, frater Joannis Blarer Abbatis nostri.*



Anno 1413. Ampliſſimum *a Sigismundo Romanorum Rege* accepimus Diploma, quo omnia & Singula Monaſterii Jura atque Priuilegia firmantur.

Anno 1414. *Fridericus Dux Auſtriae, ſtiriae Carinthiae & Carniolae, Comes Tyrolis* priuilegia omnia circa Bona noſtra in *Valle Atheſina* datis Litteris confirmat, quae quidem confirmatio a *Sigismundo Friderici Filio* anno 1446. ſub *Eberhardo Abbate* innouata fuit.

Eodem Anno Confraternitatem, quam Albertus Abbas S. Andreae Monaſterii Mantuae cum Hermano Abbate noſtro 1227. iniit, *Venerabilis in Chriſto Pater & Dominus Joannes de Cunis Decretorum Doctor, Dei & Apoſtolicae Sedis gratia Abbas Monaſterii S. Andreae de Mantua Ordinis S. Benedicti* cum Joanne Eſſendorffio Abbate noſtro renouauit, atque nouis Litteris roborauit. *Datum Mantuae in Monaſterio praefato 23. Auguſti* 1414.

Anno. 1415. Mandato Sigismundi Regis *Guntherus Comes a Schwarzenburg, Rudolphus Comes a Montfort Praefectus Sueuiae, Eberhardus Comes in Nellenburg & Landgrafius in Hoegow ac Madach, Houpt de Bappenheim,* & *Friſchhans de Bodmann* in controuerſia quae fuit inter Abbatem noſtrum & Altdorffenſes ſententiam tulerunt, quod Monaſterio competat omnimoda Jurisdictio in homines proprios & cenſuales Altdorffii ſedem habentes excepto jure maleficii, quod penes Praefectum Sueuiae maneat, quod Altdorffenſes nullum hominem proprium in ciuem ſine conſenſu Abbatis recipere poſſint, neque alium ibidem eſſe poſſe, ac debere *Amannum,* niſi hominem ad Monaſterium jure Proprietatis pertinentem. Item ſi mulier propria ciui nubat, *Jura mortuaria* Monaſterio integra ſunto, quam ſententiam etiam dato eodem Anno Diplomate Sigismundus Rex ratam habuit, firmamque.

Eodem tempore confectum cernimus Inſtrumentum, in quo Ammannus Altdorffenſis, Senatores & Communitas ejusdem oppidi a *Joanne Dapifero, Sueuiae Praefecto* coram Notario & teſtibus examini ſubjecti ſunt: an conſcii eſſent alicujus Indulti, quod aliqui ciues Altdorffenſes a quodam *Auditore Apoſtolico* contra Abbatem obtinuiſſent? negarunt ſe conſcios eſſe, faſſique ſunt ſibi contra Monaſterium ob praeſtitum fidelitatis ſacramentum moliri nihil licere.

Memo-

Memoriam posterorum meretur Diploma Sigismundi Regis Romanorum de anno 1417. quo non modo Judicium in caussa Weingartensium cum Altorfensibus latum publici juris facit, sed & Joanni Abbati nostro elogium S. R. I. *Principis* tribuit. Litteras patria lingua scriptas subiicimus. *)

Viri Nobilitate hac nobis aetate praesto sunt: 1394. Rudolphus Augiae minoris Abbas: Margaretha Wiellin Abbatissa in Baind. 1395. Joannes de Stuben Miles. 1396. Fida Abbatissa in Baind. 1403. Fridericus a Lochen. 1404. Heinricus Comes de Montfort Dominus in Tettnang. Aubrecht de Werdenberg junior Dominus in Heiligenberg. Hugo de Werdenberg Praefectus Sueuiae. Joannes Dapifer de Walpurg. Walther de Hohenuels dictus Rumbolli Georgius Dapifer de Kingingen. Marquard de Shellenberg. Joannes Cunradus de Bodmen. — Vlricus & Hainricus a Hoeringen in Berenburg Pater & Filius: Gerungus Abbas Augiae minoris. 1409. Hugo Comes a Werdenberg Praefectus Sueuiae. 1414. Lutdoldus a Kunigsegg.

*) Wir Sigmund von gotes Gnaden Römischer Kung zu allen Zeiten Merer des Richs vnd ze Vngern Dalmacien Croatien etc. Kung. Entbieten allen Fürsten, geistlichen und werntlichen etc. etc. Als sich nechst Stosse und Zweytracht zwischen dem Erwürdigen *Johann Abt zu Weingarten* VNSREM FÜRSTEN und lieben andechtigen in eynem, und den von Altorff an dem anderen Teyle als von der eygenschafft wegen erhebt hatten, vnd sy an beyder Syte für Uns zu rechte kommen waren, das sich gebürt hat, das wir unsre Rete die Sachen ernstlich zu verhören darzu gegeben und geschiket haben, also hat sich mit den Rechten, und nach aller Kuntschaft und Vswisung gefunden, das die von Altorff nach erster Stiftung des gotzhus zu Wingarten des abbts und Closters daselbs eigen Lute sind, als wir auch den Spruche der nu zu zweymalen darum gosthern (*gestern*) ist beweret und beuestnet haben, wann aber derselben Lute von Altorff etlicher flüchtig worden sind und der zit sich besorget das Im und sinem gotzhus dieselben fluchtigen Lute merklich Scheden zu ziehen möchten, darumb gebieten wir euch allen und ewer iglichem ernstlich und bestlclich mit diesem Brief, das Ir dem egenanten Abbt von Weingarten und den sinen gestatten sollet, soliche flüchtige Lute die sie und sines gotzhus eigen sind, wo er die by euch erferet, vszehalten vnd die zu straffen, und mit In zu tun als *Purgrecht* ist, vnd als sy Im verbunden sin, vnd tut Im daran kein Vnselle auch hindernüsse by unsern und des Richs hulden. geben zu Costenz nach Christ geburt vierzehnhundert Jar, und darnach In dem Sibenzehenden Jare am Frytag vor dem Palmtag, Vnser Riche des Vngerischen etc. in dem drissigsten vnd des Böhmischen in dem sibenden Jaren.



JOANNES BLAVRER ABBAS XXIII.

Conſtantiam egregii Nominis Vrbem hic Abbas Patriam habuiſſe conſtat. Electus eſt circa initium Octobris anno 1418. moritur anno 1437. 17. Aprilis, & terrae in Capella B. Virginis mandatur, ita Necrologium Weingartenſe.

Primis mox regiminis ſui Annis, Moniales Hofenſes, ab ipſa Fundatione ſemper in temporalibus aeque ac ſpiritualibus Weingartenſi Monaſterio ſubjectae, excutere omnino jugum, ac ſui eſſe juris moliebantur, re vero ad Ordinarium ſuperiorem, Epiſcopum Conſtantienſem delata, non tantum cauſſa ceciderunt, ſed etiam ne aliqua deinceps ad ordinem recens ſuſciperetur ſtatutum fuit, conſtituta reliquis ad vitae dies certa penſione, atque ſic hoſenſis Monialium Coetus pedetentim exſtinctus. Rem cum Joanne Dapifero Sueuiae Praefecto, aliisque Judicibus contulit Otto Epiſcopus Conſtantienſis, atque tandem ſententia anno 1420. in Die Agnetis Conſtantiae lata eſt.

Egregie fallitur Bruſchius, exiſtimans eo primum tempore Hofenam commutatam in Praepoſituram fuiſſe. Certiſſimum enim ex antiquiſſimis Monumentis redditur, a ſexcentis jam annis Praepoſitos ibidem exſtitiſſe, qui redditus nomine Abbatis Weingartenſis adminiſtrarent, Monialibus de Vitae neceſſariis prouiderent, atque munia parochialia obirent, tum enim Capella S. Nicolai in Buchhorn filia tantum Eccleſiae S. Andreae parochialis in Hofen erat, poſteriori demum tempore in matricem euecta. *).

Sub Hujus Abbatis Regimine bellum contra Huſſitas in Bohemia gerebatur, ad quod & Ipſe ſuam conferre ſimbolam debuit, immo aliae quoque non leues Expenſae ferendae huic Abbati fuere, quum Exteri quidam ſeſe nedum

*) *Anno 1430. 19. Junii per modum Compromiſſi a DD. Abbatibus Campidunenſi, Weingartenſi, Ochſenhuſano & Briguntino Joannes Mangoldt ex profeſſo ſacerdote Monaſterii Weingartenſis poſtulatus & electus eſt Abbas Yſnenſis, qui mox ad Epiſcopum Schaffhuſiam profectus per annuli affixionem & Bireti Impoſitionem in Monaſterio omnium ſanctorum confirmatus eſt die 8. Julii (albi legitur 18. Julii) eodem anno, utiliter praefuit & meliorem ex hac vita ingreſſus eſt anno ſalutis 1459. eodem nempe Menſe, & pene etiam die 17. Junii, quo ante 29. annos Abbas eſſe coepit, ita Chron. Yſnenſ. & noſtra.*

nedum in Parochias, quarum Collatio ad Monasterium pertinet, ingerere, *Prouisionibus apostolicis muniti* nitebantur, sed & alia Jura infringere tentabant: atuero Monasterium duo Diplomata, alterum anno 1430. alterum 1434. a Sigismundo Romanorum Rege obtinebat, quibus nobis omnia Jura, priuilegia, Libertatesque a Praedecessoribus suis asserta asseruntur. Et vt Defensores Monasterio contra inimicos suos ad latus essent, Is ipse *Jacobo Dapifero Sueuiae Praefecto vicinisque Ciuitatibus mandat*, vt illud *contra omnes quosumque Impetitores, suo ac Imperii nomine* defendant, atque *ipsius jura & priuilegia, quotquot ab Antecessoribus Imperatoribus, Regibus ac aliis data & concessa sunt*, tueantur.

Scriptum sub hoc Abbate Libellum de Immitatione Christi habemus, quem ex hac praecipue ratione adduco, quod caussae Kempensis Patroni antiquiorem hactenus proferre nullum potuerint. Nam iste, quem Kempisiani tanquam Autographum venditant, octo omnino annis est junior, nostro. Vtpote quum ille Monasterii Canonicorum Regularium in Monte S. Agnetis prope Suuollam teste Eusebio Amort pag. 242. anno M. CCCC. XLI. noster autem M. CCCC. XXXIII. scriptus sit. Codex autem noster chartaceus in 8. est, tres priores libros complectens, in fine sic legitur: *explicit liber interne Consolationis finitus anno Dni MCCCC. XXXIII. secunda feria ante festum assumptionis beate Virginis Marie per me fratrem Conradum Ebersperg tunc temporis conuentualem In Wingarten.* alius quoque codex membraneus sec. XIV. in fol. exstat. penes nos, Commentarios in Decretum Gratiani continens, in cujus fronte juniori manu adscriptum legimus: *Liber est Monasterii in Wingarten, quem Reuerendus Dnus Johannes Blarer concessit mihi Conrado kullm Decretorum Doctori & Rectori Ecclesie in Sulgen.* —

— Aedificia sub Abbate Joanne Blaurero suscitata haec sciuntur: Capella S. Catharinae, & locus, quo quondam Bibliotheca stetit: Duo coenacula, seu Refectoria (vt vocant) Fratrum, alterum pro aestate, alterum pro hyeme: Vmbraculum in Aula: Domus, qua Opifices & famuli prandebant: horreum cum cella vinaria prope Capellam B. Virginis: piscinae aliquot in Pomario effossae: scala lapidea, qua ex oppido Altdorffensi in templum multis gradibus adscenditur. Caput etiam seu potius statuam S. Nicolai, quae suum Auctorem hac inscriptione prodit: *Anno Domini M. CCCC. XXIII. procuratum est hoc opus per reuerendum Patrem Dominum Johannem Blarer hujus cenobii Abba-*



Abbatem. Haec ex multis retulisse satis, quum scheda *) licet hinc inde murum arrosa dentibus, sua ipsius manu scripta factarum a se Expensarum rationem reddat, quam heic inserere integram aequum duximus.

In

*) *In nomine Domini. F.* JOANNES BLAVRER *Abbas Monasterii in Wingarten licet indignus ego publico & discherno in veritate que expendi de Monasterio que non sunt exaudita de predecessoribus meis. Item* des ersten hain ich geben dem Margrauffen von nider Bayden (*f. Baaden*) VI^c. gl. Ringster (*fl. Rhenenses,*) und XVII. gl. an p. gl. vnd IIII. f. den. vnd VIII. den. also bin ich quitirt.

Item ich han gen Abt Johannes dem Frigen von der *Hussen* wegen LX. lib. den. an alten *Plapharten* als ich darum quitirt bin.

Item ich han aber geben minem herrn VON STAIN LXII. gl. vnd II. sol. den. die vor den KASTBER (*Caspar*) VON KLINGENBERG, als ich quitirt bin.

Idem ich han aber geben mim herrn von ZWIFALTVN (*Abbati* GEORGIO *qui Collector erat subsidii contra Hussitas pendendi.*) C. gl. vnd XX. gl. Ringst vnd LXVII. *Dugattun* als ich och quitirt bin.

Item ich han geben EBERHART VON FRIBERG CCC. gl. daran gab min herr von PETERSHVSEN CX. gl. an. *Item* ich gab dem von Friberg allein XX. gl. vor an maden der im abwaif gangen. — — —

Item mus gen HANSEN VON HORNSTAIN L. ringst gll. als got wol waif wie ers nam. *Item* den Knechten VI. gl. die mit dem lantfogt mit den Wegen giengent. *Item* XXVII. gl. von den Wegen ze uff zerusten.

Item VII. pfferit (*equos*) die da belibent sind gewerdet vor L. gl. (*an vnus an omnes septem omnino tantillo pretio venere?*)

Item den hornast (*harnisch seu torax*) der da verloren ward, ward gewerdet umb XII. gl. *Item* als das gotzhus shaiden hait genomen von der Armanlut wegen, die das gotzhus krieget han.

Item ich han KROELEN ge *Nuolenberg* (*Nurenberg*) gesend. *Item* ich han BROKEN och dahin gesent. *Item* als ich zwrent *ald cristen* zu dem *Markschalken* gesent.

Item als ich etwa sil zit ze *Vberlingen* laig, vnd da brief usser uss der Kanzli bracht. *Item* vnd als ich darnach unserm dem *Kung* ge *Lindow* nach rait.

Item dar nach sant ich KROELEN vnd PROKEN ge *Feldkilch* zu *unserm herren*

In his ratiociniis mentio fit expensarum, quas in compositionem controversiae cum subditis habitae insumsit commissarii a Romanorum Rege deputati

Item als ich zworen *ald cristen swarlich tag laist mit den armen Luten.* *Item* die schenki dem Markschalken vnd sim wib — — daz gotzhus hait schaiden — von des ordens wegen by mir — — ich selb geritten bin. *Item* nach dem den prior gesent han vnd min keller. *Item* als ich schaiden genomen des *consilii* (*concilii Basilens.*) han geben des ersten LXX. gl. *Item* han aber geben XXXV. gl. *Item* aber XXX. gl. *Item* aber XXIIII. gl. *Item* aber XXX. gl. Jacobi 1434.

Item als uns die *Kilch ze Altorf* an ward gefallen (*per Prouisionarios apostolicos*) kostet L. gl. die man dem gab der sie hett angefallen. *Item* kostet XXX. gl. gen *Rom.* *Item* das gotzhus kostet e das ich herrn RVDOLFEN von BERG brecht (*is parochiam bergensem inuaserat*) mus ich XX. gl. gen *pro primos fructus*, vnd dem VIII. gl. der BERGATRVTTI an fiel. *Item* ich mus pro pfaff RANZEN gen X. Lib. den. *Item* ich mus Appenwilers dochterman gen XIII. lib. den.

Item als ich *vnser brief confiermiert* und dem *Kaisser die Schonki*, trift CCC. gl. by IIII. gl. minder. *Item* die Zerung vnd die — — vnserm herrn dem Kaisser — — Kanzler, kostet LXXXIIII — — vnd IIII. lib. den. IIII. sol. den.

In nomine Domini. *Item* ich han das *orla* (*f. organum*) uff dem Ivendelstain (*sic lego*) gemachet, summa — *Item* ich han die grossen gloggen uff dem stain zwerent gossen. *Item* ich han sant Nicolaus hobt gemachet, summa CC. lib. den. zum minsten. *Item* ich han an *duch* gemachet vber das *hailig gut* kostet L. lib. den. zum minsten.

Item ich han min *Kappel gemaulet*, kostet XXV. gl. *Item* ich han die *ander Kappel* genzlich gemachet, *summam nescio.* *Item* ich han zu *unser frawen Kappel* gemachet *Natiuit. Dni* und zwa grossi bild vnd uff dem Alter (*altar*) Johis ewangeliste an daffel vnd die III. voraltér. Item ich han die *Liberi* (*Bibliothecam reor.*) gemachet *summam nescio.*

Item ich han *zwa refector* gemachet, summer und winter, *summam nescio.*

Item ich han im hoff an *summerhus* gemachet vnd an *ker vnd kemran* (*cellam vinariam & cameras*) da vnder. *Item* ich han im gotzhus *an Wingartten* gemachet, vnd an *torgeli* (*torcular*).

Item ich han an nw hus gemachet vor der Kuchi. *Item* ich han an nw hus gemachet, darin ich *Korn leg* vnd an gutter *Ker* ist, da vor waif das *winter refector* vnd herr Simonis hus. *Item* ich han *zwen alt Kor duffrett* (*lacunaribus instruxi*)



tati sunt per subscriptas litteras anno 1432. datas queis & hunc Abbatem *Principis* encomio honorat.

Wir Sigmund von gotes gnaden Römischer kunig zu allen Zeiten Merer des Richs, vnd zu Hungern, zu Behem etc. kunig, Entbiethen dem Ersamen Marquarten von kunigsek Lantkomtur zu Elsass, dem Edeln Jacob Trukseßen von Waltpurg vnserm und des Richs Lantuogt, in Schwaben, und Hawpten von Bappenheim unserm und des Richs Erbmarschalk und lieben getreuen vnser gnad und alles gut, wann wir von wegen des Erwürdigen *Johansen* Abts von Wingarten *vnsers Fürsten* und lieben andechtigen fleissiglich gebeten sind — — so geben wir euch ganze Macht und gewalt, und gebieten euch von Römischer kuniglicher Macht etc. etc. geben zu Feldkirch am Montag nach sand Mauritien tag Vnserer Riche des hungerischen etc. im XLV. des Römischen Im XXII. vnd des Behemischen Im XII. Jaren. ad mandatum Dni Regis Caspar Sligk.

Anno 1434. Abbas noster *Litteras panis* seu *vitalitii*, oder Panis-Briefe accepit, quas Sigismundus Imperator Berchtoldo Specklin Rauenspurgensi qui Nobili, & Summo Cancellario D. Caspari Sligken a Seruitiis erat, concessit vt alimenta a nostro Monasterio obtineat, ad quas sic respondit Abbas: Wir Johannes von Gottes Ordnung Abbt und der Conuent des Closters zu Wingarten Sant Benedicten ordens in Costenzer Bistum gelegen vrkunden vnd verjehend offentlich mit diesem Brieffe für Vns und alle Vnser nachkommen vnd tun menglich zu wissen als Vns der allerdurchluichtigest Fürst vnd Herr Herr Sigmund von gotes gnauden römischer Keiser zue allen zitten Merer des Richs vnd zue Vngern zue Behem Talmacien Croacien etc. etc. Kung vnsers allergenedigsten vnd liepsten herrn zue söllichen zutten do er dennoch römischer küng was, vnd dernoch als er denne von denselben gnauden gotes Keyser worden ist mit seiner ersten keiserlich vnd römischen Bette willen Ingeschrift ernstlich ankomen ist, dem ersamen Berchtold Specklin von rauenspurg seiner gnauden vnd ouch des edeln herren Caspars Sligken ritter vnd obristen Canzler diener, ayne *Layen herren pfrund* in

struxi) vnd wol gemachet als man das wol sieht. *Item* in dem bomgartten han ich graff gruben gemacht vnd groffert. — — ich han das *Cappittel* gemachet koster XXXXV. lib. den. — — ich han de Kruzgang nw gemachet. — — *Item* ich han gemachet die *Stegen* als man uff dem Flecken in das kloster gait.

in Vnserem e genanten gotzhuſ genedelich zue geben wie wol nun *wir vnd Vnſer vorforen* aller ſeliger gedechtnüſſ vmb ſolich *erſte gebette von römiſchen Keiſern vnd Küngen vnzher nit, denne vm geſchickt knaben vnſern orden anzunehmen die ouch ſöllich pfrund mit ſingen leſen vnd mit allen gotes dienſt als ander vnſer Conuent herren in geiſtlichen ſtand zue verdienen angereicht worden ſein.* Noch denne betrachtet das Vns vnd vnſerem gotzhuſ vorgenanter durch den eberürten vnſern allergenedigſten römiſchen keiſer vnzher *vil merclich gnaden beſchehen ſind, darinn vns ouch der vorgenant herr Caſpar Sligk etc. zumal fürderlich (vmb ſollich erzeigt gnad vnd ouch ſotaner gnaden vnd fürderniiſſen als von Inen heüt dis tags zu warten.)* So tuen wir den benanten Berchtold Specklin in macht diſſ ſollich gnad vnd freundſchaft, begeben vns ouch ains, ſollichen, das der vorgenant Berchtold Specklin wol zue vns in vnſer egenant gotzhuſ kommen mag, wenne Im denn das vber kurz als lang aller beſte füget vnd dabey vns vnd vnſern nachkommen alle ſein lebtag vs, den tiſch han ungeuerlich als ander *vnſer amptlut vnd diener* (vnd wa er da zwiſchen ſiech oder krank würde) ſollen wir In nach vnſeren eren vnd ſeiner Nothdurft aber vngeuerlich verſehen vnd verſorgen ſeiner Lebtag vs (*Er ſol ouch vns vnd vnſerm gotzhuſ vf vnſer Koſtung in allen redlichen ſachen dienen und gehorſam ſein, vnd vnſern fromen ſchaffen vnd ſchaden wenden alles vngeuerlich* (vnd des alles zue vrkund ſtäter guter ſicherheit) So geben wir vorgedachter Abt Johannes vnd Convent dem ebenembten Berchtolden Specklin dieſen Brieff hierumb beueſtnet mit vnſer Abtey vnd gemeines Couents offen anhangenden. Inſigeln vff Mentag vor dem heiligen palntag do man zalt vor der geburd Chriſti vierzehen hundert vnd in dem vier vnd driſſigſten Jare.

Hoc tempore Viri nobiles & memoria digni ſe ſequentes produnt: anno 1426. *Heinricus Abbas Ochſenhuſanus, Martinus Abbas Rothenſis.* 1432. *Marquardus a Kunigsegg Commendator in Alſatia Ordinis Teutonicorum: Jacobus Dapifer de Waipurg Sueuiae Praefectus, Hopt de Pappenhaim S. Romani Imperii Archimareſhalbus, Martinus Abbas in Roth, & Joannes Abbas minoraugienſis.* 1433. *Julianus S. Angeli Diaconus Cardinalis in germania Apoſtolicae ſedis legatus.* 1434. *Alexander Epiſcopus Tridentinus.* 1436. *Hainricus Conſtantienſis Epiſcopus.*



ERHARDVS A FREYDANG, ABBAS XXIIII.

Eligitur 19. Aprilis 1437. Vti ex *Vrbario* ſub hoc Abbate conſcripto patet. Abbatiale autem munus 1455. 27. Junii reſignaſſe, ex Inſtrumento Electionis Ejus Succeſſoris *Jodoci*, & tandem anno 1462. VI. Non. Junii, ſeu 8. Junii fatis conceſſiſſe ex Necrologio diſcimus, *jacet apud Virgines*, vt loquitur Nicrologus, id eſt, ad Altare XI. millium Virginum, ſeu S. Vrſulae, vt ego quidem interpretor.

Reuerendiſſimus Dominus Abbas Georgius ſcribit, eum in templo retro altare omnium ſanctorum ſepultum fuiſſe, quod vnde hauſerit, ignoro.

Fuerat is primo in Vineis cellae vinariae praefectus, tum paucos aliquot ante Electionem annos Praepoſitus in Hofen. Hic Abbas torcular publicam juxta viam non procul Marchdorffio ſitum conſtrui fecit, retento hucusque Nomine *der Abbtorkel.*

Anno 1442. Comites, Abbates, ceterique Nobiles tractus ſeu Pagi Hegouienſis ad lacum Bodamicum in foedus a Vexillo S. Georgii dictum coibant, vt Inſtrumentum in membrana quatuor pedibus lata, & quinque longa conſcriptum, & 38. Sigillis jam reuulſis olim munitum demonſtrat, quod ſic incipit: In dem Namen Gottes des Vatters des Suns vnd des hailigen gaiſtes. die durch die Aynung der hienach geſchriben Grauen Herrn Ritter vnd Knecht werden die vorgeſchribn dry Perſonen vnd die hochgelobt driualtigkeit gelobt, gewirdigt vnd geert vnd damit die tugend der gerechtigkait gefürdert Amen. Wir nachbenembten *Graue Hanns von tengen*, graue zu Nellenburg, Lantgraue In Hegöw vnd in Madach, Herr zu Egliſowe etc. der zyt Houbtman, *Geory von Gottes gnaden Abbte des Gotzhuſes zu Salmenſwyler etc. Vlrich Graue zu Werdenberg der Wyle thumtherhen* vnd ſonders alle vnd yeglich thumherren des hohenſtifftes vnſer lieben frowen zu Coſtenz. *Egen Graue zu fürſtenberg* vnd Lantgrave In Bare, *Johanns Graue zu Werdenberg* vnd Herre zu dem Hailigenberge, *Graue Heinrich von Lupffen* Lantgrave zu ſtülingen vnd Herre zu Hewen Graue Hainrich von tengen, Graue zu Nellenburg Lantgraue In Hegowe vnd In Madach, *Graue Sigmund von Lupffen* Lantgraue zu ſtülingen, *Graue Conrat von tengen* Graue zu Nellenburg Lantgraue In Hagowe vnd In Madach vnd Herre zu Cünzerberg, *Bruder Marquard von*

Lünſegg

Lünsegg Kompthur zu Maynow tütsthes ordens. *Wilhelm von Grünemberg, Hainrich von Randegg, Hanns Conrat von Bodmen, Conrat von Schellenberg zu Hüfingen, Burckart von Homberg, Hanns von Klingenberg* alle fechs Ritter. *Hanns von Bodmen der elter, Albrecht von Clingemberg, Frischhanns von Bodmen, Wolf von Jungingen, Hanns Vlrich von stoffeln, Conrat von Fridingen, Burckart Jungingen, Fridrich von Enzberg, Hainrich von Hörnlingen, Hanns Vlrich trochseß von diessenhouen, Thüring von Hallwill der Jung, Rudolff von Randegg, Jacob von Früdingen, Hanns von Rischach zu der nüwen Heien, Wilhelm Im thurn, Hainrich von Almisshouen, Hanns von Hödorff* zu Oweluingen, *Hainrich von Gegingen, Bilgrin von Rischach* zu stoffeln, *Manz von Rogawiler, Dietrich von Rumlang, Conrat Schwartz* zu fridingen, *Wolff von Heggelbach*, vnd *Hanns von Goeberg* bekennen offentlich etc. Heic jam Ratio societatis initae, & leges, articulique, quibus foederati tenerentur, sequuntur. Tum post centum & nonaginta lineas in quinque pedes extensas tandem sic finit: Vnd des alles zu warem vesten Vrkund ganzer Beuestung guter stater vester vnd warer sicherhait haben vnser wglicher sin aigen Insigel vns damit gemainlich vnd wglichem In sonders aller vnd wglicher Verschreibung wie die hierinne gesezt sind gegen vns selbs vnd allermenglichem offemberlich zu besagen an den Brieue hengen lassen darunder wir vns derselben Verschribung Aynung vnd püntnuss hierinne clar vnterschaiden daby vnuerkert zu beliben, vnd die zyt als vor stät dawider nit zu tund in Crafft des Brieues wissentlich verbunden, der geben ist vff fritag vor sand Vitz tag des Jars als man zalt von der geburt Christi tusend vierhundert vierzig vnd in dem andern Jaren.

Quum rationes non multas tantum, sed graues etiam habeamus, quod Instrumentum, quod nostros ante oculos jacet, Autographum, seu (vt vocant) originale hujus societatis existat, ejusque Joannes Stephanus Burgmeisterus, qui de ejusmodi Foederibus in suo corpore juris seu Codice Diplomatico ex professo scripsit, nullam mentionem faciat, mihi, quin totam insererem, temperare non potuissem, nisi plurimus, quem in hoc describendo Plrm. Rvndus D. P. Williboldus Held ord. Praemonst. in imperiali Canonia Rothensi Canonicus Professus Capitularis insumsit, me labor detinuisset. Quoniam is propediem quod improbo labore apud nos hausit, publici juris facturus est, nolo ejus hic industriam praeuertere. Ceterum Abbatem nostrum inter socios amicosque hujus foederis fuisse, nemo vnus dubitauerit, qui Litteras sub Jodoco 1466. & alias sub Hartmanno 1491. datas infra legerit.



Anno 1444. Erhardus cum Rauenspurgensibus ratione cujusdam prati, *Ronen Capell*, dicti transigit: quo in loco quondam Capella S. Hieronymi ad viam regiam visebatur, vnde prato nomen adhaesit. Prouincialia heic quondam Judicia celebrari consueuisse tradunt.

Anno 1446. accipit Diploma a Friderico Romanorum Rege, quo conceditur, vt homines proprii, in Caussis ad se & ad Monasterium pertinentibus, possint deponere, & item eos colonos, qui non sunt proprii homines, & Abbate inuito bona nostra possident, amoueri posse. Eodem anno Sigismundus Austriacus confirmat priuilegia circa bona Tyrolensia.

Anno 1447. die tertia Nouembris *Hainrico Simbler* Praepositurani libere resignante Dominus *Erhardus* Abbas Weingartensis, in figura subdelegationis injunxit *Decano Vberlingano*, vt *Georgium Sybolt* a Capitulo *Bettenbrunnensi* in Praepositum electum, sibique per literas praesentatum, demandata eidem Cura animarum, commissoque Ecclesiae ac subditorum regimine, a se Auctoritate Apostolica confirmatum, in actualem Praepositurae & Jurium annexorum possessionem introducat: praestito prius fidelitatis & obedientiae juramento, cum sedula statutorum, & deinceps legitime statuendorum obseruantia, juxta tenorem originalium literarum quae in pergameno cum adpenso Abbatis Sigillo exstant inter Acta Bettenbrunnens. in Archiuio Weingart. sub Num. 4.

Nos Erhardus permissione diuina Monasterii Weingartensis Abbas Ordinis Sancti Benedicti Constantiensis Dioecesis, Pater ac Commissarius ad infra scripta a sancta sede Apostolica specialiter deputatus. Dilecto in Christo Decano Decanatus in Vberlingen jam dictae Dioecesis salutem in Domino Jesu, nec non mandatis nostris, imo verius Apostolicis firmiter obedire. Honorabilem Virum Dominum Georgium Sybolt Presbyterum ejusdem Dioecesis, Canonicum vero Ecclesiae Collegiatae in Bettenbrunnen, ad Praepositurani jam fatae Ecclesiae dictae Dioecesis per resignationem liberam honesti Domini Hainrici Simbler nouissimi ejusdem Ecclesiae Collegiatae Praepositi vacantem, per honorabiles Viros Canonicos & Confratres praetactae Ecclesiae Collegiatae, rite legitime & Deifice electum, ad quos quidem Jus praesentandi Praepositum ad dictam Praepositurani dignoscitur pertinere, nobis literatorie praesentatum, & ad hujusmodi Praepositurani dignum & idoneum

reper-

repertum, recepto tamen ab eodem prius praestito fidelitatis & obedientiae Juramento, nec non Jura statuta & ordinationes licitas & honestas Praepositi & Capituli dictae Ecclesiae, & in futurum per Praepositum & Capitulum ibidem, vel per nos seu Successores nostros deifice statuenda & innouanda fideliter seruare & in omnibus obtemperare, bonaque Ecclesiae studiose manutenere debere, & nequidquam alienare, Auctoritate Apostolica nobis in hac parte specialiter commissa inuestiendum, instituendum & confirmandum duximus, nec non praesentium tenore in Dei nomine, quantum Auctoritate jam dicta possumus & debemus, inuestimus & confirmamus. Curam animarum & subditorum regimen dictae Ecclesiae collegiatae sibi committentes. Tibique Decano praefato, eadem Auctoritate Apostolica mandamus quatenus eumdem Dominum Georgium Sybolt, in saepe dictae Ecclesiae Juriumque & pertinentium omnium & singulorum realem actualem, nec non corporalem inducas, intronisses & installes possessionem, faciendo sibi de ipsius Ecclesiae fructibus, redditibus, censibus, prouentibus, debitis & obuentionibus vniuersis & singulis integre responderi, vtque a subditis suis in spiritualibus & temporalibus obedientiam & reuerentiam debitas ac condignas, vt moris est, exhiberi adhibitis & adhibendis in iis verborum & gestuum Solennitatibus debitis & consuetis.

Datae nostro in Monasterio die Veneris, quae fuit tertia Nouembris, post Dominum Christum Annis Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. Indictione decima sub nostro Abbatiae Sigillo ob efficax robur praesentibus adpenso.

Elapso deinde quatuor annorum spatio ad instantiam Domini *Comitis Joannis de Werdenberg* Nicolaus Cardinalis Presbyter Tit. S. Petri ad Vincula, & Legatus Apostolicus per Allemanniam, Domino Abbati Erhardo Weingartens. negotium & Commissionem injunxit inquirendi in redditus & prouentus (qui multum imminuti dicebantur) Ecclesiae Collegiatae in Bettenbrunnen, nec non dispensandi ac moderandi statuta: addita clausula Constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus etc. Vti videre est in literis originalibus loco supra citato sub Num. 5. & sunt sequentis tenoris.

Nicolaus miseratione diuina & Sancti Petri ad Vincula S. R. E. Presbyter Cardinalis, Apostolicae sedis per Alemanniam Legatus, venerabili in Christo



Christo Abbati Monasterii in Vineis Ordinis Sancti Benedicti Constantiensis Dioecesis, salutem in Domino.

Exhibita nuper nobis pro parte nobilis Viri *Joannis Comitis de Werdenberg* dictae Dioecesis, petitionis series continebat, quod dudum sui *Progenitores Comites Montis Sancti* certum Collegium, cujus tu Protector & Conseruator existis, in *Valle Bettenbrunnen* dictae Dioecesis fundarunt, vt ibidem essent Praepositus & tres Canonici, qui quotidie officium diuinum cum vna Missa & Vesperis decantarent, atque etiam vltra haec duas alias Missas sine cantu celebrarent, cum certis aliis statutis & ordinationibus, vt de matutinis singulis festis diebus decantandis, ipsaque etiam statuta & ordinationes hujusmodi per sedem Apostolicam fuerunt confirmata, ipsique Praepositus & Canonici tempore admissionis suae eorumdem jurare tenentur, quod hujusmodi Statuta obseruare debent. Verum sicut eadem petitio subjungebat, Collegium & ejus praebendae hujusmodi in suis redditibus & prouentibus in tantum sunt diminuti atque decreuerunt, quod vix vnus Canonicorum ex fructibus praebendae suae ibidem viginti quatuor florenos rhenanos participat, atque habet, & propter exilitatem praebendarum hujusmodi vix inueniri posse Presbyteros qui in ipso collegio velint deseruire. Quare pro parte dicti Comitis nobis fuit humiliter supplicatum, vt super iis de optimo remedio prouidere dignaremur.

Nos igitur hujusmodi Supplicationibus inclinati, de praemissis tamen certam notitiam non habentes, circumspectioni tuae Auctoritate legationis nostrae per haec scripta committimus, vt te de statu & conditione dicti collegii & aliis praemissis omnibus & singulis diligenter informes, & si per conformationem hujusmodi ea vera esse repereris, super quibus tuam conscientiam oneramus, statuta & ordinationes hujusmodi, prout secundum Deum expedire videris, alleuies atque cures moderare auctoritate nostra praefata, constitutionibus & ordinationibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Moguntiae sub nostro sigillo die Lunae vicesima nona Mensis Nouembris, Anno a Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai, diuina prouidentia Papae Quinti Anno quinto.

Anno

Anno igitur ſequenti 1452. praefatus Dominus Comes & Canonici in Bettenbrunnen vrgebant inſtanter actualem commiſſionis injunctae executionem, per literas deſuper ad Dominum Abbatem *Erhardum* datas, quae germano idiomate conſcriptae exſtant loco ſupra citato ſub Num. 7. & ſonant vt ſequitur:

Dem Erwirdigen in Gott vatter Hern Erharten von göttlicher vergunſtung Abbte des Gottshuſes zu Wingarten etc. Vnſerem Lieben Fründ, und Gnedigen Heren gebietten Wir *Johannes Grau zu Werdeberg Herr zu dem Heiligen Berg etc.* vnd Wir der Bropſt und die Chorherren gemeinlich des Stifts zu Bettenbrunnen Vnſeren früntlichen grueſ, gebett und Willig dienſt an vor.

Wir ſenden üch mit diſer Vnſer Bottſchaft Ein Commiſſion von dem Hochwirdigen in Gott Vatter und Herren, Hern Niclauſen von Gottlicher Erbërmbd des titels Sant Peters zu der geuegnuſ — der Heiligen Kirchen zu Rom Cardinal und Legaten etc. Vnſerem gnedigen Herren vſgangen, dorinn üch Befollen wirdet die Statuta zu Lichteren und zu mittlen, derhalb Vnſer Gottshuſ Bettenbrunnen von Armut und gebrechens wegen verlühener gült mit ſingen, Leſen und Meſhaben ſchwärlich iſt beladen, wie das vormals auch für Eüch kumen iſt, und Ir durch die benante Vnſer Bottſchafft eigentlicher Vnderricht ſollen werden. Vnd bittend üch mit Ernſtlichem fliſ Solche Commiſſion früntlich und gnedenklich an üch zu nemen, Vnd die Lichterung der Beſchwärnuſen nach der innhaltung, auch nach dem und üch durch — Vnſer Bottſchafft Vnderrichtung beſthet, und Ir gen Gott nuz ſin erkennet anzuſechen und zu tund, das wöllen Wir früntlich beſchulden, und mit ganzem Willen verdienen. Wir begeben Vns auch wan und ſo bald Bettenbrunnen uſ armut komen iſt, Vnd den gebruch ſo es itz lidet überwunden hat, das Ir oder Ewer nachkomen, mit Vnſers Grauen Johannſen oder Vnſer Nachkomen gunſt wiſen und willen ſollich Lichterung beſwören enderen und zu der Erſten geſtreng bringen mögen vngevärlich. — — — —

Vnd des zu warer gezügnuſ ſo haben Wir vorgenanter Graue Johannes Vnſer Eigen Inſigel, und wir der Bropſt und das Capitel Vnſers Capitels Inſigel an dieſen Brief henken laſen, der geben iſt vf Mitwochen vor dem Sontag, als man in der heiligen Kirchen ſingt oculi, des Jars do man zalt von der geburt Chriſti tuſent vier hundert fünfzig und zwey Jar.

 

Eodem etiam anno 1452. Menſe Februario Praepoſituram libere reſig vit Dominus Georgius Sybolt per procuratorem a ſe conſtitutum, videli Vlricum Piſtoris Capellanum Conſtantienſem, in manus Erhardi Abb Weingartenſis in Eccleſia Cathetrali praeſente Notario publico Haim Amełung: vti ſuſius declarat haec ſubſequens copia etc.

In nomine Domini amen. Serie praeſentis publici Inſtrumenti cun ipſum intuentibus pateat euidenter quia verum eſt, quod ſub anno a N uitate Domini ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo ſecur Indictione XV. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini; Dom Nicolai, diuina Prouidentia Papae Quinti Anno ſexto, die vero ſecunda M ſis Februarii hora octaua ante meridiem in Eccleſia majori Conſtantienſi d ejusdem vel quaſi. In mei Notarii publici, Teſtiumque ſubſcriptorum pr ſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis Vir Dominus Georgius Syb Praepoſitus Eccleſiae collegiatae in Bettenbrunnen praefatae Conſtantien Dioeceſis, omnibus melioribus modo via Jure tam conformi, quibus meli & efficacius fieri potuit & debuit, fecit conſtituit — — — & ſolen ter ordinauit ſuum verum rectum & indubitatum Procuratorem actionum — negotiorumque piorum geſtorem & Vicarium ſpecialem, videlicet hon rabilem Virum Dominum Vlricum Piſtoris Cappellanum Eccleſiae majo Conſtantienſis reſignandum Praepoſituram praedictam in Bettenbrunnen, qua dictus Dominus Georgius Sybolt obtinet, in manibus Reuerendi in Chri Patris & Domini Domini Erhardi Abbatis Monaſterii in Wingarten ejusde Praepoſiturae *veri Collatoris*, ſeu alterius cujuscumque ad id poteſtatem habe tis, nec non ad petendum inſtandum requirendum, & continendum huju modi reſignationem recipi & admitti & ad jurandum ſeu ad Juramentu in forma dicta & conſueta praeſtandum in manus Reuerendiſſimi Domi Abbatis ſeu alterius qui hujusmodi reſignationem admittet, quodque ad ipſa reſignationem aliqua corruptela vel ſimoniaca prauitas, aut quaeuis alia il cita paſſio nullatenus interuenit, vel interueniet, tam a parte ipſiusmet D mini conſtituentis quam etiam alterius cujuscumque.

Et ſingulariter omnia alia & ſingula faciendum dicendum gerendum exercendum quae ipſemet Dominus conſtituens facere poſſet, ſi perſonalit adeſſet. Quae acta & facta ſunt Conſtantiae ſub anno Domini etc. Indictio ne Pontificatu, Loco, Menſe, die ac hora quibus ſupra, praeſentibus ibide

honorabi

Honorabilibus & discretis Viris Magistro Conrado Schyrppffer Cappellano Sancti Pauli intra muros constantienses, nec non Domino Berctholdo Scheffold Cappellano majoris Ecclesiae Constantiensis ad praemissa vocatis pariter ac rogatis.

Et ego Hainricus Amelunus Capellanus Capellae Sancti Laurentii Ecclesiae majoris Constantiensis, Imperiali Auctoritate Notarius.

Quia praemissa dum sic vt praemittitur fierent & agerentur, vna cum praenominatis Testibus praesens fui, eaque sic omnia & singula fieri vidi & audiui, ideo praesens publicum Instrumentum exinde confeci, & ad hanc publicam formam redegi, Signoque & Nomine meis solitis & consuetis signaui ad fidem omnium & singulorum praemissorum rogatus & requisitus etc.

(L. S. Notarii.)

Hac resignatione ab omnibus, quorum intererat, acceptata, eodem anno 1452. 14ta May. Canonici Bettenbrunnenses ad nouam Electionem Praepositi procedunt, & Dominum *Nicolaum Scriptoris* primo in Canonicum Loco defuncti Canonici Domini *Haeckler*, deinde in Praepositum adsumunt cum Consensu Patroni Domini Comitis de Werdenberg ad Montem Sanctum, in cujus Sacello peracta fuit electio a Dominis Conrado Knobloch, Joanne Kupferschmid, Joanne Cromer & ipso Domino Nicolao Canonicis coram Notario *Joanne Molitoris* Decano in Vberlingen, nec non Magistro Conrado Lulli, testante Instrumento publico desuper confecto, exstat inter acta originale sub Num. 8.

In Nomine Domini amen. Serie praesentis publici Instrumenti cunctis ipsum intuentibus pateat euidenter, quod sub anno Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo secundo, Indictione quinta decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Nicolai Diuina Prouidentia Papae Quinti anno quinto, die Veneris quae fuit quarta decima Mensis May hora Nonarum vel quasi. In *Castro Montis Sancti* Constantiensis Dioecesis in Capella Castri ejusdem, in mei Notarii publici Testiumque infra Scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum praesentia personaliter

 consti-



constitutus honorabiles & discreti Viri Domini Conradus Knobloch, Joannes Kupferschmid, & Joannes Cromer Canonici Ecclesiae collegiatae in Bettenbrunnen dictae Constantiensis Dioecesis vacante canonicatu & praebenda ibidem per mortem quondam dicti Häckler vltimi ejvsdem praebendae Canonici Diuinis & Missis corporaliter in dicta Ecclesia Collegiata celebratis & peractis ex post pro electione noui Canonici accesserunt ad Capellam dicti Castri de consensu & adprobatione *generosi & Nobilis Viri Comitis Johannis de Werdenberg*, non vi, metu coacti dolo fraude amore pretio vel quacumque alia machinatione, vt adserebant, circumuenti, sed sponte libere & ex certis ipsorum scientiis animum ipsorum commonentibus, ac juramentis, sacris solenniter tactis ad Sancta Dei Euangelia propositis, & per — — — — egregium virum Magistrum Conradum Lulli Artium & Decretorum Doctorem eis traditis & datis — & in dicta Capella Montis Sancti in Choro ante Altare honorabilem Virum Dominum Nicolaum scriptoris praedicti Domini Conradi sibi per vota ipsorum in Canonicum & Confratrem adsumserunt & elegerunt, quia eis non — — meliorem & vtiliorem pro diuini cultus augmentatione reformatione restauratione & reparatione supra dictae Ecclesiae collegiatae visum fuerit expediens & optimum.

Ceterum vero tempore hora & loco praescriptis, dudum vacante Praepositura dictae Ecclesiae in Bettenbrunnen per liberam resignationem cujusdam Canonici Praeposituræ honorabilis Viri Domini *Georgii Sybolt* in manibus *Reuerendi in Christo Patris, Domini Abbatis in Wingarten, a sede Apostolica Delegati, Conseruatoris & Administratoris saepe dictae Ecclesiae Collegiatae in Bettenbrunnen* factae admissae & acceptatae. Saepe dicti Domini Canonici inuocata Spiritus Sancti gratia sibi — in Praepositum suum & dictae Ecclesiae praebendarium virum videlicet honorabilem Dominum Nicolaum scriptoris elegerunt, eumdem praefato Domino Comiti praesentando, quem ipse Dominus Comes in Praepositum dictae collegiatae Ecclesiae acceptauit, & suum adhibuit consensum. Acta sunt haec anno Indictione Pontificatu Mense & hora loco quibus supra, praesentibus ibidem honorabilibus & discretis Viris Domino Laurentio Gmus - Plebano in Wildorff, Johanne Hödorff Aduocato, & Antonio Scriptoris, testibus vocatis & rogatis.

Et ego Johannes Molitoris Decanus Decanatus Vberlingensis Constantiensis Dioecesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia praedictis Electioni, accepta-

acceptationi omnibusque aliis & singulis praemissis, dum sic ut praemittitur, fierent & agerentur, vna cum praenotatis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi & audiui.

Ideoque praesens publicum Instrumentum exinde confeci, scripsi subscripsi publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum rogatus & requisitus etc. —

(L. S. Notarii.)

Praefato Domino Nicolao Scriptoris in Praepositituram successit Dominus Diepoldus Stieflin: quam diu is in officio fuerit, ex actis non constat, sicuti nec instrumentum Inuestiturae ipsius habetur. Quod autem per liberam resignationem Praepositituram abdicauerit, ex sequentibus patet.

Anno 1451. *Jacobus Dapifer des Reichs Landvogt* concedit Monasterio Jus aquae ductus per viam regiam in *Langenlachen*, eoquod & ipsum Monasterium Imperiale sit, seu ad Imperium romanum pertineat.

Anno 1452. Nicolaus V. confirmat omnia Monasterii Priuilegia a Praedecessoribus Pontificis concessa. *Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringetesimo quinquagesimo secundo pridie Non. Decembr. Pontificatus nostri anno sexto.*

Eodem anno *Albertus Dux Austriae Pfandherr und Innhaber der Landvogtey Schwaben* Monasterii tutelam atque defensionem in se suscipit. *Mechtildis* quoque *Alberti hujus Vxor Comes palatina Rheni* optime adfecta erga Monasterium erat.

Sub hujus Abbatis regimine Viri Nobiles in documentis nostris inueniuntur anno 1445. Benhardus tituli SS. quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis, ac Basileae durante tunc concilio vice Poenitentiarius. 1451. Hainricus de Gerolzegg & Joannes de Rechberg de Hohenrechberg.



Ceterum Abbatem hunc nostrum Erhardum scientias & amasse & foui praeter alia luculentissimorum testimoniorum loco sunt Codices m. s. qu Ipsemet aut tradidit, aut scribi fecit, sunt autem sequentes:

I. Codex membraneus in fol. *Secunda Pars secunde Partis summa Theologi Diui Thome, in fine scriptum est*: gratia Dei est hec secunda secunde Sancti Th me de Aquino XIIII. Kal. Augusti per me fratrem Helmoldum Helmoldi Salinis ordinis Sancti Benedicti Anno Dni subtaxato. *Tum statim:*

Annis *Mille* liber ille cum *quadringentis* additis
Quater denis, atque *senis* post ortum Christi transitis
Exeratus est, qui totus *Erhardum* honerabilem
Per Abbatem, qui etatem post hanc eat in requiem,
Hyems flore pre calore presentis anni placidus
Tempus Verni, sed valerni grossos perdit niuibus.

Exstat in Bibliotheca sub Litt. E. n. 1. foliorum 190.

II. Codex membraneus in folio regali (vt dicunt) maximo. Catholic Johannis januensis, *quod sic incipit*: Incipit liber de psodia sci' katholic copositus a fre Joh'i Januesi ord' p dicator i none sce trinitatis. *In fin* sciendum quod illum librum fecit scribi honorabilis Dominus *Erhardus Abb* hujus Monasterii hic in Wingarteñ. Rfrater Wath. — — anno ab inca natione Dni Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. In secun feria p s Laurentii etc. etc.

Exstat in Bibliotheca sub Litt. H. n. 1. foliorum 450.

JODOCVS BENTELIN RAVENSPVRGENSIS ABBAS XXIV.

Ex Instrumento Electionis controuersiam extra omnem positum est, J docum anno 1455. 27. Junii ad abbatialem euectum Dignitatem fuisse, quamuis omnino expeditum sit, Eum 1477. ex hac vita migrasse, obit tamen diem alium liber Capitularis seu Necrologium, alium Missale M. adsignat, illud 16. May: hoc 17. ejusdem Mensis ponit. Litem dirimit Ep stola Caspari Abbatis Ejus Successoris ad Marquardum de Schellenberg Sa batho ante Pentecosten data; vbi ita scribit: se non dubitare, quin ei p

blic

blica jam famá conftet, quantum damni monafterio noftro lamentabili cafu exorti in die Afcenfionis Domini Incendii acciderit, & qualiter ex animi dolore & triftitia dilectus nofter Dominus Jodocus Abbas proxima die Sabbathi ex hac vita migrarit, quum itaque anno 1477. Solemnitas Afcenfionis Domini in 15. diem Menfis May incideret, haut dubie Miffali fubfcribendum, eumque die 17. May deceffiffe cenfendum eft. Forte etiam liber capitularis cum Miffali ea ratione componi poteft. Si enim Abbas circa mediam noctem, quae vtrumque diem interfluit, quod credibile videtur, in agone pofitus occubuit, quid mirum, fi alii hunc, alii illum obitus diem pofuerint?

Quatuor vix menfes ad Clauum federat, quum parum abfuerit, quin Aemuli inuidia concitato motu totus dejiceretur. Joannes enim a Freyberg ex Monacho Weingartenfi Abbas Monafterii in monte S. Georgii in Tyroli factus Eidem quafi Simoniace electo in Curia romana litem mouit. Calliftus III. Seculi iniquitate deceptus in Jodoci electionem inquiri, & ftante accufationis veritate accufatorem in Accufati locum fuffici jubet. Sed fatis prius, quám fententiae exfequutione functus, cauffae decifionem Succeffori reliquit. Pius igitur II. qui Califto III. die 19. Augufti anno 1458. fuccefferat, in hujus rei veritatem inquifiturus, Cafparem Monafterii S. Galli Abbatem fuum hac in controuerfia commiffarium delegauit, dato negotio, vt praemiffa diligenti & in neutram partem inclinante indagine, Domui Dei, quem digniorem inueniffet, Adminiftratorem Auctoritate Apoftolica conftitueret, directis hisce ad Eum litteris:

PIVS Epifcopus Seruus Seruorum Dei Dilecto Filio Abbati Monafterii S. Galli Conftantienfis Dioecefis Salutem & Apoftolicam Benedictionem.

Rationi congruit, & conuenit aequitati, vt ea, que de Romani Pontificis prouidentia, & gratia proceſſerunt, licet Ejus fuperueniente obitu litterae apoftolicae fuper illis confectae non fuerint, fuum confequantur effectum. Dudum fiquidem ad audientiam felicis recordationis Califti PP. III. Praedeceſſoris noftri dilecto filio Joanne de Friberg Abbate Monafterii montis S. Georgii Brixin. Dioecef. Ordinis S. Benedicti referente peruenit, quod dilectus filius *Jodocus Banttelin*, Monachus Monafterii Sanctorum Ofwaldi & Martini in Wingarten dicti Ordinis Conftantienfis Dioecefis ad ipfum Monafterium fymo-

ſymoniace aſpirans, poſtquam dilectus filius *Erhardus Frydang* tunc ipſius Monaſterii Abbas propter ſenium, quo ſe aggrauatum aſſerebat, regimini & Adminiſtrationi dicti Monaſterii, cui tunc preerat in manibus Ordinarii ſeu Conuentus praefati Monaſterii ſponte & libere ceſſerat, certis illicitis & ſymoniacis pollicitationibus interuenientibus, ſe in Abbatem dicti Monaſterii ceſſione hujusmodi admiſſa, per eundem Conuentum eligi procurauerat, nec non aliquibus ex Monachis dicti Monaſterii vt ſibi in elegendo vocem ſuam darent, certa officia dicti Monaſterii conferre promiſerat, & vt certa annua penſio, eidem Abbati cedenti donec viueret, ſuper fructibus redditibus & prouentibus Monaſterii praedicti, per dictum Ordinarium reſeruetur, conſenſerat, & illam perſoluerat confirmatione electionis hujusmodi ab eodem Ordinario obtenta, quarum quidem electionis & Confirmationis praetextu idem *Jodocus* poſſeſſionem, vel quaſi regiminis & Adminiſtrationis bonorum dicti Monaſterii aſſecutus fuerat, & illis ex tunc quamuis de facto ſe immiſcuerat, ac Monaſterium ipſum per quatuor Menſes & vltra detinuerat, prout detinebat indebite occupatum, Excommunicationis & alias ſententias Cenſuras & poenas in tales latas damnabiliter in currendo in animae ſuae periculum, ac pernitioſum exemplum & ſcandalum plurimorum. Idem Caliſtus Praedeceſſor attendens quod veris exiſtentibus ſupradictis electio & Confirmatio praedictae ac inde ſecuta quaecunque nullius fuerant & exiſtebant roboris vel momenti, ac volens ipſi Monaſterio de perſona vtili & ydonea per quam circumſpecte regi, & ſalubriter dirigi valeret prouideri, nec non de meritis & ydoneitate praefati *Joannis* apud Eum de religionis Zelo, vitae munditia, honeſtate morum, ſpiritualium prouidentia & temporalium circumſpectione, aliiſque virtutum multiplicium donis multipliciter commendati, & *pro quo etiam dilectus filius nobilis Albertus Dux Auſtriae* — — — — ipſi Caliſto Praedeceſſori ſuper haec ſupplicauerat, certam notitiam non habens voluit, & conceſſit, videlicet ſub dat. Decimo Kalend. Nouembris Pontificatus ſui anno primo, certo Judici dari in mandatis, vt ſi dictus *Joannes* praefatum *Jodocum* ſuper praemiſſis coram eo accuſare, & ſe in forma Juris inſcribere vellet poſtquam eum accuſaſſet, & ſe inſcripſiſſet vt praefertur, vocatis dicto *Jodoco*, & aliis qui forent euocandi, ſuper relatis eisdem Inquirerent auctoritate apoſtolica diligentius veritatem, & ſi per inquiſitionem & confirmationem hujusmodi ac inde ſecuta quaecunque nullius fuiſſe & eſſe roboris vel momenti eadem auctoritate decerneret pariter & declararet, ipſumque *Jodocum* ab eodem Monaſterio realiter amoueret, prout de

Jure

Jure foret faciendum. Et nilominus si decretum, declarationem & ammotionem hujusmodi per eum fieri contingeret, vt praefertur de meritis & ydoneitate *Joannis* hujusmodi praetacta auctoritate se etiam diligenter informaret, & si per informationem ipsam inueniret eundem *Johannem* ad regimen & administrationem dicti Monasterii fore ydoneum, super quo ejus conscientiam onerabat, de persona ejusdem *Johannis* eidem Monasterio cujus fructus redditus, & pro ventus trecentum Marcharum argenti secundum communem existimationem valorem annuum vt asserebatur non excedebant, siue per decretum & declarationem aut cessionem vel ammotionem hujusmodi tunc siue alias quouis modo aut ex alterius cujuscunque persona vacaret etiam si ejus dispositio ex quauis causa ad sedem apostolicam specialiter vel generaliter pertineret, dummodo dicta die X. Calend. Nouemb. non esset eidem Monasterio de Abbate canonice prouisum praefata auctoritate prouideret, ipsumque illi praeferret in Abbatem curam, regimen, & administrationem dicti Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, Ne autem dictus *Johannes* voluntatis & concessionis hujusmodi pro eo quod super illis dicti Calisti Praedecessoris superueniente obitu, litterae apostolicae confectae non fuerunt, frustretur effectu, volentes & eadem auctoritate decernentes quod voluntas & concessio Calisti Praedecessoris hujusmodi ab eadem die X. Cal. Nouemb. suum sortiantur effectum, perinde ac si super illis ejusdem Calisti Praedecessoris litterae, sub praefatae diei dato confectae fuissent, prout superius narratur, quodque praesentes litterae ad probandum plene voluntatem & concessionem Calisti praedecessoris hujusmodi vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius anminiculum requiratur, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus quatinus si dictus *Johannes* praefatum *Iodocum* super praemissis coram te accusare ac se in forma Juris inscribere voluerit postquam eum accusauerit & se inscripserit, vt praefertur, vocatis dicto Jodoco & aliis qui fuerint euocandi super relatis eisdem inquiras praefata auctoritate diligentius veritatem, & si per inquisitionem hujusmodi reppereris relata ipsa fore vera electionem & Confirmationem hujusmodi, ac inde secuta quaecunque nullius fuisse & esse roboris vel momenti eadem auctoritate decernas pariter & declares, ipsumque *Jodocum* ab eodem Monasterio realiter ammoueas prout de jure fuerit faciendum. Et insuper si decretum, declarationem & ammotionem hujusmodi per te fieri contingat, vt praefertur, de meritis & ydoneitate dicti Johannis eadem auctoritate te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi ipsum Johannem ad regimen & administrationem

 dicti



dicti Monasterii vtilem & ydoneum fore repereris, super quo tuam conscien tiam oneramus, de persona ipsius Johannis eidem Monasterio cum vel si va caret, vt praefertur, si dicta die X. Cal Nouemb. non erat illi de Abbate ca nonice prouisum, praefata auctoritate Apostolica prouideas, eumque ipsi Mo nasterio praeficias in Abbatem curam regimen & administrationem dict Monasterii sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo juxt Voluntatem & Concessionem Calisti Praedecessoris antedicti, ac faciendo ei dem Johanni tunc Abbati a dilectis filiis Conuentu ipsius Monasterii obe dientiam & reuerentiam congruentes, nec non a Vasallis & aliis subditi suis consueta seruitia & jura exhiberi. Contradictores per censuram ecclesia sticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus *si Conuentui Va sallis & subditis praedictis, vel quibuslibet aliis communiter vel diuisim ab eadem sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apo stolicas* non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indu to hujusmodi mentionem. Datum Romae apud S. Petrum. Anno Incarna tionis dominicae Millesimo, quadringentesimo quinquagesimo nono. Tertio No nas Septembr. Pontificatus nostri Anno Primo.

Quam quidem prouinciam Monasterii S. Galli Abbatem in se suscepisse & in fauorem *Jodoci* perfecisse ipsius litterae a) Notarii Apostolici Vlric Talman de Jonswil manu roboratae docent. Verum Joannem huic haut ac quieuisse sententiae, atque vlteriores adhuc ausus meditatum fuisse, exind suspicamur primo, quod anno 1462. Michael de Freyberg epistolam b) ad Jo docum

a) *Tom. 19. Litter. antiq. arch. Weing.*

b) Mein willig dienst zu uor. Erwirdiger lieber Her Mir ist für kommen wie und wa gerechtigkeit mein Her und Vetter Her Hanss von Fryberg uff die Abbtye zu Wi garten von unssrem hailigen Vatter dem Bapst und dem Stul zu Rom erlangt, un behebt, sonder eüch dass Verkundt und begeret hab, Im dieselben gerechtigke nach Innhalt siner bäbstlichen Bullen und Brieff volgen zelassen dass er von eüc bisshar nit hab bekommen mügen dass mich fremd nempt umbe dass so vorder un beger ich an euch ernstlich mit Vleisse bittend Ir wöllent dem Egenandten H Hansen von Fryberg meinem Hern und Vetter sine erlangte gerechtigkeit der abty halb ewers Gozhuss nach Innhalt siner egemelten Bullen und Brieff noch güttlic und one lenger verziehen volgen und werden lassen dess gerner Ich eüch un ewerm Gotzhuss tun will dass euch lieb ist. Vermaintent Ir aber dass nitt zu tu da

docum, & eodem etiam anno aliam ad Joannem Dapiferum de Walpurg dederit, vtrobique minitatus, nisi cognato suo abbatiam, ad quam diplomate Pontificio jus obtinuisset, sponte cederet, se curaturum, vt a *) Petro S. R. E. Cardinale & Episcopo Augustano ad id faciendum cogeretur, & dein etiam quod litteras in sui gratiam & Jodoci praejudicium ab Alberto Austriae Duce 1459. fer. II. post festum S. Bartholomaei obtentas, anno 1467. iterum produxerit, & a Joanne II. c) Abbate Ordinis Praemonstratensis in Wiltau Dioecesis Brixinensis relegi, & copiam sigillo adpenso adprobari fecerit d).

Verum si Ectypon, quod Coaeuus Anonymi Monasterii in Monte S. Georgii calamus formauit, cum Archetypo quadret, quid mirum, si tam malae notae filius efficere nihil contra Patrem in Matris opprobrium potuerit? sic autem Biographus ipsius inter alia scribit:

Johannes der ander diss Namens ein EdelMan von Freyberg, profess zu Weingarten, und alhie stabiliert, auch mehr mit gwalt dan mit guettem willen der Brüder die Abbtey bekhommen, daher Er auch dan wenig glükh gehabt, und namhafftigs aussgericht.

Z 2 Alss

dass ich eüch doch nitt getruwe So wöllent doch mit demselben meinem Hern und Vetter der sachen halb kommen vff den hochwirdigsten Fürsten und Hern Hern Petern der hailigen Römischen kirchen Cardinal und Bischoue zu Augspurg meinen genedigsten Hern und siner gnaden Erbar Räte und da vssfindig und erkennen lassen ob der Egenandt mein Her und Vetter zu der obgemeldten Abbtye gerechtigkeit hab oder nitt und wass da erkennt dass demselben also gestrackss nachgangen werd vnd wöllent Ir solchem also nachkommen So bittent den Vorgenanten meinen genedigisten Hern den Cardinal um eüch und Im desshalb kurtz tag zesetzen dessglichen min Her und Vetter och tun sol damit die Sach zu vsstrag komm.

Verschliegent Ir aber soliches so verstünde menglich wol dass Ir eüch glichss und billichs gegen minem Hern und Vetter nitt vleissen wöllent und ich müsste miner Hern und guter Fründe Raute haben wass mir füro von minss Hern und Vettern wegen darinne gepürte fürzenemmen Eüwer Vorshaben antwurt mitt dem Botten. Geben uff Mentag In den hailigen Osterfeyren *Anno Dni M. LXII.*

MICHEL von FRYBERG
der Jünger.

*) *Hic Petrus Cardinalis is ipse est, quo Auctore Eluacenses anno 1460. Habitum benedictinum exuere, verso in Praeposituram celeberrimo Monasterio.*

c) *T.* 19. *pag.* 291. d) *Ibidem.*



Als auf ein zeit der Abbt zu Weingarten ſtarb, bemüet ſich diſer Johannes vil bey Pabſt Pio dem 2. Ob Er auch dieſelb Prälatur möchte bekhommen, aber nach vil Ehrung und Schankhungen ſchueff Er nichtſs; dann Er war von Natur ein Hochfertiger Ehrgeiziger Mann, und alſs Er dieſer Prälatur vorſtandt 18. Jahr ſtarb Er 14. die April. Anno 1469. *ibidem.*

Incendii de quo paullo ante, culpam (Georgii Abbatis verba ſunt) *imputari audiuimus Hartmanno a Burgow, poſtea Abbati facto, qui neſcio qua occaſione faces & ignem incautius tractaſſe dicitur, ac ſcintillas in templi tecta flante vento inſtillaſſe. Hac de re aliquid innuitur in actis contra Joannem Dapiferum Sueuiae Praefectum ſub eodem Hartmanno Abbate anno* 1495. *in Cauſſa praetenſae perpetuae Aduocatiae prolatis.*

Hanc calamitatem aliae quoque vel praecedebant, vel ſequebantur, multas etenim adflictiones vexationesque hic Abbas cum a Comitibus de Werdenberg & Montfort, tum etiam ab aliis patiendo tolerauit, & tolerando ſuperauit. Cujus quidem rei plurima adhuc penes nos exſtant Monumenta.

His quoque temporibus jus homines proprios in Altorff mulctandi & in carceres conjiciendi a Weingartenſibus quiete & absque vlla controuerſia exercitum fuiſſe, teſtantur litterae anno 1460 in die S. Agathae datae, atque Sigillis *Bilgerini de Reiſhah ſubpraefecti prouincialis & Nicolai Sorg Ammanni Altorffenſis* munitae.

Anno 1462. Hic Abbas pacta quaedam cum *ſtrenuo Erhardo de Kunigſegg zum Kunigſeggerberg* ratione paſtus iniit.

Anno 1463. a Sigismundo Duce Auſtriaco Litteras propria manu ſcriptas accepit, queis Princeps *) petit, vt Abbas ſibi conſiſtentem Rauenſpurgi equum emat, eumque adjecta pretii Summa Oenipontum mittat.

Anno

*) Sigmund von Gottes gnaden herzog ze öſterreich etc. Erſamer geiſtlicher beſunder lieber andechtiger. Wir haben vernomen, wie ain pferd zu Rauenſpurg ſtee, als dir donn vnſer getrewer Lorenz Nef vnnſer Pfleger — — Weyſer des Briefs wirdt zu erkennen geben, bitten wir dich mit allem fleiſſ, das du vns daſſelb pferd in maſſ als ob du dir daſelb ſelber welleſt, kauffeſt, vnd was das geſteet bezaleſt, ſo wellen wir dich ſolchs gelts ſo du darumb auſgeben oder dafür du verſprechen wirſt, fürderlich vnd gnediglich entrichten *So wir deſſ von deinen wegen ermant werden.* — — — geben zu Inſprugt am Montag vor *pauli Conuerſionis anno Domini etc. ſexageſimo tertio.*

Anno 1464. Honofrius Papae Pii IV. Referendarius Litteras ad Jodocum ledit hujus tenoris:

Reuerende Pater amice cariſſime ſalutem cum commendatione: Intelleimus in Itinere noſtro Rauenſpurgum propter certos exceſſus nouiter perpetraos irretitos eſſe eccleſiaſticae cenſurae, ob quam cauſam oportuit nos ab eis aululum declinare. Vnde nobis neceſſarium eſt per Monaſterium veſtrum er noſtrum facere. Rogamus igitur P. V. vt non ſit ei graue, vt hac noe in dicto Monaſterio veſtro pernoctare poſſimus. Dabimus enim operam, uod id fiat ſine aliquo ejusdem Monaſterii dampno. Et inpoſterum refereus Venerabili Paternitati veſtrae gratias vberiores, quae optime & feliciter leat. Ex Walſe XVI. Auguſti anno MCCCCLXIIII. Honofrius Epiſcopus icarienſis Sanctiſſimi Dni noſtri Pappae referendarius. — — — —

Anno 1465. Fridericus Romanorum Imperator Priuilegia Monaſterii, noinatim *Diploma Ruperti Regis*, confirmat. Hoc etiam Anno, tempore *Bilgei de Raiſhah* primum Altorſſii erectum eſt patibulum.

Anno 1466. actum eſt cum *Georgio Comite de Werdenberg & Hailigenberg* tione *Hagnau.*

Eodem anno die Lunae ante feſtum S. Valentini Solutis duobus libram millibus in foedus de Vexillo S. Georgii dictum per Litteras Sigillis & ſcriptione *Eberhardi Comitis de Sonnenberg Dapiferi in Waltpurg*, & *Hainrici a ndegk* munitas receptus, aut potius in jus Praedeceſſoris ſui admiſſus fuit docus noſter.

Anno 1467. Transactio habita eſt cum *Wilhelmo de Kunigsegg*, teſtes adhii ſunt *Georgius de Hertenſtein*, & *Wilhelmus Gremlich de Meningen*, quos *Caſuos Cognatos* vocat. Conſenſum quoque praeſtitit *Joannes de Kunsegg Canous conſtantienſis*, *Wilhelmi frater.*

Anno 1472. tertia Februar: Dominus *Joannes Müller* Praepoſitus in ordi*Quintus* in Bettenbrunnen factus eſt, qui Domino *Diepoldo Stieſlin* Praepoſiam libere reſignanti ſucceſſit, ſub Domino Jodoco Abbate, qui Decanum erlingenſem ſubdelegauit ad introducendum nouum Praepoſitum in actuai poſſeſſionem, quod, & quomodo factum ſit, cernitur ex ſequenti copia.



Nos Jodocus permiſſione diuina Monaſterii Weingartenſis Abbas Ord Sancti Benedicti Conſtantienſis Dioeceſis *Conſeruator Pater* ac Comiſſarius infra ſcripta a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus dilecto in Ch Decano Decanatus in Vberlingen jam fatae Dioeceſis ſalutem in Don Jeſu, nec non mandatis noſtris, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire.

Honorabilem Virum Johannem Müller Presbyterum praetactae Dioe ad Praepoſituram Eccleſiae Collegiatae in Bettenbrunnen, dictae Dioe per liberam reſignationem Venerabilis Viri Diepoldi Stieflin ejusdem E ſiae collegiatae Praepoſiti, per honorabiles Viros Johannem Cramer H ricum Kern, Berchtoldum Alwig & Hainricum Gerſtenmayr Canonico Confratres ante Latae Eccleſiae Collegiatae, rite Legitime vere & De electum, ad quos quidem Jus praeſentandi Praepoſitum ad praedictam P poſituram pleno dignoſcitur pertinere jure, hunc nobis per eorum literas pa tes praeſentatum ad hujusmodi Praepoſituram dignum ac idoneum repert recepto tamen nihilominus ab ipſo prius praeſtito fidelitatis & obedier Juramento, nec non Jura ſtatuta atque ordinationes licitas & honeſtas P poſiti & Capituli dictae Eccleſiae, & in futurum per Praepoſitum ac C tulum ibidem, vel per Nos aut Succeſſores noſtros deifice & licite ſtatue & innouanda, fideliter obſeruare, atque in omnibus obtemperare, bona Eccleſiae Collegiatae praefatae ſtudioſe ac ſummopere manutenere del praeſeruareque, & necquaquam alienare, ſine dolo & fraude.

Auctoritate Apoſtolica in hac parte nobis ſpecialiter commiſſa inueſt dum inſtituendum & confirmandum duximus, atque praeſentium tenore Dei nomine quantum Auctoritate jam fata poſſumus & debemus inueſtir & confirmamus, curam animarum & ſubditorum regimen dictae Eccle Collegiatae ſibi committentes.

Tibique Decano praefato eadem auctoritate apoſtolica mandamus, q tenus eumdem Dominum Johannem Müller in ante latae Collegiatae Ec ſiae, Juriumque pertinentium omnium & ſingulorum realem actualem ver ac corporalem ducas intromiſſes & inſtalles poſſeſſionem, faciendo ſibi ipſius Eccleſiae Collegiatae fructibus prouentibus & redditibus Cenſibus uentionibus debitis vniuerſis ac ſingulis integre reſponderi, atque a ſubd ſuis in ſpiritualibus & temporalibus obedientiam & reuerentiam debitas

condignas vt moris eſt, exhiberi, adhibitis, ſeu adhibendis in talismodi verborum & geſtuum ſolennitatibus ac cautelis debitis ſolitas ac in hujusmodi fieri conſuetas. Datum noſtro in Coenobio ſupra dicto, die tertia Februarii, ſub anno Natiuitatis Chriſti Jeſu noſtri Saluatoris. Milleſimo Quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Indictione quinta, ſub noſtrae Abbatiae ſigillo ob efficax robur & euidens teſtimonium praeſentibus conjuncto & adpenſo etc.

Anno 1475. *Eberhardus Comes de Sonnsberg Dapifer de Walpurg* datis Litteris in *Scheer* quaedam ſeruitia a noſtris ſubditis praeſtanda exigere tentat, ſed nullo ſucceſſu.

Anno 1476. datis ad *Vlricum Comitem de Montfort* Litteris conqueritur, quod equos lite pendente abſtraxerit ſubditorum, petitque vt eos quantocyus reddat, alioquin ſe proximo eum in judicium vocaturum comminatur, datae ſunt am Mittwoch vor Simonis & jude anno M.CCCC.LXXVI.

Anno 1475. Friderici Imperatoris Anno *regni* 38. *Imperii* 26. Abbas Jodocus Inſtrumentum a publico Notario confici juſſit, qua datum Magiſtro *Joanni Piſtoris* facultatem reuocat, quod *Judicia cameralia* ab aliquot jam annis celebrata non ſint, nec etiam modo habeantur, penſionemque annuam 20. florenorum in Procuratorem profundere ſe deinceps nolle, edixit. Datae 7. Januarii anno praeſcripto.

Sub hoc Abbate *duo quoque codices chartacei ſcripti* ſunt. *prior* in fol. *de Sacrificio Miſſae Vincentii Libri III.* in fine: *Hunc codicem deſcribi curauit D. Jodocus Ditenhaimer Praepoſitus in Hofen anno* 1460. *Poſterior in* 4. *Pſalterium* cum Hymnis de tempore & ſanctis in fine: *& ſic eſt finis per me Jodocum de Lindow Monachum in Wingarten* 1475. *in die Natiuitatis Marie.*

CASPA-



CASPARVS SHIEGG ABBAS XXVI.

Electus est hic Abbas anno 1477. die 19. May. sic in Missali antiquo M. S. adnotatum legimus. Eum vero resignasse Abbatiam die 13. Augusti anno 1491. testis est Instrumentum Electionis Hartmanni Successoris & quamuis opinio jam vulgo recepta sit, Eum eodem anno 6. Septembris Mortalitatem exuisse, coaeuum tamen Necrologium diem obitus distinctis verbis Diem Nonarum Septembris ponit: *in Vigilia S. Magni*, inquit, *obiit Caspar Shiegg hujus Cenobii Abbas* 1491. Caussa discriminis eadem esse forsan poterit, quam supra suspicati, & vt arbitror, prudenter sumus.

Prima atque maxime necessaria hujus Abbatis cura fuit, vt aedificia nuper in cineres redacta restaurarentur, quare mox die Veneris post Pentecosten, id est, 30. May datis ad *Vlmenses* litteris, petiit, vt suum pro aedificanda Ecclesia Architectum mitterent, in festo Corporis Christi in Vineis adfuturum, eoquod ad hanc diem alii quoque operarii citati exspectarentur.

At haec non sola & vna caussa fuit, qua optimus Pater inter angustias, immo inter malleum & incudem constitueretur. Sixtus IV. Papa Cardinali tironensi Monasterium Weingartense in commendam concesserat, ausu Curiae romanae tum haut infrequenti. Res quae fusiorem heic Expositionem meretur. Bullam ipsam Lectoribus legendam propono, quae talis est:

Sixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei Dilecto Filio *Petro* tit. Sancti Sixti presbytero Cardinali *Thirasonensi* vulgariter nuncupato, salutem & Apostolicam Benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumspecta, singulis Ecclesiiis & Monasteriis quae Vacationum incommoda deplorari noscuntur, vt Gubernatorum vtilium fulciantur, prospicit praesidio diligenter, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, vt expensarum onera quae ipsos de necessitate subire oportet facilius suportari valeant, libenter prout congruum & decens est de subuentionis auxilio prospicit oportune. Cum itaque sicut accepimus Monasterium *Sanctorum Martini Episcopi, & Oswaldi Martyris in Weingarten* Ord. S. Benedicti, Constantiens. Dioeces. Cui bonae memoriae *Jodocus* ipsius Monasterii Abbas, dum viueret & praesidebat, per Obitum ejusdem Jodoci, qui extra Romanam Curiam debitum naturae persoluit, vacauerit, & *vacet ad praesens*. Nos eidem Monasterio de Gubernatore secundum cor nostrum vtili & idoneo, per quem circumspecte regi, & salubriter dirigi valeat,

valeat, quam etiam tibi pro ſupportandis oneribus, tibi de neceſſitate quotidie occurentibus de alicujus ſubuentionis auxilio prouidere volentes, motu proprio, non ad tui, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatae petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & certa ſcientia, & de Apoſtolicae poteſtatis plenitudine, Monaſterium praedictum cujuscunque etiam taxae ſeu annui valoris illius fructus, redditus & prouentus, quos ac ſi vere ac ſpecifice exprimerentur, praeſentibus pro expreſſis habentes, exiſtant, ſiue vt praemittitur, ſiue alio quouis modo, aut alterius cujuscunque perſona vacet, etiamſi ejus prouiſio ex quauis cauſa ad ſedem Apoſtolicam, generaliter pertineat, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, tibi per te quoad vixeris vna cum Sancti Sixti, quae titulus tui Cardinalatus exiſtit, ac Tiraſonenſi cui ex conceſſione & diſpenſatione apoſtolica praeeſſe dignoſceris, ac omnibus aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus, Officiis, Canonicatibus, & Praebendis, caeterisque beneficiis Eccleſiaſticis cum Cura & ſine Cura, ſaecularibus, & ordinum quorumuis regularibus, quorumcunque etiam dignitatum & valoris annui exiſtant, quem titulum ac Commendam obtines & in poſterum obtinebis. Nec non penſionibus annuis, quas percipis & percipias in futurum tenendum, regendum & gubernandum. Ita quod debitis & conſuetis dicti Monaſterii in Weingarten, ac dilectorum filiorum conuentus ejusdem ſupportatis oneribus de reſiduis illius fructibus, redditibus ac prouentibus diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Abalienationem tamen quorumcunque bonorum immobilium, & praetioſorum mobilium dicti Monaſterii in Weingarten tibi penitus interdicta Auctoritate Apoſtolica Commendamus, Curam, Regimen & Adminiſtrationem ipſius Monaſterii in Weingarten tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Salernitano & Epiſcopo Eugubienſi, & dilecto filio Officiali Conſtantienſi per haec Apoſtolica ſcripta, auctoritate, motu, ſententia & poteſtate ſimilibus mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, te vel procuratorem tuum legitimum pro te in corporalem poſſeſſionem regiminis & adminiſtrationis bonorum dicti Monaſterii in Weingarten, Juriumque & pertinentiarum praedictorum inducant, auctoritate noſtra, & defendant inductum, ac faciant tibi de ipſius Monaſterii in Weingarten fructibus, redditibus, prouentibus,

 

juribus & obuentionibus vniuersis integre respondèri. A Conuentu ve praedicto, prout ad Commendam Ejusmodi pertinere cognouerint, obedie tiam & reuerentiam congruentes, Necnon a dilectis filiis, Vasallis, & ali subditis dicti Monasterii in Weingarten consueta seruitia ab eis tibi debi integre responderi. Contradictores per Censuram ecclesiasticam appellatioi postposita, compescendo, non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibi Apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus Monasterii in Weingarten Ordinis praedictorum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel al quauis firmitate roboratis contrariis quibuscunque. Aut si Conuentui Vasi lis & aliis subditis praedictis, vel quibuscunque aliis communiter vel div sim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunica non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam, : de verbo ad verbum de Indulto ejusmodi mentionem, Prouiso quod propt Commendam ejusmodi in praefato Monasterio in Weingarten diuinus cultu & solitus Monachorum & ministrorum numerus nullatenus minuatur, sed i lius ac Conuentus praedictorum congrue supportentur onera ante dict Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae Commendae, Co stitutionum, & Mandatorum infringere, vel ausu temerario contraire. S quis autem hoc attemptare praesumpserit Indignationem omnipotentis Dei beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datu Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Qu dringentesimo septuagesimo septimo. quarto Non. Julii Pontificatus nost anno sexto.

Quid ageret in tantis Angustiis constitutus Abbas? Imperatorem *M nasterii Aduocatum* in subsidium vocauit, qui sequentes ad *Sigismundum Arch ducem* Litteras perscripsit: Wir Friederich von gotes gnaden Roemischer Kej ser zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Cro tien Koenig etc. Entbieten dem hochgebohrnen Sigismunden Erzherz gen zu oesterreich etc. Vnserem lieben Vetter vnd Fürsten Vnser gnad un alles gut.

Hochgeborner lieber Vetter vnd Fürst Vns ist angelangt, wie der Card nal Tyrasonens. die Abbtey zu Weingartten, die *on mittel vnder vns vnd d hailig Reich gehöret, vnd von vnsern Vorfahren vnd Vns* VON DES HAILIGE REICHS WEGEN *Herzogen zu Oesterreich zu schirmen bevollen ist*, von Vnsre hail

hailigen Vatter Bapst in comendam zuhaben, erworben haben soll, das vns vnd dem hailigen Reich wo das gestattet werden solt, zu mercklichen abpruch vnd Schaden raichen würde, deren vns als Roemischen keyser merer vnd handhaber des hailigen Reichs zu sehen gebürt. *Vnd empfelen darauf deiner liebe von Roemischer kayserlicher Macht bey den pflichten damit du Vns vnd dem hailigen Reich gewandt bist, auch Vermeidung Vnser vnd des Reichs schweren strafe vnd Vngnad ernstlich vnd vestiglich mit diesem brieue* vnd wöllen ob der genant Cardinal oder ander, oder jemand von ieren Wegen solch Abbtey alsso anzunemen vntersteen wurden, das du dan das nit gestattest. *Sonder von vns vnd des hailigen Reichs wegen nach allem deinem vermögen verhütest, vnd vns vnd das hailig Reich bey Vnser oberkeit helfest handhaben, Schüzen vnd Schirmen als du des Vns vnd dem hailigen Reich, dir selber vnd vnserem haus Oesterreich zu thun schuldig bist.* daran thut dein liebe vnser ernstlich Meinung vnd sunder gefallen. geben zu Graez am 5. tag des monats Nouembris anno Domini 1478. Vnsers kaiserthumbs im 27. Jare. Ad mandatum proprium Imperatoris.

Post multas ambages agendo cum Cardinalis tyrasonensis Procuratore, ex inmani hoc periculo tandem sese expediuerat Abbas, quum mox praesentius inmineret. Res altius repetenda est. Viuente etiamnum Episcopo Constantiensi *Hermanno Ludouicus de Freyberg* Parochus in Ehingen & Doctor obtinuerat Litteras Coadjutoriae, vt vocant, & postea ad ipsum Episcopatum prouisorias in hanc Sententiam:

Ad futuram rei memoriam. Ad compescendos nefarios conatus perversorum, qui Dei timore postposito, suaque ducti concupiscentia Ecclesias praesertim Cathedrales, sine canonico titulo inuadere & occupare praesumunt, tanto magis nos decet oportuno remedio prouidere, quanto peramplius tendunt in diuinae Majestatis offensam, Apostolicae sedis Auctoritatis contemptum, & scandalum plurimorum. Dudum siquidem pro parte bon. mem. *Hermanni Episcopi Constantiensis* Prouinciae Moguntinensis nobis exposito, quod Ipse admodum in senili aetate constitutus, & assiduis Corporis infirmitatibus oppressus Ecclesiam Constantiensem, cui eatenus laudabiliter praefuerat, amplius per se ipsum, vt dicebat & censuerat vtiliter gubernare, illiusque temporalitatem defendere non poterat. Nos tunc ipsius *Hermanni* in ea parte supplicationi inclinati, dilectum filium *Ludouicum* electum Constantiensem tunc Subdiaconum Constantiensis Dioecesis vtriusque juris doctorem praefato *Her-*

 manno



manno Episcopo quoad viueret ad Regimen & Administrationem dictae Ecc siae de fratrum nostrorum Consilio deputauimus, & eidem Ecclesiae, cum lam cedente vel decedente dicto Hermanno Episcopo, vel illius regimen administrationem praedictam alias quomodolibet dimittente vacare conting ret, de persona ejusdem Ludouici, ex tunc prout ex die qua vacaret dec vimus fore prouisum ipsumque illi praefectum in Episcopum & Pastore districtius inhibendo dilectis filiis Capitulo Constantiensi *ne etiam praetentu C cordatorum cum natione Germaniae* ad electionem Episcopi Constantiensis post v cationem eandem procedere quoquomodo praesumerent decernentes, extu irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis Auctoritate scient vel ignoranter contingeret attentari. Prout in diuersis nostris inde confect litteris plenius continetur.

Cum autem sicut nuper accepimus, dicta Ecclesia per obitum dicti H manni, qui postmodum *extra Romanam Curiam* diem clausit extremum, va uerit, & Capitulum praefatum praemissis non obstantibus dilectum filit *Ottonem Comitem de Sunnenberg*, in Episcopum Constantiensem de facto eleg gerunt, illeque electionis hujusmodi sibi praesentato Decreto consentire, pro electo Constantiensi se gerere, & Capitulum praefatum eum pro elec Constantiensi habere, tenere, nominare, & reputare, eundemque *Ludouic* recipere, & admittere in Episcopum Constantiensem ac praesulem & past rem animarum eorundem debitaque honorificentia prosequi, denegare, quominus dictae Ecclesiae praeesse, ac illius curam & administrationem, g rere (& exercere). Nec non regiminis administrationis & bonorum dict Ecclesiae possessionum vel quasi, integre adprehendere & retinere posset, i pedire, & a litteris & decreto nostris praedictis monitionis & requisitio vt illarum vigore eundem Ludouicum reciperent in Episcopum & Pastor sub certis modo & forma appellare praesumpserunt & praesumunt, in anim rum suarum perniciem & Apostolicae sedis Auctoritatis contemptum prae taeque Ecclesiae & dicti Ludouici electi non modicum detrimentum. Nos pra missis electi Constantiensis & Ecclesiae praedictorum indemnitati prouide volentes Electionem praedictam a Capitulo praefato de persona dicti *Otto* vt praefertur factam, de fratrum nostrorum sanctae romanae Ecclesiae C dinalium consilio cassauimus & annullauimus. Et inde secuta quaecunq nullius roboris vel momenti fuisse & esse, & ex illa dicto *Otttoni* nullum j vnquam quaeri potuisse, praefatumque *Ludouicum* dictae Constantiensis Ecc

si

siae Canonice praefectum ac verum & indubitatum Episcopum Constantiensem esse, factamque per nos prouisionem praedictam de persona sua dictae Constantiensis Ecclesiae vt praefertur validam & efficacem fore, & effectum sortiri potuisse, & debuisse, ac posse & debere, de eorundem fratrum nostrorum consilio & assensu, ac ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica patentium tenore decernimus pariter & declaramus.

Proque cautiori cautela de persona dicti *Ludouici* eidem Constantiensis Ecclesiae consilio & assensu praedictis de nouo prouidemus, ac ipsum *Ludouicum* tanquam magis idoneum eidem Ecclesiae praefecimus in Episcopum & Pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiae Constantiensis sibi in eisdem spiritualibus & temporalibus plenarie committendo. Et nihilominus praefatum Ottonem Comitem & Capitulum nec non Clerum & populum Ciuitatis Constantiensis ac singulares personas Ecclesiae Dioecesis & populi praedictorum eorumque complices & adhaerentes, ac vasallos & colonos & laboratores fructuarios siue arrendatores quorum omnium nomina & cognomina ac si specialiter exprimerentur hic pro expressis haberi & in patentium publicatione exprimi posse volumus. Et alicui eorum in praemissis consilium auxilium vel fauorem directe vel indirecte publice vel occulte qualiterque praestantes & quoscunque alios cujuscunque status gradus vel conditionis siue ordinis fuerint, ac quacunque praeeminentia ecclesiastica vel mundana, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Ducali — aut Comitali seu quauis alia praefulgeant dignitate, ad quorum notitiam patentes nostrae litterae peruenerint, auctoritate Apostolica ex certa nostra scientia earundem patentium tenore monemus, & eis mandamus, quatenus sub excommunicationis, suspensionis, & interdicti, nec non omnium & singulorum dignitatum, Personatuum & administrationum & officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, feudorum quoque & aliorum jurium, quae a Romana & praedicta Constantiensi ac aliis ecclesiis obtinere, nec non dignitatum in quibus constituti forsan existentes, priuationis & ad illa & alia imposterum obtinenda — ac testamentum & quoscunque alios actus legitimos faciendos, inhabilitationis, poenis, quas eos & eorum quemlibet absque alia declaratione si contra fecerint, ordine quo infra incurrere volumus eo ipso, & quas ex nunc prout extunc, in omnes & singulos supradictos qui contrafecerint ferimus in his scriptis, vt infra sex dies, postquam patentes litterae ad eorum notitiam peruenerint, quorum sex dierum duos pro primo duos

 pro

pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio vltimo & peremptorio termino canonica monitione praemiſſa, cuilibet eorum aſſignamus, videlicet ab occupationibus poſſeſſionibus vel quaſi regiminis & adminiſtrationis, ac bonorum dictae Eccleſiae juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem deſiſtat, poſſeſſionemque hujusmodi vacuam, liberam & expeditam praefato *Ludouico* vel ejus legitimo procuratori, det, tradat, & relaxet, ac ipſum *Ludouicum* praedictae Eccleſiae praeeſſe permittat pacifice & quiete, nec non de fructibus per ipſum *Ottonem* exinde perceptis, & qui percipi potuerunt damnis quoque & intereſſe, quae ipſe *Ludouicus* Epiſcopus qualibet praemiſſorum occaſione incurrerit, ſatisfaciat integre realiter & cum effectu, ſeu ſuper his aliis cum eodem *Ludouico* vel procuratore ſuo amicabiliter componat, & de cetero pro electo Conſtantienſi ſe non gerat, nec habeat, aut nominare reputare, vel habere, ſeu nominari reputari, vel haberi facere praeſumat. Capitulum vero Clerus populus Canonici & ſingulares perſonae Eccleſiae & populi praedictorum eundem *Ludouicum* in Epiſcopum conſtantienſem Praeſulem & Paſtorem animarum eorundem nec non ad regiminis & adminiſtrationis ac bonorum praedictorum poſſeſſionem vel quaſi recipiant, & admittant, ac recipi & admitti faciant, eumque Epiſcopum Conſtantienſem habeant nominent & appellent, & ab aliis haberi nominari & appellari. Vaſalli autem & ſubditi Coloni, fructuarii, laboratores, & arrendatores Obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas, aliaque ſeruitia & jura eidem *Ludouico* electo ab eis debita exhiberi faciant. Nec dictum *Ottonem* pro Electo Conſtantienſi de cetero habeant nominent & appellent. Fautores quoque conſultores & adhaerentes complices & ſequaces praedicti, a praeſtatione auxilii conſilii fauoris, ac adhaeſionis & ſequela hujusmodi omnino deſiſtant. Alioquin in omnes & ſingulos praedictos & quemlibet eorum in genere & ſpecie per nos monitos vt praefertur qui infra dictos ſex dies in totum vel pro parte monitionibus & mandatis hujusmodi non paruerint, & quominus pareatur fecerint, ſuaſerint vel alias ad id directe vel indirecte palam aut occulte auxilium vel conſilium dederint lapſis ſex diebus eisdem ex nunc prout ex tunc ſi Epiſcopi & ſuperiores fuerint interdicti ingreſſus Eccleſiae: in alios vero ab eis praemiſſae Excommunicationis & anathematis ſententiam auctoritate & ſcientia praedictis eorundem patentium tenore ferimus & promulgamus in his ſcriptis. A qua ab alio quam a ſummo Pontifice praeterquam in mortis articulo conſtituti nequeant abſolutionis beneficium vllatenus obtinere.

Et si *Otto* Capitulum & alii praedicti moniti excommunicati anathematizati excommunicationis & anathematis sententiam nostram hujusmodi per alios tres dies dictos sex dies extunc immediate sequenti animo quod absit sustinuerint obstinato, similiter ex nunc prout ex tunc pari scientia & auctoritate Ecclesiam ac Ciuitatem & Dioecesin Constantiensem. Nec non Ecclesias Monasteria & alia loca, ad quae eosdem excommunicatos anathematizatos declinare aut deuenire contigerit, Ecclesiastico supponimus interdicto, ita vt eo durante inibi praeterquam in festiuitatibus & casibus a jure permissis, & in illis dundaxat clausis januis, & excommunicatis & interdictis exclusis, ac submissa voce, ex quouis etiam Apostolico priuilegio, etiam ordinibus locis vel personis concesso, Missae vel alia officia diuina nequeant celebrari. Eosdemque excommunicatos & anathematizatos, si Episcopali vel alia majori Ecclesiastica dignitate praefulgeant a suarum Ecclesiarum regiminibus, & administrationibus suspendimus. Alios vero inferiores ab eis Ecclesiasticos & seculares Canonicatibus & Praebendis dignitatibus Personatibus Administrationibus & Officiis, Monasteriis, Prioratibus, Praepostituris, Praeceptoriis, ceterisque Beneficiis ecclesiasticis, secularibus & regularibus quibuscunque feudis juribus honoribus & mundanis dignitatibus quibuscunque quae eos tunc obtinere contigerit, Praefata Auctoritate & ex simili scientia priuamus. Et ad illa & alia imposterum obtinenda, nec non ad testandum & quoslibet legitimos actus faciendum inhabilitamus, priuatosque & inhabilitatos esse volumus eo ipso. Si vero suspensi excommunicati anathematizati, priuati & inhabilitati praedicti nolentes in semitis justitiae dirigere gressus suos & ad cor reuerti, ac veniam petere, & poenitentiam agere de praemissis, sub hujusmodi suspensionis excommunicationis anathematis interdicti priuationis & inhabilitationis censuris & poenis, proterua obstinatione per alios tres dies, ex tunc immediate sequenti permanere non expauerint, ex nunc prout ex tunc lapsis vltimis posterioribus tribus diebus, eisdem ex simili sententia & auctoritate eos aggrauationis & reaggrauationis censurarum & poenarum praedictarum ac cum Dathan & Abiron, quos viuos terra absorbuit, maledictionis aeternae & perpetuae damnationis mucrone ligamus, & ligatos ac irretitos & innodatos esse decreuimus ipso facto. Mandamus sub similibus censuris & poenis quibuscunque Cathedralium etiam Metropolitanarum vel Collegiatarum & aliarum Ecclesiarum Praelatis Capitulis Canonicis Rectoribus, & Personis aliis Ecclesiasticis, qui desuper pro parte dicti *Ludouici* Episcopi fuerint requisiti, vt in Ecclesiis dominicis & festis



festis diebus, dum major inibi populi multitudo conuenerit, ad diuina pulsatis campanis & accensis candelis Et postmodum in terram projectis & extinctis cum Crucis vexillo ac trina lapidum projectione & aliis in similibus seruari solitis Ecclesiasticis Ceremoniis excommunicatos, anathematizatos, priuatos, inhabilitatos, aggrauatos, & reaggrauatos, & aeternae damnationis sententia ligatos, publice denuntient, Et vt tales jubeant & mandent ab omnibus acrius euitari. Nec non omnibus aliis Christi fidelibus vt illos euitent & eis cuncta necessaria alimenta denegent ministrare donec compuncti corde spiritum adsumentes consilii sanioris *Ludouico* Episcopo praefato regiminis & administrationis ac bonorum dictae Constantiensis Ecclesiae juriumque & pertinentiarum ejusdem possessionum vacuam liberam & expeditam dimiserint ac ipsum Ludouicum in Episcopum & Pastorem ecclesiae Constantiensis praedictae admiserint. Aut alias litteris monitionis & mandatis nostris hujusmodi plenarie obtemperauerint, & Absolutionis ab excommunicationis suspensionis sententiis, & relaxationis interdicti hujusmodi beneficia, et aliis integram reconciliationem gratiam a nobis & sede Apostolica meruerint obtinere. Et insuper venerabilem fratrem nostrum *Adolphum* Moguntinum, & quoscunque partium illarum Archiepiscopos Episcopos, Praelatos, Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & alios temporales dominos prouinciae Moguntinae praedictae, eorumque officiales, & gentium armorum Capitaneos, pro reuerentia quam ad sedem Apostolicam gerere quotidiana experientia comprobantur, hortamur & requirimus, eisdem Archiepiscopis Episcopis & Praelatis sub interdicti ingressus Ecclesiae & a suarum Ecclesiarum regimine & administrationis suspensionis: Principibus vero Comitibus Ducibus Baronibus Nobilibus Militibus dominis officialibus & Capitaneis sub similibus censuris & paenis, quas si non paruerint eo ipso incurrant, Districte praecipiendo praefata Auctoritate injungimus, vt eidem *Ludouico* Episcopo in assequenda possessione vel quasi regiminis & administrationis ac bonorum dictae Constantiensis Ecclesiae pro posse assistant, & opportunos fauores ac quae poterunt auxilia cum fuerint requisiti ad id praestare non omittant, Ceterum quia hae patentes Litterae in loco dictae Constantiensis Ecclesiae aut personis praefatorum *Ottonis* ac Capituli, Cleri & Populi, nec non complicum fautorum & adhaerentium & aliorum per nos monitorum vt praefertur propter eorum potentiam forsan commode publicari non possent, omnibus & singulis locorum circumuicinorum ordinariis, & in eisdem locis consistentium ecclesiarum quarumlibet Cathedralium

dralium & non Cathedralium, Monasteriorum, Prioratuum, & Domorum, ac religiosorum caeterorum ordinum quorumcunque etiam mendicantium, exemptorum & non exemptorum Capitulis, Canonicis, Abbatibus, Prioribus, Conuentibus, Quardianis, Fratribus, & Personis aliis ecclesiasticis quibuscunque & ipsorum cuilibet ita quod alter alterum in his exsequendis non exspectet, sub eisdem ecclesiasticis censuris & poenis dicta auctoritate mandamus, quatenus ipsi & quilibet eorum cum pro parte dicti *Ludouici* Episcopi fuerint requisiti, has nostras litteras seu illarum transumptum authenticum manu publici Notarii subscriptum in ipsarum ecclesiarum valuis affigant & aliis in eorum sermonibus ad populum publicent & praedicent, in locis de quibus sit veri similis conjectura quod ad ipsorum monitorum anathematizatorum aggrauatorum, reaggrauatorum notitiam valeant peruenire. Volentes quod Litterae & transumptum hujusmodi eorumque publicatio extunc post affixionem & publicationem praedictas factas in duobus aut tribus ex eisdem locis vicinis, ipsos *Ottonem*, Capitulum Clerum, populum, & alios monitos praedictos arestent, ac eis & eorum cuilibet intimatae personaliter exstitissent. Non obstantibus *concordatis* appellationibus praemissis interpositis & interponendis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis in contrarium quibuscunque. Aut si *Ottoni* & Capitulo ac aliis praefatis communiter vel diuisim a sede praefata indultum existat, quod interdici suspendi vel excommunicari non possit, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictae sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam patentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat vel quomodolibet differri. Et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris Litteris mentio specialis. Nulli ergo hominum omnino liceat, hanc paginam nostrarum Constitutionum declarationis prouisionis monitionis mandati assignationis promulgationis suspensionis priuationis inhabilitationis ligationis decreti hortationis requisitionis injunctionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se nouerit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto tertio Kalendas Martii Pontificatus nostri anno quarto.



Morino 1474. Hermanno postquam jam electus esset Otto Comes a Sonnenberg, eam Lucernae exhibuit, itumque est ad Partes, licet, quod mireris, hic ne quidem Canonicus Ecclesiae Constantiensis esset, nihilominus multos annos tenuit haec controuersia, sopita tandem Imperatoria auctoritate, quae nolebat, vt Pontifex Electionum Libertatem contra germanicae Nationis Concordata turbaret. Abbas noster anxius, cui ex his duobus competitoribus praecipue adhaereret, datis ad Sigismundum Austriae Archiducem litteris consilium expetiit, quid ipsi hac in re factu optimum videatur? rescripsit Archidux, a) praecepitque Imperatorio nomine sub poena amissionis omnium Libertatum, Priuilegiorum, & gratiarum, & multa centum Marcarum auri, vt nullum alium praeter Ottonem Sonnebergium a Canonicis legitime electum agnoscat, similes poenas sine indulgentia incursurus, si vel publice vel occulte, aut alio quocumque modo quid pro Freybergio moliri praesumat.

Quum ergo inter duos Aemulos Sonnebergium & Freybergium lis pluribus annis protraheretur, Lucernae Conuentus foederatorum Pagorum Heluetiae praesentibus Papae Oratoribus Prospero & Gentili habitus est. Horum Nomine perorauit Praepositus de Aseluingen floeren dictus, proposuitque Pagorum Deputatis: transigi litem inter ambos Ecclesiae sponsos facile posse, si alteri sedes Episcopalis, alteri vero Monasterium Weingartense, quod alias Romanae sedi nunc vacaret, obtingeret. Rem eo facilius successuram, quod nec Monachi sese defendendo pares, nec in alio facile essent inuenturi auxilium. Machinationibus hisce compertis Abbas datis ad Jacobum Hucher Priorem, & Johannem Feuelit Monasterii Ministerialem litteris, jussit, vt apud Archiducem Oeniponti caussam sedulo agant, in cujus ope (vt qui Defensoris tum Munere fungebatur) omne praesidium, spemque omnem poneret. At Archiducis Aures vel Sonnenbergius vel Freybergius jam occupauerat, ablegatis ad Imperatorem nostris oratoribus. Abbas ergo & Conuentus habito consilio in mora periculum fore prudenter rati, ad Tigurinos se conuerterunt, & priuilegiorum suorum ratione, & perpetua consuetudine deligendi sibi pro Arbitrio Aduocatum seu defensorem nixi, hoc munus in ipsos ad quoddam tempus transtulerunt, additis precibus, vt circumuentum vndique Monasterium jure ciuitatis donarent. Valuit successus Tigurini etenim Epistolam ad Papam dedere libera Republica dignam.

Longior

a) Tom. 2. N. 272.

gior eft, quam vt referri integra hoc loco poffet, quare fummam com-
lio habe. *Intellexiffe fe* nempe, fcribunt ciues ifti de nobis optime meriti,
obfcura fama, quosdam Prin:ipes & Dominos id apud fedem apoftolicam agere,
Monafterium Weingartenfe, in quo pretiofiffimus fanguis e latere Domini no-
Jefu Chrifti profluus, & quod potentiffimus in Sueuia Princeps & Dux No-
um Guelfo, ad fedem apoftolicam optime adfectus, tam liberaliter dotaffet, fpe-
usque Priuilegiis munitum Vrbano II. oblatum, a tot Pontificibus & Ro-
rum Imperatoribus ac Regibus in praecipuam Defenfionem toties fufceptum, num
rdine S. Benedicti abftraheretur, & aliis contra jus fasque conferretur. Se, quod
gartenfes numero ciuium fuorum haberent, ipfos contra has iniquas Molitiones in
fionem fufcepiffe, nec paffuros, vt deinceps quidquam contra eos & ordinem S.
dicti, de cujus honore quoque ageretur, fieret, fperare fe, quod hac agendi ratione,
& ipfius fanctae fedis honos pateretur non modice, Benedictionem Apoftolicam a
anctitate mererentur. Tum rogant fibi refponderi, quo loco haec cauffa pendeat, vt
fibi agendum deinceps foret, poffent ftatuere, datae in noftra Ciuitate Zürich in
. Valentini 1482. Eft, cur nobiliffimae ac potentiffimae Reipublicae pu-
s habeamus, quum nequeamus referre gratias, ftantibus ergo tantis ad
a noftra Defenforibus ceffauit equidem Perfequutio; Freybergii tamen
a jam vice in turbido pifcaturi, femel iterumque in vanum fe laboraffe
e patiebantur, quare miffis denuo Oenipontum litteris inftabant, vt Sigis-
dus fe de facta Monachorum ad tigurinos transgreffione vindicaret, & Lu-
cum in Abbatiam fua auctoritate inducere dignaretur. Verum Archidux
rei iniquitatem contemplatus, vel Heluetorum arma veritus, ex hac fe
fa expediturus amicam compofitionem fuadebat. Nulla ergo mora inter-
ta Michaël a Freyberg Ludouici Pater fcripfit ad Jacobum Feuchtum mini-
alem noftrum, vt Abbas determinanda ab ipfo die Ehingam venire, litem-
cum filio fuo tranfigere velit. Verum Cafparus per eumdem extemplo re-
i juffit: iniquum fe non fuis tantum Monachis, fed toti etiam Pofteritati
iturum, fi cum temere litigante de legitima rei poffeffione tractaffe, ejus-
injuftas poftulationes dato pretio a fe depuliffe incufari poffet, quare fi jus
uod ad Abbatiam fuam habere, vel habuiffe putaret, illud coram Judice
petente perfequi, quam cum jufto Poffeffore injufte tractare mallet. Ad
litteras refponforiae nullae venerunt, ficque bini adfultus, quem Freyber-
in Monafterium noftrum tantis adjuti viribus tentarunt, amicorum & Dei
ertim brachio propulfati euanuerunt.



Ad has externas Calamitates haec quoque interna accedebat, quod Monachi quoque ipsi Casparo insultarent, forte ambitione ducti, & spe freti ex Canonicorum more sibi deinceps viuere licitum fore. Insuper praeter ingentes sumtus, quos expendere debuit, vt tantos Infectatores a Monasterio depelleret, tanta quoque tum erat annonae Caritas, vt frumentum suis alendis nedum emere compelleretur, sed & pauperes adeo frequentes advenirent, vt duos intra menses supra triginta & octo Millia, qui stipem acceperunt, numerarentur.

Inter haec Vlricus quoque Comes de Montfort Abbati nostro litem movebat, quae tamen ne in apertas excrescerct simultates, Sigismundum Archiducem dirimendae controuersiae Arbitrum communi voto elegerunt, quam quidem Prouinciam in se suscepisse *) ex litteris patet, quibus Princeps statutum conuentus terminum in aliam diem aliis distentus negotiis prorogandum significat.

Qui quidem congressus qualem fuerit fortitus finem, documenta nostra haut produnt; amicam tamen compositionem inter litigantes locum habuisse, eo securius ominamur, quod anno sequenti 1479. quo transactio *Cum Georgio Comite de Werdenberg & Heiligenberg* ratione praediorum in hoc comitatu sitorum die post Philippi & Jacobi fieret, ipsum *Vlritum Comitem de Montfort*,

*) Wir Sigmund von gotes gnaden Erzherzog ze Oesterreich, ze steyr, ze Kernnden vnd Crain graue ze tyrol etc. bekennen., Als wir dem Ersamen geistlichen Vnserem Lieben andechtigen Abbt *Caspar* zu Weingarten vnd dem edeln vnserem Lieben Oheim vnd getreüen *grav Vlricken von Montfort* vnnserm Rate Irer Irrung halber den gesazten tag auf Mittwochen schierstkünftig erstrectt, vnd nachdem wir Sy auf dieselben zeit vnnser gescheefften halber nit mügen hören, haben wir die Sachen auf Montag noch vnnsers herren Fronnleichnams tag geschoben, vnd auf denselben tag süllen Sy für vns komen, oder mit gewaltsame senden, wo wir dann zu denselben zeyten in vnnsern Landen sein werden, so wollen wir Sy gegen einander hören oder schaffen zu hören, vnd darnach versuchen Sy gütlichen zuueraynen, wo aber die Ainigkeit nit mag gefangen werden, so wellen wir dennoch den tail so erscheint oder mit gewaltsame sendet endlich Recht ergeen lassan, *als Baide tail durch sich selbs vnd Ir Bottschaft darein gewilliget haben*, doch so sellen sy all sachen gutlichen mit einander halten, vnd *ain tail wider den anderen nicht fürnemen.* Mit Vrkund ditz Briefs der yedem tail ainer gegeben ist. Beschehen ze Ratolffzell am Erchtag nach dem Suntag Jubilate. Anno Dni etc. septuagesimo octauo.

fort, & *Heinricum Göldlin Equitem* & *Consulem tigurinum* arbitros offendamus, quin immo hoc ipso anno inter Abbatem nostrum & *Comitem Vlricum*, *Comitem de Montfort* transactionem inuenimus, electis ad eam *Hugone Comite de Montfort* & *Rottenfels*, *Heinrico Göldlin Consule tigurino* & *Heinrico de Schellenberg in Wasserburg* Compromissariis. Actum feria II. post *Judica*. Proximo quoque anno 1480. Abbas noster cum comite *Joanne de Sonnenberg*, & *Georgio Dapifero de Walpurg* rei litigiosae compositionem instituit.

Quum Rumor quoque fatalis Incendii ante triennium exorti Argentinam vsque perlatus esset, hoc anno 1480. Abbas noster *) litteras ab Alberto Episcopo Argentinensi accepit, queis intellexisse se, scribit, aliquas esse fundendas in Monasterio nostro campanas, & ideo Magistrum Jodocum, vtpote virum hujus artis peritissimum commendare voluisse. Abbatem rem sibi gratam facturum, si huic prae ceteris hanc spartam *demandaret*.

Joannes Abbas Campidonensis, proprio calamo significat, mutatam esse diem, qua Abbates Dioecesis constantiensis ab Ottone Episcopo conuenire jussi essent, atque in diem S. Dorothee translatam esse, eoquod Episcopus apud se oenipontum transiisset, Negotia ibidem tractaturus. Datum feria tertia post Circumcisionis 81.

Ea ipsa tempestate controuersia quaedam inter Dominos de Fridingen ex vna & Comitem de Wirtenberg ex altera parte oboriebatur, quumque ii de Fridingen Johannem Feüchten Caspari Abbatis nostri Officialem caussae suae Procuratorem cuperent, Sigismundus Archidux Austriae hanc faculta-

 tem

*) Von Gotts gnaden Albrecht Bischoff zu strassburg Pfalzgraff by Rine unnd Landgraff zu Elsas.

Vnsern freüntlichen grus zu uor. Würdig lieber andechtiger, Es kumpt zu vch (euch) Meister Jos gloggengiesser Bringer des Brieffs etlich gloggen halben, so Ir zu giessen haben, als wir berichtet worden. Bittens uch, nachdem er ain berumpter geselle vnd auch sich by Vns inn sinen werken wol gehalten, Ir wollen uch Ine empholen lassen sin, vnd Im das werk gonnen vor aim anderen, daran bewisen Ir vns sunder gefallen, Inn gnaden zu bedenken. Datum uff fritag nach sant thomas tag Apli anno Dni 80.

tem ab Abbate noſtro in fauorem Dominorum de Fridingen impetrare, datis ad eum litteris *), dignatus eſt.

Aliam quoque Epiſtolam hoc anno Menſe Octobri **) Caſparus a Caſparo de Spaur Canonico Conſtantienſi accepit, qua Oſwaldum Staiger Canonici debitorem ditione ſua expellere jubebatur, niſi Interdicto Eccleſiaſtico ſubjici mallet.

Sed aliis fidibus praeſenti anno 1481. canebat Magiſtratus Marckdorffenſis. Supplici etenim libello Abbatem adiit, precatus, vt jus mortuarium ſucceſſionis in media parte, quod a quodam ciue illic defuncto, jure ſeruitutis ad Monaſterium pertinente, Diſpenſator fidelis exegerat, condonare, vel ſaltem moderari dignaretur, adlegato ſimili, qui in Meerſpurg acciderat, caſu, oſtenſisque mortuariis, quae ibidem ſoluta erant, juribus, repulſam primo paſſus, ſed mox auditus eſt, ea tamen conditione, vt ſolutum pro hac vice *plauſtrum vini* juribus Monaſterii nihil praejudicaret.

Anno

*) Sigmund von Gotes gnaden Erzherzog ze öſterreich etc. Erſamer, geiſtlicher lieber andechtiger, als dann die von Fridingen vnſer diener, Hanſen Feüchtens (Abbatis Caſpari officialis) vnnſers Rates Begeren, In gegen Wirtenberg das Wort zu tun, als wir Im auch darumb ſchreiben, vnd dann Sy deshalben nit geſaumbt werden, So begern wir an dich mit vleiſs du welleſt Im ſolches auch vergunnen, vnd zu den tägen ſo geſezt ſent oder werden, nit verhinderen. daran tuſt du vnns ſunder gut gefallen. geben in Inſprugk am Mittwochen nach Judica anno Domini LXXXImo.

**) Min willig dienſt beuor. Ehrwürdiger gnaediger lieber Herr, Oſſwalt Staiger von Lindow der zu dieſen zyten umb üch vnd in *ewer gerichten zwingen vnd bennen* wonet, iſt mir lang zit her ſchuldig beliben vnd noch, deſſhalb ich Im zu Coſtennz fürgenomen, und ſo wyt erlangt hab wa er wonen iſt, das man allda ſol gaiſtlich Interdict halten, vnd nach ſiner hinfart ainen ganzen tag, dennoch ſo iſt er uff anrufſung deſſelben gaiſtlichen Richters rechtlich zu aucht gebracht, wele aucht vnd benne er bis hür vnd noch hütt by tag tutt verachten, das hab ich nit wöllen verhalten, ſonder berichten, damit ihr den ſchaden ſo us ſiner gemainſame erwachſen begügnen mügend, hiemit tun ich üch mich allzit beuehlen, geben zu Coſtennz uff Fritag vor Simonis & Jude Apoſtolorum anno LXXXI. Caſpar von Spaur thumherr zu Coſtennz.

Anno 1482. Pacta etiam cum Altorfensibus *Arbitro Ottone Episcopo Constantiensi* innouata sunt, vt nempe homines proprii Sacramentum Fidelitatis in manus Abbatis deponant, nec Altorffenses quemquam ex nostris prius, quam ratione *tertiae partis* conuentum fuerit, ciuium Numero adscribant.

Proximo anno, nempe 1483. Litteras accepit Abbas non majoris quidem momenti, quam quod Nobilis cujusdam Sueui memoriam conseruent. *Geben zu Thwiel* (Duellii) *vff Frytag vor Vnser Frawen tag purificationis Anno Dni LXXX. tertio. Eberhard von Clingenberg.* Hoc ipso etiam Anno Ottonem Episcopum arbitrii onus inter Abbatem nostrum, & *Fratrem suum Joannem Comitem de Sonnenberg* in se denuo suscepisse, ex datis Die Dominica *Inuocauit* ad Casparum litteris *) sat abunde patet. Quo autem fine, quaue vtilitate nostra non habemus, vnde determinari certo posset.

Inter tot & tantas curas primam Abbas prudentissimus in id contulit, vt tales sibi semper haberet ad latus consultores, qui prodesse magis, quam adesse possent. Ex horum numero erat etiam *Georgius Vormer*, qui ex famulatu Comitum *de Werdenberg & Hailigenberg* ad nostrum transiit. Quum igitur hoc anno 1483. inter dictos Comites & *Vlricum de Hilerstorff* Contentio circa rem nata esset, quae eo, quo praefatus Georgius Comitibus adhuc a Seruitiis staret, tempore contigerat, memorati Comites data ad Abbatem Epistola **) petunt,

*) Otto von Gottes gnauden Bischoff zu Costenz — — — demnach wir zwischen vns vnd vnserm Bruder graue Johannsen von Sonnenberg vf Montag angesen haben, sind vns so wesentlich geschäft ingefallen, das wir denn nicht gehalten mögen, das verkünden wir vch vnd sezen vch daruf gegen Im ain andern tag vf Mentag nach dem Samstag letare nechstkommend zu recht tag zit in vnnser Bischöfflichen pfallennz zn erschainen etc. geben in vnsrem schloss gotlieben vf Sonntag inuocauit anno LXXXIII.

**) Vnser Freüntschaft zuuor, Ehrwürdiger lieber herr vnd freünd, wir haben ainen güttlichen tag vor *vnnsrem schwager graf Vlrichen von Montfort* mit *Vlrichen von Hilerstorff* vff zinstag nechstkompt zu früher tagzit zu *tettnang* ze sind zu laisten Sachen halb die sich vnter *Jörgen Vormer* wylänt vnnsern vogt yzt ewrem diener gemacht und begeben haben, wann wir nun dissmals sie nottmessig wären als Ir merken, bitten wir üch Ir wöllen Ime vergünsten by vnser Bottschaft vf dem gemelten tag ze sein, vnd den helffen zu versteen vnd vns das nit verzyhen, das wollen

tunt, vt eum proxima die Martis ad dicendam coram Vlrico Comite d[illegible] Montfort, Arbitro ad id cooptato, veritatem Tettnangam mittat, pro q[illegible] amicitiae officio gratum animum, ac simile obsequium pollicentur.

Circa idem tempus Consul celeberrimus Turicensis Filium suum Vine[illegible]as mittit, eumque Abbati perennixe commendat. geben Vff Sonntag vor N[illegible]ni-colaus. Heinrich Göldlin Ritter.

Anno 1485. Tugium libera intra Alpes Helueticas Respublica oratores *) Vineas ablegauit, notabilem quamdam partem de Reliquiis S. Oswaldi pe[illegible]ti-turos. Abbas & Conuentus perpendentes, Tugium cum tiguro, a qua v[illegible]be tantis Beneficiis paucis abhinc annis cumulati fuerant, ex foedere junct[illegible]am esse, non potuerunt, quin conspicuam de Brachio dicti Regis & Marty[illegible]ris portionem ad stabiliendam amicitiam gratiose concederent. Quo quid[illegible]em Munere tugienses adeo adfecti erga Weingartenses Monachos fuere, vt be[illegible]ne-neficium acceptum perpetuo Hospitii jure compensandum senatus consu[illegible]lto statuerent.

Anno 1485. 14to Septembris in Praepositum Bettenbrunnensem elect[illegible]us est Michael Kläber, ad cujus solennem Inuestituram Dominus Casparus A[illegible]b-bas Weingartensis substituit denuo Decanum in Vberlingen, vti videre [illegible] est in Instrumento Confirmationis ejusdem, cujus haec est Copia.

Nos Caspar Permissione diuina Monasterii Weingartensis Abbas, Ordi[illegible]nis Sancti Benedicti Constantiensis Dioecesis, Conseruator Pater ac Comissari[illegible]us ad infra scripta a sancta sede Apostolica specialiter deputatus. Dilecto [illegible] in Christo Decano Decanatus in Vberlingen Constantiensis Dioecesis Salutem [illegible] in Domi[illegible]no

wollen wir mit willen vmb üch verdienen vnd beschuldigen. geben am Samst[illegible]ag nach sandt Anthonien tag. Anno LXXXIII.

*) Anno 1485. sind auf St. Vlrichs tag Amman *Schüll*, schreiber *Seiler*, und *Hans Sch*[illegible] der stadtweibel samt dem Priester *Eberhard* gen *Weingarten* geritten, aus selbigem Gotts[illegible] huf ein ehrbar stuck von einem arm des H. Oswalds bekomen. dieser Ritt hat ko-stet 7. Gl. die Eberhard hat ausgeben. die statt hat zur erkenntlichkeit sich fründ-lich anerbotten, wann vnd so offt ein Conventherr von Weingarten auf Zug kom-men werde, neben geziemender Ehrerbietung ihne postfrey zu halten.

mino Jesu, nec non mandatis nostris, imo verius Apostolicis firmiter
dientiam. Honorabilem Virum Michaelem Kläber Presbyterum praeta-
e Dioecesis ad Praepositurain Ecclesiae collegiatae in Bettenbrunen dicta
ecesis per mortem Venerabilis Viri Johanis Müller bonae memoriae, ejus-
n Ecclesiae Collegiatae Praepositi vltimi, per honorabiles Viros Diepoldum
eslin, Johannem Kramer, Berchtoldum Alwygk, & Johannem Binder
nonicos & Confratres antelatae Ecclesiae Collegiatae rite Legitime vere
Deifice electum, ad quos quidem Jus praesentandi Praepositum ad prae-
tam Praepositurarm pleno dignoscitur pertinere Jure — nobis per eorum
ras patentes — praesentatum ad hujusmodi Praepositurain dignum ac
neum repertum, recepto tamen nihilominus ab ipso prius praestito fideli-
is & obedientiae Juramento, nec non Jura statuta atque ordinationes li-
as & honestas Praepositi ac Capituli dictae Ecclesiae, & in futurum per
epositum & Capitulum ibidem, vel per nos aut successores nostros Dei-
& Legitime statuenda & innouanda fideliter seruare, atque in omnibus
dire, bonaque Ecclesiae collegiatae praefatae studiose ac summopere ma-
enere debere, praeseruareque & nequaquam alienare, fine dolo & frau-
Auctoritate Apostolica nobis in hac parte specialiter commissa inuestien-
n instituendum & confirmandum duximus, atque praesentium tenore in
i Nomine, quantum auctoritate praefata possumus & debemus inuestimus,
ituimus & confirmamus, curam animarum & subditorum regimen dictae
lesiae collegiatae sibi committentes.

Tibique Decano praefato eadem Auctoritate Apostolica mandamus qua-
us eundem Dominum Michaelem Kläber in ante latae collegiatae Eccle-
, Juriumque pertinentium omnium & singulorum realem actualem ve-
n ac corporalem ducas introniffes & installes possessionem, faciendo sibi de
us Ecclesiae Collegiatae fructibus prouentibus & redditibus Censibus & ob-
tionibus debitis vniuersis ac singulis integre responderi, atque a subditis
s in spiritualibus & temporalibus obedientiam & reuerentiam debitas &
digias, vt moris est, exhiberi, adhibitis — seu adhibendis in talis-
di verborum gestuum solennitatibus ac cautelis debitis solitis — ac in hu-
modi fieri consuetis.

Datum nostro in coenobio supra dicto, Die 4ta Mensis Septembris, sub
no Natiuitatis Christi Jesu nostri Saluatoris Millesimo Quadringentesimo

 Octua-



Octuagefimo quinto, fub noftrae Abbatiae Sigillo ob efficax robur ac euidens teftimonium praefentibus conjuncto & adpenfo etc.

Interea Templi fabrica pedetentim ex ruina in altum exfurgebat, quum tamen aerarium, temporum hominumque injuria ad fundum vsque emunctum effet, adeo, vt optimus Abbas, quod aedificare coeperat, vix confummare potuiffet, nifi Daniel Bellinenfis Epifcopus & Suffraganeus Conftantienfis Domum Dei miferatus, omnibus, qui propitias ad opus perficiendum manus porrigerent, auctoritate ordinaria Ottonis Epifcopi Indulgentias anno 1487. conceffiffet. Quae quidem Indulgentiae fucceffum adeo felicem habuerunt, vt hoc jam anno Templum, Capellae & Altaria ab eodem Epifcopo Vellinenfi confecrari maximo noftrorum & extraneorum gaudio & folatio potuerint.

Licet igitur Monafterium tantis vndique premeretur Anguftiis, nondum tamen Joannes Sonnenbergius Prouinciae Praefectus illatis Abbati injuriis fatur erat, adeo vt Fridericus Imperator rei iniquitate coactus datis anno 1489. Litteris Sonnenbergio feuere interdiceret, ne Monafterii fubditos vllis in pofterum oneribus premere auderet, & Abbati ftricte praeciperet, vt nec fe nec fuos tam indigne grauari deinceps pateretur.

Anno 1490. poft tot exantlatos labores & aerumnas & fibi & confratribus fuis confulturus praecepit, vt fingulis annis *feria V. ante Palmas* dies anniverfarius pro Abbatibus & Monachis noftris celebraretur, & quoniam his praecipue temporibus in diuerfis Europae partibus Pernicies vix non communis graffaretur, confraternitatem S. Sebaftiani erexit, quam fequenti anno Innocentius Papa VIII. & Otto Epifcopus Conftantienfis fuis Bullis confirmarunt. Adferuamus in noftra Bibliotheca Miffale in fol. fub Litt. F. n. 1. hac ipfa aetate anno Dni M. CCCC. LXXXIIII. per Johannem Kräller de Campidona in membrana fcriptum, in quo ad finem *officium de Peftilentia vitanda* habetur, quod, quum in nonnullis ab eo, quod in Miffali Romano nouiffimo, Editionis Campidonenfis anno 1697. pag. LXIX fub titulo: *de vitanda Mortalitate & tempore peftilentiae* inuenitur, difcrepat, difcrepantia ad pleniorem Liturgiae antiquae notitiam heic referre volui. *Introitus*, *oratio*, *Epiftola*, *Euangelium offertorium* funt prorfus eadem cum noftris; fed poft offertorium Rubrica adjecta fic praecipit: *Item jam facerdos dicat fubfcripta fuper populum flexis genibus & faciat populum orare & legat illud quod fequitur.* ℣. A facie furoris tui Deus conturbata eft omnis terra. Sed tu Domine miferere nobis

ne

ne facias consummationem, ℣. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam a nobis, Pater noster, & ne nos inducas in temptationem, gloria Patri. Psalmus, Deus miseratur, per totum, *An.* Ne reminiscaris Domine Delicta mea vel parentum meorum neque vindictam sumas de peccatis meis, *An.* Media vita in morte sumus, quem querimus adjutorem nisi te Domine qui pro peccatis nostris juste irasceris, Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte misericors saluator amare mortis (*morti*) ne tradas nos, Kyrie leyson, Christe leyson, Kyrie leyson, Pater noster, Et ne nos, ℣. saluos fac seruos tuos & ancillas tuas Deus meus sperantes in te.

Oratio, Deus qui in tantis periculis constitutos pro humana suis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis vt ea quae pro peccatis nostris patimur te adjuuante vincamus, etc. *sequitur acceptabile post hec secreta* Exaudi nos Deus salutaris noster: vt intercedente beata virgine Dei genitrice Maria: populum tuum ab iracundie tue erroribus libera, & misericorditer tua libertate fac securum, per etc. *Com.* Multitudo languentium etc. *Postcommunio.* Subueniat quesumus Domine salutaris muneris percepti oblatio: qui nos ab erroribus vniuersis potenter absoluat: & a totius perditionis incursu clementer expediat. *p.*

Tum statim sequitur: *Nota illa missa praescripta de morte hominum & pestilentiis vitanda Dominus papa Clemens instituit in collegio cum suis Cardinalibus, & concessit omnibus dictam missam legentibus siue audientibus CCLX°L dies indulgentiarum. Et audientibus debent vnam candelam ardentem in manu habere & debet continuari ista missa per quinque dies inmediate sequentes. Et mors subitanea non nocebit dicentibus & audientibus eam. Et illud probatum est in partibus anglie & francie juxta curiam romanam.*

Hoc ipso anno huic *confraternitati S. Sebastiani apud* „Weingarten existenti miseratione diuina sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales „Rodericus Portuensis, Oliuerius Sabinensis, Marcus Preneſtinus, Ju„lianus Ostiensis, Joannes Albanensis, Joannes Michael tit. S. Marcelli. „Georgius tit. S. Marie trans tyberim, Dominicus tit. S. Clementis, Je„ronymus tit. S. Grisogoni, Paulus tit. S. Sixti, Joannes de Comiti„bus tit. S. Vitalis, Joannes Jacobus tit. S. Stephani in celio monte, „Laurentius tit. S. Susannae, Adrianus tit. S. Joannis & Paulli, Anto-

 „niatus



„niatus tit. S. Anaſtaſiae presbyteri, Franciſcus tit. S. Euſtachii, Raphael tit. S. G. ad velum aureum, Joannes S. Marie in aquino & Baptiſta „S. Marie in Dominica Diaconi certas Jndulgentias concedunt. Datae Ro„mae ſub anno a Natiuitate Domini M. CCCC XC. die vero nona Menſis „Septembris Pontificatus Sanctiſſimi Patris & Dni noſtri, Dni Innocentii „Papae VIII. anno ſexto. Quas quidem Indulgentias *Otto Dei & Apoſtolicae „ſedis gratia Epiſcopus Conſtantienſis* ſequenti anno *ratihabuit. Datum & actum „in aula noſtra conſtantienſi año Dni Millmo Quadringmo Nonagmo primo, die vltima „Menſis Januarii Indict. nona.*

Eodem anno 1490. *Joannes Abbas Campidonenſis* Caſparum plenis officio Litteris rogat, vt in Reſignationem Parochiae in *Knottenried*, cujus Patronus ſit, in fauorem D. *Pauli Torer* faciendae conſentire benignus velit. Geben in Vnſrem Schloſs Liebenthan in Vigilia Mathaei. Apli anno LXXXXmo. Easdem preces Decanus & Conuentus Vniuerſus in Epiſtola repetunt, quae ſic incipit: Ehrwürdiger in Gott gnediger herr — — So Ewer gnaden zu oberürter Reſignation gnediglich verwilligen wollen wir all und yeder in ſonder ſo vil in Vns iſt Vnterdeniglich Vm Ewer gnaden verſchulden. datum Kempten Donerſtag nach Matthei Apli anno LXXXXo. Decanus unnd gemainer Conuent des Gotzhuſs Kempten.

Eo ipſo quoque anno 1490, ſui regiminis penultimo Abbas hic, perennis vitae digniſſimus, Monimentum ſuae Pietatis in Eccleſiae turri poſuit, immortalem ipſius famam ad ſeros vsque poſteros aeterno eoque amoeniſſimo Boatu translaturum. Campanam nempe maximam, hodierno adhuc die integram, & 138. Centenariis grauiorem ex aere optimo fundi curauit. Id, quod ex ipſius campanae Inſcriptione manifeſtum patet, ſic enim ſonat: *in der er des allmechtigen Gotz und der ehrwürdigen Jungfrawen Marie und der hailigen Martini Oſwaldi und Theodori. hilf Jheſus. Maria. Matheus. Lucas. Marcus Joannes. unter dem ehrwurdigen Abbt Caſpar Schiegg iſt dieſſ glogg gegoſſen Oſanna heiſs ich, den toten pſyf ich MCCCCLXXXX. jar.*

Jam ante Sexennium Caſparum ad ſimile opus animum adplicuiſſe, & etiam perfeciſſe, praeter alia documenta codex membraneus, qui in noſtra Bibliotheca ſub Litt. F. n. 38. exſtat, coaeua manu ſcriptus teſtis idoneus & grauis eſſe debet. Sic enim in prima ſtatim pagina legitur: *Anno*

Do

Dñi M°. CCCC LXXXIIII. vltima die septembris q̄ erat dies jeronimi ꝯfessoris ꝯparata & fusa est campana maior & maxima p. venerabilem Dñm Casparē Shiegg p. tunc Abbatem in Wingartin & erat processio solempnis cū sanguine Xpri cum aliis reliquiis & crucibus induti supbeliciis & Cappis oīs sac'dotes & scolares & ibi stetimus vsque ꝯpleta erat campana exeundo cantauimus ℞. felix namque. Intrando cantauimus añ. Maria Virgo pp. letare. & añ. Sancta Maria v̄go. & mane cantauimus sollempne officium d' beata v'gine & postea horas canonicas & Summū officiū. & ibi erant alique orationes facte: adiutorium nostrum, ostende nobis Dñe miām tuā, añ d' s̄co s̄pru cū versu & collecta salue regina v' & collecta d' btā v'gine psalmꝯ Deꝯ misereat' cū v' & collecta & hec campana ꝯtinet in pondere centenarios centum & XII. & mḡr q' eā fecit vocabat', leohardus stoeb de zagenwaller.

Ad diem Vltimam Septembris anni 1484. in suis Ephemeridis Bucellinus noster sic habet: *fusa est campana maxima per Leonordum Staeb Rauenspurgensem, natum de Zugenweiler, adhibitis solemnibus Caeremoniis, & insigni processione instituta. Habuit haec campana centenarios majores 113. & incertum, quam ob caussam, refusa denuo est. A. C. 1490. Centenariis 21. superadditis.*

Sicut igitur extra dubium omne positum est, campanam majorem, quae nostro adhuc tempore omnem late regionem graui suo, & suaui sono delectat, volente Abbate Casparo Schiegg 1490. recens fusam fuisse, sic etiam ex erecto desuper contractu in certam artificis notitiam venimus. Instrumenti Autographon, quod prae oculis habeo, ruinae subducturus totum inseram:

Ich Hanns Ernst von Hainishein, Burger zu Stutgarten, des Hochgebornen Herren, Hrn Eberharts, graven zu Wirtemberg, vnd zu Mümppeligart etc. des Eltern mins gnedigen Herren Büchsenmaister bekenn vnd offenbar, allermenigklich mit disem Briefe dz ich vf hut als sin datum wyset, von dem wirdigen andächtigen hern u. Abbte des gotzhuses Wingarten ain niwe glocken hie nachfolgende wyse zugiessen angenomen vnd verdingt hab. Nemlich also, dz ich mich mit min selbs aigen persone vff Sant Bartholomeus des hailigen zwolfbotten tage nechstkünftig zu sinen gnaden, geen Wingarten fügen vnd von stunden an solich glocken vf hundert zentner schwer minder oder mer vngeuarlich zum Besten, an dem fass der arbeit



beit dem gedon vnd gefprech von nuwem machen vnd gieffen fol vnd will Wie ich dann folichs alles finen gnaden zetun fur mich vnd min erben zugefagt, gelobt vnd verfprochen hab darzu fol mir der benant min gnediger Herre der Abbte zu Wingarten verfchaffen, vnd verfertigen den glocken zuge mitfampt aller anderer Notturfft vnd Beraitfchafft fo ich haben muff, deffglychen die knecht fo viel ich der begeren, vnd bedörffen wirde darftellen, oder felbs vberkomen vnd ftellen laffen, welches finen gnaden gefälliger vnd das beffer zu thun, finethalb bedüncken will, doch fo foll fin gnad mich vnd diefelben Knecht die wyle die arbeit nit zu Irem ennde bracht, vnd durch mich gemacht worden ift, in des gotzhufes cofte mit effen vnd trincken halten vnd verfehen, wie dann bisher Ir fitte vnd gewohnheit gewefen ift vnd darzu folich min knecht fo vil ich haben, nutzen vnd bruchen wird, vmb ihren taglon entrichten vnd wann ich folich glocken wie obftett finen gnaden gegoffen, gemacht, und fur gerecht geben hab, alfdenn follen ich vnd mine erben die berurten glocken dem bemelten gotzhufe, nachdem, vnd fye gehencht worden ift ain ganz Jare, an Vaff, gedön, gefprech vnd genutzin, gerecht vnd gut weren vnd fertigen, vnd nach Vfgang folicher zyt vnd fertigung fol mir der obgenant min gnediger Herr, vnd fin Convente des gotzhufes Wingarten von einem yeden Centner allein vnd befonnder geben vnd bezalen ain Reinifchen guldin vnd mag man folich glocken zu den Sieben zyten, vnd fuft für das Wetter vnd wenn min gnediger Herr will, lüten laffen, doch das ain *yder zentner Im Abwanck* nit höcher dann mit *zwayen Pfunden* beladen vnd befchwert; ouch *mit Luten ungevarlich gehalten* werd. vnd ob foliche glock In der berürten Zyte der Werfchafft an faff, gedön, vnd gefpräch vnnutz vnd die Werfchafft nit behalten wurde, alfdenn foll ich die glocken one Lone wiederumb In mins gnedigen herren von Wingarten, Coften vnd Lifferung wie vorgefchrieben fteet gieffen, machen vnd weren alles getrewlich vnd one alle gefärde. Vnd des zu waurem vrkunde fo hab ich mit flyfs erbetten die Edeln geftrengen vnd veften Hern *Wilihalmen von Werdnaw Ritter* meiner gnedigen frowen von Mantow hofmaifter, vnd *Hern von Hürnhain* des obgenanten mins gnedigen Herren Hufshofmaifter, dz fye Ire aigne Infigel, doch ihnen, vnd iren erben, one fchaden zu gezugknuff offentlich by ennde dirre gefchrifft In diefen Brieffe gedruckt hand. der geben ift vf Mitwochen nach Sant peters vnd Sant pauls der hailigen zwayer zwölfbotten tage, von Chrifti vnfers lieben herren gepurt vierzehenhundert Achzig vnd Nün Jaure.

Quum

Quum igitur campanarium, vt vocant, seu fusorem habeamus, & simul ex praescripta ab eo norma didicimus, *Malleum* praesentem, qui 552. libras omnino adaequat, debitam grauitatem dimidia prorsus parte excedere; quid mirum, si tam praeclarum antiquitatis Monumentum in frusta dissiliat? praesertim si huic Excessui pulsandi adhuc abusum adjicias.

Alia quoque mihi in manibus versatur scheda, quae quum & campanae nostrae pondus, & fusionis iteratae caussam propius determinet, non potui, quin totam describerem. *

Zu wissen sye allermengklichen als dann der Erwirdig her her Caspar Appte des gotzhus zu Wingartten Maister Hansen Ernst Burger zu Stutgartten vnd des hochgepornen hern hern Eberharts Grave zu Wirtemberg vnd zu Mimppelgart etc. des eltern mins gnedigen hern Buchsenmaister Ein Niuwe glogken zu machen vnd zu giessen hat ainer verschribung angedingt, das ihm darzu der Egenant min gnediger her von Wingarten zum ersten achtzig vnd funff zentner an der alten gloggen darzu achtenthaben zentner gloggen zůg Wienisch gewicht mer drissig vnd siben zentner kupfer vnd siben zentner vnd dritthalb vnd sechtzig pfund zu Lindower Costanitzer vnd Rauenspurger gewicht mit sampt Etlichem vffgeheptem zůg des gewicht man nit wissen gäben vnd Ingeantwortet hat, vnd so ouch dz mit des gemeltens mins gnedigen hern von Wingarten desglichen mit Maister Hansen Ernsts gunst wissen vnd willen beschehen ist. So sind diser Zedel zwen glich luttend gemacht vnd vs ain andern geschniten am Samstag vor Sant Martins tag Anno LXXXIX.

Eodem tempore, eodemque artifice Campana, quoque minima de SS. Sanguine dicta fusa est quae nostro etiam tempore superstes, Fideles quotidie ad sacra in ara SS. Sanguinis celebranda vocat.

Tot tantisque rebus praeclare gestis dignissimus Abbas tandem anno 1491. vt jam supra diximus, terrenis supernisque Meritis cumulatus ad coelestem gloriam pretiosa Sanctorum Morte transiit.

HART-



HARTMANNVS DE BVRGOU, ALIAS ETIAM DICTVS WIGELIN, ABBAS XXVII.

Ex Instrumento Electionis discimus, Hartmannum Abbatem anno 1491. 13. Augusti factum fuisse. Obiit autem 1520. 25. Februarii teste alio, successoris scilicet, Electionis Instrumento, prope altare Confraternitatis S. Sebastiani sepultus.

Vix vna alteraue Hebdomade ad clauum sederat, quum a Maximiliano Romanorum rege litteras in hunc tenorem acciperet: Maximilian a) von Gotz gnaden Römischer Künig zu allen zeyten Merer des Reichs zu Hungern, Dalmatien, Croatien etc. Künig Erzherzog zu österreich Herzog zu Burgund zu Britanien etc. Ersamer geistlicher lieber andechtiger. wir sind bericht: wie du durch einhellig fürgenommen wal von dem Conuent des gotzhus Weingarten nach ordnung der Rechten erwalt seyest, daran wir sunder geuallen haben, thun ouch deiner andacht zu solcher wird gelückch wünschen, mit Ernst an dich begerend, dz du das gemelt gotzhus mit fleisigem Auffehen in der gaistlichheyt vnnd Weltlichheyt regierest, vnd bey dem seinen behaltest vnnd hanndhabest, so wellen wir dir darinne mit hilf hannthabung vnnd fürderung gnedigklichen erschiessen, vnnd dich nit verlassen, daran erzeigst du vnns gut geuallen. geben zu Nürnberg am Mitwoch nach vnser frowen tag assumptionis anno Dni etc. LXXXXI. vnsrer Reiche des Römischen im sechsten vnd des Hungerischen im ersten Jaren.

Abbas Georgius de Eo generatim sic loquitur: Multas Expensas facere debebat propter controuersias, quas habuit graues admodum cum Sueuiae Praefectis, qui nouas in dies seruitutes imponere conati sunt tam Monasterio quam subditis, quemadmodum prius sub Casparo. Exstant volumina integra Accusationum & querimoniarum contra *Joannem Dapiferum Joannem Comitem Sonnebergicum & Jacobum a Landow* Sueuiae Praefectos, fuitque hic posterior ceteris eo acerbior, quo pertinacior. Tametsi anno 1496. facta sit transactio cum Sonnebergico Comite, eam tamen ille a Landow mox, vbi Praefecturae administrationem circa annum 1498. ingressus est, inpugnauit, crambemque recoquere veterem coepit. Tam ante quam post acerrime in Comitiis variis aduersus Sueuiae Praefectos actum est, duraruntque controuersiae vsque ad annum 1531. & 1533. quibus tandem pleraque transacta

&

a) *Tom.* 3. *f.* 220.

& composita fuerunt. Illud sane de Jacobo de Lindow addere liceat, Eum hominem adeo contentiosum, & rixarum amantem fuisse, vt a sua denique Administratione dejici ex hac praecipue caussa debuerit, & meruerit etiam, subrogato in ejus locum anno 1518. *Nicolao Ziegler*, qui sub Maximiliano & Carolo Imperatoribus Vice Cancellarii (vt ajunt) munere fungebatur.

Quum Hartmanus anno 1491. a Foederatis de vexillo S. Georgii soliti subsidii ad praestandos societatis sumtus postularetur, hanc a se petitionem ex hac praecipue caussa amoliri voluit, quod Nomen Abbatis Weingartensis Instrumento anno 1442. confecto inseri neglexissent. Re ad Caesarem delata Foederati, vt peculiari Instrumento Abbatem Weingartensem de Foederis auxilio securum reddant, admonentur, qui etiam dicti audientes, has Ei litteras expediri fecerunt: Wir Houptman prelaten Grauen freyen Herrn Ritter vnd Knecht der Gesellschafft Sant Jorgen schilts zu Schwaben Im Hegow vnd am Bodensew bekennen vnd tund kund allen den so diesen Brieff ansehent lesend oder horend lesen, als wir *vff gepott vnd Mandatt vnsers aller gnedigsten Herren des Römischen Kaysers* mit sampt andern vnsern Herren, vnd Mitgesellen Sant Jorgen gesellschafft vnd des hailigen Rychs stetten zu Swaben In aynung vnd verpüntniss zu samen verschriben vnd verbunden haben lutt der Brief darüber begriffen etc. das wir in Krafft derselben veraynung vnd püntnuss, die das vnder andern in ainem artikel zu gibt *den Gewurdigen Her Hartman Abbte des gotzhuss zu Wingarten vnsern lieben Herren vnd freind* als den gehorsamen der kayserlichen Majestat, auch zu *Mitgesellen In Vnser Gesellschaft genomen vnd empfangen haben Inhalt ains Brieffs vns deshalb gegeben.* Hierumb gereden vnd versprechen wir allgemainlich vnd sonder by vnsern guten trüwen demselben Her Hartman Abbte zu Wingarten alles das zu thun so der Aynungsbrieff zwischen vnser gesellschafft vnd den Rychstetten Innhalt durch die Aynungsbrieff so wir vnder ainander In vnser gesellschafft haben vswysen. In aller mass *als ob er mit seinem aign Namen darinn geschriben stünd vn geuerde.* zu vrkund geben wir Im diesen Brieff mit meinem *Hans Jacobs von Bodme dem Jüngen* Ritter der zit Houptman vnd *Conrat von Honburgs* als ains Rauts anhangenden Insigeln von vnser gemainen gesellschafft wegen versigelt vff Mitwochen nach Sannt franciscus tag nach Christi vnsers lieben Herren gepurdt tusend vierhundert Nunzigk vnd ain Jaure.



Eodem Anno per Praepositi *Michaelis Kläber* resignationem denuo vocavit Praepositura in *Bettenbrunnen*, ad quam *a Georgio Comite Montis Sancti* praesentatus, & a Domino Abbate *Hartmanno* confirmatus est *Marcus Stucklin* Qui Praepositus & tres Canonici: videlicet Berchtoldus Allwygk, Jacobus Büssen, & Georgius Mayer ex vna, & Nicolaus Wältin etiam Canonicus ex altera parte Controuersiam aliquam inter se mouerunt circa exemtionem a Cura & Capitulo, pro cujus decisione vnanimi Consensu ad Dominum Hartmannum Abbatem Weingartensem, tanquam legitimum superiorem suum, recurrerunt, ejusque Judicio adquieuerunt.

Composuit autem Dominus Abbas praefatus Canonicos in sequentem formam pronuntiando: 1mo se ex gratia sua dimittere Nicolaum Wältin a Cura & Capitulo, seruato tamen vsufructu praebendae, quae vero ex Cura prouenirent non frueretur. 2do. Reseruari etiam Nicolao Wältin libertatem alium titulum pro Cura conquirendi, eoque impetrato, admitti rursus posse inter alios Canonicos Bettenbrunnenses. 3tio. Vt obligetur idem Nicolaus celebrando, cantando & legendo, Beneficio suo gaudere ad instar aliorum Canonicorum, qui proinde sublata litis Caussa pacifice inter se conuiuant.

Instrumento Compositionis Abbatiali Sigillo roborato, ac vtrique parti litigantium communicato, de Dato 1496. Ejusdem tenorem in Idiomate germanico videre licet infra: *

Wir Hartman von Gottes gnaden Abbte des GottsHus Wingartten Sant Benedicten ordens in Costentzer Bystum gelegen, bekennen offentlich und thund kund allmainiglichen mit disem Brieffe, als dan — zwischen den Würdigen Ersamen und gäistlichen, vnseren lieben andächtigen Herr Marcusen Stücklin Brobst zu Bettenbrunnen, ouch Her Berchtolten Allwigk, Her Jacoben Büssen und Her Jörgen Mayer ains, und Her Niclausen Wältin all vier Chorherren der genembten Brobstey Bettebrunn, anderen tails Etlich — syen zwiträcht und Unainigkeit vfferstanden sind und sich gehalten, darinn Wir sy dan ouch uff Unseren angesezten güettlichen tag zu Bättenbrunn gnugsamen gegen ain ander gehört, und demnach an bayd parthyen so vil — Vlys ankert und gesucht *das sie Uns, als ihrem Oberen* bewilliget, ouch by irn Würden und Eren zu gesagt und verhaissen haben. Wie Wir sy deshalben in güettikait Entschaiden und zwischen Inen vssprechent, das sel-

frintlichen on all Widerred vffzunemen zu halten und zu vollziehen. Vnd vff das so versprechen entschaiden ordnen und setzen Wir, *als ihr obrer* zwischen Inen, in der Güttlichait dis nachfolgente maynung, die also ist:

Zum Ersten das Wir den benenten Her Niclausen Wältin vs gnaden der Chur und Cappitels Erlidiget und erlasen hand, des dan auch der Selbig Her Niclaus fürter müsig son. doch soll Im dannoch nüchts desen münder verfolgen und göben wörden die Nuzbarkait von der Pfrund wie ainem anderen Chorhern zu Bettenbrunnen, wan allein vsgenommen was von der Chur gefelt, dauon sol Im nichts volgen noch geben wörde etc. Zum anderen so ist dem bemelten Her Niclausen Wältin vorbehalten das Er mag erwärben ainen Tittel ain Chur zu versehen, wenn Er auch den erlangt und das Er den widerum zu gon und zugelasen werden soll, allermasen wie Ein anderer Chorher zu Bättenbrunn. Zum dritten und fir ain nämliches So soll ouch fier vilgenant her Niclauf Wältin mit mäshalten singen und lesen zu allen ziten, wie ain anderer sin Pfründ nach lut und vswisung der Statuten versehen und darin gehorsam sin. Vnd damit so sollen sy zu baider sidt, um all syen zertrennung und Vnainigkait, wie sy dan die bis — uff den hütigen tag datum dis Brieffs mit Worte und Wärcken mit und gegen ain ander gebrucht und geybt haben, vffgehebt tod und ab gricht und gesclichtet sin. Vnd kainer des dem anderen zu argen nimer mer gedencken, noch deshalb witer ersuchen gar in kain Wis noch Wäg, alles getreülich und ungefarlich. Vnd des zu merem Vrkund so haben Wir obgedachter Abbte *Hartman zu Wingartten* der Brief zwen in glüchen vnderschriben, und ieden Parthy ainen mit Vnserem anhangenten Secret Insigel von baider tail bitt wegen, doch Vns, Vnserem nachkommen und Gottshus in allweg on schaden besigiter gäben lasen. am zinstag nach Sanct Vlrichs des Hailigen Byschoffs tag, nach Christi Geburt gezahlt tusent vier Hundert Neünzig und im dem Sechsten Jahr.

In Ordine Praepositorum deinde sequutus est Georgius Mayer, de quo in Actis nil aliud exstat.

Eidem vero Defuncto successit anno 1516 Dominus Simon Guldinschue electus a Conrado Kugell, Bartholomaeo Hasen, & Michaele Syfriden Canonicis, praesentatus vero Domino Abbati Hartmanno a *Christophoro Comite*

 Montis



Montis Sancti. Confirmatus ille fuit a praefato Domino Abbate Weingartensi, & actualiter inuestitus per Decanum Vberlingensem subdelegatum Abbatis. die 21. Jan. ejusdem Anni. Quae omnia ex sequentibus clarius patebunt. *

Wir Christoff Graff — zu Werdenberg vnd zum Hailigenberg Enbietten dem Erwirdigen andächtigen, Vnserem lieben Herren vnd freünd Herren Hartman Abbté des Gottshuses zu Wingarten Vnser früntlichen Dienst, vnd was Wir liebs und guts vermögen zu voran.

Vnd als Vnsers Wirdigen gottshus zu Bettenbrunnen Brobstye durch Absterben des Wirdigen Priesters Hern Jörgen Mayers seligen, des letsten Besizers, iezo ledig worden ist, haben Wir sollich gottshus mit ainem anderen toglichen Brobste zu fürsehen ernstlichen flis gebrucht. Vnd ist darus von den Ersamen Priesteren Conraden Kugell Her Bartlome Hasen, Her Michel Syfriden und Her Simon guldinschueh dieser zit Chorherren des obgenanten Gottshus vnd Gestiffts Bettenbrunn mit der mereren Wal zu ainem Brobst vs ihnen Erwelt worden, der Ersam Priester Her Simon guldinschue bewiser dieses Mines Brieffs. Vnd als Vns das geoffent, und Wir von den gemelten Chorherren solliches gnediglichen zu verrgünstigen und Willigen Ernstlich und demütiglich gebetten worden, haben Wir in ansehung des gedachten Erwelten Brobst togliksait, Vnser gunst vnd gutten Willen darzu gegeben. Vnd senden Euch hiemitt den vorbestimbten Heren — Simon guldinschue als Erwelten zugelasnen Brobst des gedachten Stifft und Gottshus. Mit sonderem früntlichen vnd Ernstlichen flis bittent, Ir wellen ihme vff solliche Brobstey zu Bettenbrunn *vs Bepstlichem gewalt und Befelch mit gebirenten solemniteten confirmiren und bestättigen.* Daran bewysen Ir Vns sonder danckgenembs gefallen hinwiderumb früntlich vm Euch zu beschulden vnd zu verdienen.

Geben in Vnserem Geschlos zu Hailigen Berg, vnd mit Vnserem aignen vffgedruckten Insigel besiglet. Montags nach Sanct Sebastians des Hailigen Nothelffers vnd Marteres tag. Nach der geburt Christi vnsers Behalters gezelt fünffzehenhundert vnd in dem Sechzehnten iahr.

Vnd Wir die Chorherren obgemelt, Bekennen das solliches alles wie obstat mit verwilligung und zulasen des vorgemelten Vnsers gnedigen Herren

Alios insuper viros, cum Nobilitate tum Dignitate spectabiles, Vineas vel Negotiorum, vel officiorum caussa delatos, optimus Praesul Hospitio excepit, consilio juuit, auxilio fouit. Anno 1525. Wangenses Ciues Joannem Schmid, vulgo Joannem sapientem, a) (Weis Hans) vrbis consulem ad Gerwicum datis feria II. post Martini Litteris ablegant, qui Ei rationem de numerato Militibus, stipendio redderet. Anno 1544. 27. Martii aderat Joannes b) Abbas Sorethanus in manus Abbatis vtpote a Caesare Delegati fidei sacramentum depositurus. Hac ipsa de caussa quoque anno 1551. 10. Julii Joannes Abbas Marchthalensis c): 1555. Joannes Philippus Schadius a Mittelbibrach nomine Praepositi d) Constantiensis. Joannis Matthaei Hundtbiss a Waldrams, peregre profecti: anno 1559. Joachimus e) Abbas Einsidlensis: anno 1560. 19. Februarii Hugo Comes f) de Montfort: anno 1565. 22. Septembris Joannes Conradus a Bodmer ad Bodmense & Meckhingen g) eodem quoque die & anno Marcus a Reischach Bilgerini a Reischach filius h) anno 1566. 25. Julii Vlricus Baro in Graueneck & Burgberg pro Georgio Abbate Campidonensi Fratre suo (vt alios innumeros taceam) ad Monasterium nostrum peruenerunt. Anno eodem 3. Julii Georgium Salemitanum, Benedictum Sorethanum, Christophorum Marchthalensem, Erhardum Elchlingensem, Joannem Roggeburgensem, Thomam Vrspergensem Martinum Rothensem, & Thomam Vrsingensem, Abbates nostros intra lares venerati sumus, qui a Gerwico huc vocati conuenerunt i) super ea, quae nuper 30. May in Comitiis Augustanis praesidenteMaximiliano Romanorum Imperatore statuta fuerant, deliberaturi.

Verum non domi tantum, sed & foris pro Imperii & Religionis Bono semper laborabat Gerwicus, perpetuis distentus Legationibus. Quum enim anno 1547. 16. Januarii Legati Vrbium Imperialium Memminganae, Biberacensis, Rauenspurgensis, Campidunensis, & Ysnensis Imperatori ad fontes salutis, seu Hailbrunnae supplices facti, Perfidiae Veniam obtinuerunt, Gerwicus noster, vt juramentum Fidelitatis a supra dictis Vrbibus Imperatoris nomine exigeret, missus est. Quare 6. Martii ejusdem anni Memmingam, 17. ejusdem mensis Campidonam, 19. dicti mensis Ysnam, ac 24. denique Ravenspurgum delatus, credito sibi Munere egregie perfunctus est; adeo vt quum Carolus V. anno 1551. animum ad restaurandos vrbium imperialium Magistra-

a) *Tom.* 8. *f.* 270. b) *Tom.* 17. *f.* 532. c) *Tom.* 21. *f.* 303. d) *Tom.* 23. *f.* 272. e) *Tom.* 26. *f.* 545. f) *Tom.* 25. *f.* 155. g) *Tom.* 26. *f.* 307. h) *Tom.* 26. *f.* 311. i) *Tom.* 26. *f.* 446. & *fol.* 457.

Magiſtratus adplicaret, hanc quoque Prouinciam Gerwico demandaret. Quod & ipſum officii genus tam integre & cumulate Lindauii, Yſnae, Memmingae, Rauenſpurgi, Biberaci & Vlmae praeſtitit, vt eum etiam Vberlingam, Pfullendorffium, Wangam, & Buchhornium cum ſimili Mandato delegaret. Sic ſonant Litterae deſuper anno 1551. 16. Nouembris Oeniponti a) datae: Karl von Gots gnaden Romiſcher Kaiſer ze allen zeitten Merer des Reichs etc. Erſamer Lieber Andechtiger, Als wir dich hieuor ſambt andern, zu vnnſerm Comiſſarien von wegen Beſezung Raths vnnd Gerichs etlicher vnnſerer vnnd des Reichs ſtet des ſchwebiſchen Kraiſs furgenomen vnd verordnet vnd darauf Bericht empfangen haben das du dich In ſolcher Commiſſion vnd Beuelch ganntz guetwillig vnnd mit ſonnderm fleis geprauchen laſſen habeſt, welches vns dann von dir zu ſonnderm gnedigen gefallen reicht, In gnaden gegen dir zuerkennen. Vnd aber aus hochbeweglichen tapffern vrſachen gnediglich bedacht bey den ſtetten *Vberlingen, Pfullendorff Wanngen vnnd Buchhorn* dergleichen Enderung vnd ordnung mit Beſezung Raths vnnd Gerichts auch fürzunemen, vnnd dich hierin als derſelben Landtes art geſeſſnen, vnnd one zweifel aller gelegenheit erfaren, zu vnſerm Comiſſarien ferner zu gebrauchen. So iſt demnach vnſer gnedig geſynnen vnd Begern an dich, du wölleſt als bald bey dir ſelb bedacht ſein, oder ſo vil von Nötten vertrewliche vnd gehaime erfarung nemen. fürnemblich, was für Perſonen In angeregten vier ſtetten, die aines Erbarn, aufrichtigen Lebens vnnd Wandels, gueten verſtanndts, auch der waren alten Chriſtlichen Religion anhengig, die zu beſezung des Raths daſelbs zu gebrauchen oder von denen doch merer Bericht ditz falls genomen werden mocht, vnnd ſolche Erfarung bey dir In gehaim zu halten. Vnd volgendts mit derſelben, auf zeit, vnnd zil, ſo du ſampt aller gelegenhait der Hanndlung, von dem Erſamen vnnſerm *Hoffrath Preſidenten vnnſers Raths zu Luzenburg* vnnd des Reichs lieben getrewen *Hainrich Haſen von Lauffen* ferrer vernomen wirdeſt. an obbeſtimbten orten gewiſſlich erſcheinen, vnd die Handlung ſambt, vnnd neben gemelten vnnſerm Preſidenten vnnd andern vnſern verordneten Comiſſarien, fürnemen vnnd verrichten helffen — vnd dich hierin guetwillig erzaigen. Inmaſſen wir vnns zu dir genzlich verſehen. Daran thuſt du vnns ain annemigs guets gefallen, In gnaden zu erkennen. Geben zu Inſprugk am XVI. tag des Monats Novembris Anno etc. Im LI. vnnſers Kaiſerthumbs Im XXXII.

CAROLVS.

a) *Tom.* 21. *fol.* 468.



In aliis quoque Negotiis ejus opera vtebatur Imperator. Casparus a Klingenberg datae fidei oblitus ad Schmalcalticos deficiebat; sed facti postea poenitens, a Caesare in gratiam recipi petiit, & obtinuit etiam, his tamen ad Gerwicum 18. Augusti 1548. ex vrbe imperiali Vlma perscriptis conditionibus: vt a) pedibus prouolutus delicti veniam intra terminum praestitutum petat, nullam cum hostibus Conspirationem nutriat, nutrientes detegat, citatus coram judicio imperiali compareat, & denique fidem suam scripto obstringat. Klingenbergius accepto hoc nuncio Vineas profectus, legibus impletis, traditisque (vt vocant) litteris reuersalibus Imperatoris Beneuolentiae per Gerwicum nostrum restitutus est. Simili quoque jam antea anno scilicet 1526. peccato in Caesarem deliquit vrbs Constantiensis, dum nedum Librum *Interim* respuit, sed etiam cum hostibus Imperii aut sponte, vt credebatur, aut coacte, vt b) dicebat, conspirauit, effusis in apertam seditionem ciuibus. Quare Hugo Episcopus, quum Constantiam totam Zwinglianam videret, nullaque jam spes, ciues obcaecatos ad saniora reuocandi, adfulgeret, vrbem cathedralem 1527. comitantibus Canonicis reliquit, atque Vberlingam profectus est, sacro Thesauro furiosis in praedam remanente, quatuor Episcopis Hugone scilicet ab Hohen - Landenberg. Balthasare Merchlin, Joanne Comite de Lupffen, & Alio Joanne de Weza, de quo inferius plura in exilio mortuis, translataque a posteriori, anno 1543. tertio nonas Decembris Vberlinga *Ratolphi Cellam* sede, Christophorus Merzler de Andelberg tandem anno regiminis sui quarto, & Christi 1551. multas post ambages Constantiam reuersus est. Ciues igitur per viginti omnino annos spreta omni Caesaris clementia quasi furore capti in sua pertinacia perseuerabant, donec ta-

a) Karl von Gots gnaden etc. Ersamer Lieber andechtiger. Wir haben aus etlichen vrsachen, vnd Betrachtung der trefflichen fürpitte, so von wegen Hansen Caspar von Klingenberg an vnns gelangt, denselben von Klingenberg auf etliche Condition — — — nach laut der Artikel dauon — aller vngnad vnd straf, darin er von wegen der hilf vnd diensts, so er zu Jungst geübter Schmalcaldischen krigs vbung — — gelaist hat, gnediglich erlassen — — demnach empfehlen wir deiner Andacht hiemit ernstlich, vnd wollen, so gemelter Hans Caspar von Klingenberg deiner Andacht seinen Reuers — — — überantworten wirdet, das du solchen Reuers, desfgleichen auch den fuessfall In obbestimbter zeit — — — an vnnser stat aufnemest etc. Geben in vnnser vnd des Reichs stat Vlmb am XVIII. tag des Monats Augusti. Anno etc. XLVIII, vnnsers Kaiserthums im XXVIII. Carolus. *Tom.* 20. *f.* 88. *reuersales eodem tomo f.* 89.

b) *Epistola Magistratus ad Gerwicum* 11. *May* 1547. *Tom.* 19. *f.* 371.

tandem a Gerwico nostro, quem Municipum, & praecipue cognatorum suorum Thomae Consulis, ejusque Fratris Ambrosii, ex Blaureorum stirpe, sors quam maxime dolebat, meliora edocti, ad Poenitentiam reuertuntur, qua de Caussa anno 1547. etc. Anno 1547. 22. Februarii Consul & Magistratus c) ad Gerwicum scripserunt, precati, vt mala exinde vrbi inminentia auertere conetur. Verum Gerwici precibus praeuenit Caesaris decretum, cujus autographon adhuc penes nos seruatur, & ad verbum sic sonat: Wir Karl der fünfft von Gots gnaden, Romischer Kaiser zu allen zeitten Merer des Reichs, In Germanien, zu Hispanien, baider Sicilien, Iherusalem, Hungern, Dalmatien, Croatien etc. König. Erzherzog zu osterreich. herzog zu Burgundi etc. Graue zu Habspurg, Flandern vnd Tirol etc. etc. Bekhennen offentlich mit diesem Brief, vnnd thuen kundt allermeniglich, Als Burgermaister, Rath vnnd Gemainde, vnserer vnd des Reichs stat Costniz vmb Ihrer freuenlichen, muetwilligen, aufruerischen Handlung, damit Sy sich In Jungstentstandener Empörung des sechs vnnd vierzigisten Jars der mindern zal, mit vnnd neben andern Iren Mituerwandten des schmalcaldischen gewesnen Pundts, gegen *vns als* Romischen Kaiser, Iren ainichen Herren, vnnd hochsten weltlichen *obrigkait*, eingelassen, Auch Ihrer fürsezlichen, beharrlichen Rebellion willen, von Rechtswegen, aller Ihrer vnnd gemainer stat, derselben Burger Inwoner vnd verwandten, Regalien, Freyhait, Gnaden, Haab, vnnd Guetter, die seyen liegend oder farend, nichts dauon ausgenomen, priuiert, entsezt, vnnd sich derselben aller ding, vnwirdig vnd vnfäig gemacht, vnnd vnnsrem fisco, solche Haab vnnd Guetter, haimbgefallen sind, das wir demnach dem Ersamen vnnserm Lieben Andechtigen *Gerwigken Abbte der Gotzheüser Weingarten vnnd Ochsenhausen, vnnserm Rath*, beuehl vnnd volmechtigen Gewalt vnd Macht gegeben haben, wie wir Ime dann denselben hiemit vnd In krafft ditz Briefs geben. Also, das er allenthalben, solche deren von Costnitz gemaine, auch deren Burger, Inwoner, vnnd verwandten Guetter, so vnnserm kaiserlichen fisco haimbgefallen, confiscciert vnnd zugeaignet, ligende vnnd farende, Es seyen Flecken, Dorffer, Weyler, Heüser, Houe, Weingärten, Agker, Wismad, Haber, Wein, Traid, Wasser, Mulen, Wun, Waid, Geld, Schuld, Zins, Renth, Gullt oder andere, nichts dauon ausgenomen noch hindan gesezt, wo und an welchen enden die erfunden werden, durch sich selbs, oder seine Beuehlhaber, aigens Gewalt, one alle ferrere Bewilligung, Gewalt oder Beuehl, zu seinen Hannden ein ziehen, Vnnd für zway vnnd zwann-

c) *Tom.* 19. *f.* 320.

zwannzig tausent gulden Munz, zu sechzig Kreüzern jedes stuck gerechnet, die wir Ime darauf, zuuor aus verwisen, vnnd verschriben haben, wir Ime dann dieselbigen hiemit, vnnd in Krafft ditz Briefs darauf, zu uoraus, verweisen. Also, das derselbig vnnser Rath Gerwigk, durch sich selbs, oder seine nachgesezte Beuehlshaber solche Guetter, biß auf obberüerte Summa, der zway vnnd zwannzig tausent gulden Reinisch in Munz, Behalten, Innhaben, geprauchen, nuzen, vnnd niessen soll vnnd mag, von vnns, vnnsern Nachkomen am Reiche vnnd allermennigelich vnuerhindert. Doch der Mainung vnnd mit dem geding, das er von solchen zway vnnd zwanzig tausend gulden, weillendt *Christoff Plarers vnnsers Camermaisters, vnnd des Reichs Hauhtmans zu Regenspurg, seines Bruders* nachgelassenen Kindern zu Bezalung der vierzehen tausend gulden Reinisch, In Abschlag der mereren Summen, so wir denselben *seines Bruders Erben*, von wegen seines Camermeister Ambtsverwaltung, bey vns noch hinderstellig pliben sein, vermog derhalb beschehenen Rechnungen, desgleichen vnsern vnnd des Reichs Liben getrewen *Johann von Lier zu Berkhaim, vnnsern Rath*, obersten Kriegs Commissarien, vnnd stathalter Ambts verwalter vnnsers Fürstenthumbs Luzenburg Sechstausent gulden. vnd vnserm obersten zu Augspurg *Sigmunden von Landenberg* zway tausent gulden, alles zu Münz, vnnd obbestimter werung, damit wir sie begnadet haben, zuestellen vnnd verrichten, vnnd so derselben Guetter, die Er also, In Krafft dieser vnnser verweisung vnnd verschreibung einziehen wurdet, ains oder mehr, mit stifftungen oder sonnst mit Renthen, zinsen, oder andern Beschwerungen beladen (so doch deren von Costniz oder anderen deren verwandten, vnnd vnsern vngehorsamen nit zustendig weren,) dieselben gleichermassen, nach gelegenheit zu entrichten vnnd zu bezahlen schuldig sein. Mit Vrkundt ditz Briefs, besigelt mit vnnserem aufgetruckten Insigel. Geben In vnnser vnd des Reichs stat Augspurg. Am fünfften tag des Monats Augusti Anno etc. Im acht vnd vierzigisten vnsers Kaiserthumbs im Acht und zwannzigisten vnd vnnserer Reiche im drey vnnd dreissigisten.

CAROLVS.

Quam inexspectatum simul, & durum Abbati nostro hoc acciderit Negotium, ex Litteris patet, quas eodem anno 1548. 5. Septembris a) ad Comitem Furstenbergensem Fridericum, & 21. ejusdem Mensis b) ad Episcopum Attrebatensem, & 21. Decembris denique ad Consiliarios & Commissarios Regis

a) *Tom.* 20. *f.* 117. b) *Eodem tom. fol.* 121. 229. 278. & 529.

gis Constantiae exsistentes dedit, in quibus petit, (vt Caesarem a Pro-
iptione Bonorum auertere, eique mitiora suggerere ad laborent, praecipue
um ex libello supplici per manus D. Georgii Abbatis Creuzlingani a) sibi
nsmisso adpareat, Constantienses se omnibus ab Imperatore praescriptis
iculis & subjecisse, & praescribendis subjecturos, si tamen praeteritorum
iuionem, & gratiam futurorum impetrare possent. Hoc ipso tempore etiam
dinandus Romanorum Rex Gerwico misit Litteras, queis b) Caesaris
ndatum, donec ipse cum fratre suo egisset, differrendum praecipit. Da-
Viennae 26. Decembris anno 1549. Cujus quidem Voluntati Abbas eo
ntius paruisse censendus est, quo minus amorem Patriae Caesaris amici-
: postponere aut potuit, aut debuit. Aut quid tandem ageret Praesul,
um Constantiam 14. Octobris 1548. a Rege captam ex fama sciret, eam-
ue ad deponendum Fidelitatis Sacramentum adactam ex Litteris Georgii
batis Kreuzlingani nosceret, in hanc sententiam scriptis: *Vltima ante octi-
um die Veneris Centurio Eggli cum paucis seruis Constantiam venit, quem proxima
iminica D. Nicolaus Baro de Bolluill seu Poluvil, vnus de Regimine oenipontano,
m quatuor Vexillis insequutus est, sine tergiuersatione in vrbem admissus. Altera sta-
n die lunae Ciuitatis incolae ipsi nomine Regis cum consensu Caesareae Majestatis (vt
na fert) *) jusjurandum dixerunt, septem vel octo viris consularibus, & Praedican-
tibus*

a) *Tom.* 20. *f.* 111. b) *Tom.* 20. *f.* 226.

*) *Tom.* 20. *f.* 144. Ir die Burgermaister vnnd klain Räth sampt gemainer Burgerschafft der statt Costannz etc. Nachdem Ihr eüch sampt eweren Leyb Hab vnnd gut dem allerdurchleuchtigistem Grossmechtigistem Fürsten vnnd Herren, Herren Ferdinanden Rö. zu Hungern vnd Behaim etc. Kunig, Innfanten zu Hispanien, Erzherzogen zu österreich, Herzogen zu Burgundi, vnnd Grauen zu tyrol etc. vnnserm Allergenedigisten Herren, Als ewerm hinfüro natürlichen Herren vnd Landsfürsten an das loblich hauf österreich für aigen Erpplichen hiemit ergeben, hat dagegen euch, die Höchstgedacht Rom. Kön. Myt. als gewesene Rebellen, vnnd offnen Beruefften erkannten, vnd erclärten Achter, der Rö. Kay. Mjt. Inn Ihrer Königl. Mjt. gnad, schuz vnd schirm angenomen hat, vnnd hiemit angenomen haben will. Demnach werdt Ir für Eüch Eüere Erben vnd Nachkomen dem Wolgebornen Herrn *Nicklausen Freyherr zu Bollweyer* hochgedachter Röm. Kön. Majestät etc. Rath Inn Crafft seiner genaden gewalte vnd Bevelchs, den Er von der Röm. Kö. Maj. etc. hatt hiemit ainen Leyblichen Aytt zu Gott vnnd den Hayligen mit auffgehepten vingern vnd gelerten Worten schweren. der Röm. Kön. Mjt. als regierenden Fürsten vnd Herren des löblichen hauf österreichs seiner Kön. Majt. geliebten Sönen vnnd allenn derselben



tibus omnibus cum suis familiis egressis, clausisque eorum domibus, datae Kreuzlingae die Mercurii post Galli anno 1548. *Haut aegre Patriae sortem tulit Gerwicus* praecipue quum Ferdinandus Rex teste Episcopo atrebatensi a) Viginti duorum millium florenorum *Nepotibus* ipsius, debitorum solutionem in se suscepisset, &

ben Erbenn vnnd Nachkomen Fürsten von österreich Jeze vnnd hinfüro Inn Ewigzeit getrew, gewertig vnnd dienstlich sein, die Röm. Kön. Mjt. derselben geliebten Sönen vnnd Erben für ewere rechte natürliche Erbherren vnd Lanndsfürsten halten vnnd erkheñen vnnd eüch von demselben, Jezo noch Inn künfftig zeyt kanis wegs abwerffen, noch zu wider Irer Kön. Majt. vnnd derselben Söne vnnd Erben eüch mit Niemandts, wie der Namen haben möchte, weytter Inn kain verpüntnüss oder verstanndt einlassen, auffrichten, noch machen, auch jeder zeyt der Röm. Kön. Mjt. derselben Erbenn vnnd Nachkomen Fürsten von österreich vnd denselben nachgesezten Obrigkayten vnnd gewalthabern Mandaten, potten, vnnd verpotten, vnnd Inn all ander weg vnderthenigste gehorsame Erzaigen vnd beweisen, vnnd darwider mit worten, wercken, Rathen, vnnd gethaten nichts handlen oder fürnemen, was auch dem Röm. Kön. Majt, derselben verordnete gewalt vnd Beuelchhaber, zu erhaltung der waren alten Christlichen Religion vnnd anderer guetter pollicey, für Regiment ordnungen vnnd Sazungen, Inn der statt Costanz auffrichten vnd fürnemen werden, denselben welt Ir vnnd ewere Nachkomen Jeze vñd Inn künfftig Ewig zeyt, getrewlich geloben vnd nachkomen, vnd darwider kaines wegs nichts handlen noch fürnemen. Jr solt vñd wert euch, auch Jeder zeyt Neben andern der Röm. Kön. Majt. vñd des löblichen Hauß österreichs vnderthenigen zugeherigen vnd verwandten Inn Kriegs vnd andern sachen Worzu die Röm. Kön. Mjt. derselben geliebtsten Sone, Ire Erben vnnd Nachkomen für Notthürfftig sein, wider meniglich Niemands ausgenomen, Auff der Röm. Kön. Mjt. oder Irer Mjt. verordneten Beuelchhaber Eruordern vnnd Begeren vnnderthenigklichen vnnd gehorsamlich geprauchen lassen vnnd eüch desselben kains Weys zethun verwidern, vn[illegible] eüch Inn dem vnnd andern jeder zeyt, als die frumen getrewen vnnd gehorsamen vnderthanen der Kön. Mjt. vnnd des löblichen Hauss österreich halten vnnd e[illegible] zaigen, wie sich dann die Röm. Kön. Mjt. desselben Inn allweg zu Eüch genedig[illegible] lich getrosten vnnd versehen wurdt. Innmassen Ir dann zusampt diesen Ewer g[illegible] schwornen Aydt, soliches alles war steet vnnd vest Inn Ewig zeyt zu halten [illegible] gegen der Röm. Kön. Mjt. etc. für eüch, eüere Erben vnnd Nachkomen genu[illegible] samlich verschreiben, sollt: Vnnd so Ir dem also nachkomen welt, so hept gemai[illegible] lichen, vff zween vinger vnnd sprecht, Als mir erlesen ist, das alles ich wohl v[illegible] standen hab, demselben will Ich getrewlich geloben vnnd nachkomen, als mir G[illegible] helff vnnd all hayligen.

a) *Tom.* 20, *f.* 361.

& Gerwicus alias ex clade Hispanis Die sexta Augusti ejusdem anni illata didicisset, quam efferati ciues in omnes essent, qui meliora aut verbis suasuri, aut armis docturi aduenirent. *Nocte abhinc tertia* (sic enim ad b) eum 8. die ejusdem Mensis perscripserat Jacobus Kesserinus Doctor Vberlinganus) *Joannes de Viues* (Exercitus Hispanici Archistrategus) *tenebris ad ciues fallendos vsurus, copias suas Constantiam duxit, quod & tam feliciter praestitit, vt se prius, quam de obsidione cogitarent, vndique cinctos perspicerent, verum tanta rabie in hostes effusi sunt, vt Hispani plurima se strage recipere cogerentur, ipso Archistratego in ponte super Rhenum globo trajecto. Datae Vberlingae die Mercurii octaua Augusti* 1548.

Constantienses interea equidem in gratiam Regis, vt audiuimus, nondum autem in Caesaris redierunt, conditiones praescriptas, quas tamen, quemadmodum ab Abbate Kreuzlingano supra percepimus, ad vnguem implere promiserunt, exsequi cunctati. Erant autem hae ipsis ex Mandato Caesaris a Gerwico c) propositae: I. *Vt armis positis ad Caesaris Clementiam confugiant, ipsique de genibus supplices facti nullis Pactionibus admissis vrbis claues tradant.* II. *Vt ruptis, quae contra Fidem datam cum Duce Saxoniae Joanne Friderico, Landgrauio Hassiae, aliisque Principibus & Vrbibus conflarunt, Foederibus, nulla alia, ex quacumque Caussa aut Praetextu, sine expressa Caesaris Romanorum Regis, domusque austriacae facultate paciscantur.* III. *Vt Episcopo, canonicorum collegio, totique Clero, aut aliis quibuscumque ab ipsis Laesis satisfaciant; & si hac super re Controuersia oriretur, coram comissariis a Caesarea Majestate deputandis compareant, eorum sententiam citra omnem contradictionem exsequantur* IV. *Vt tribunalibus ab Imperatore in Imperio erigendis se submittant, atque summtus ad ea sustentanda pro rata suppeditent.* V. *Vt Imperii hostibus nullum auxilium cujuscumque Nominis aut juuando, aut consulendo, aut silendo praestent, & praecipue eum, qui nuper Nurenbergae Aerario prefectus erat, in Custodiam Imperatoris tradant.* VI. *Vt Praefectum Prouinciae* (Houptman) *in vrbem cum annuo quadringentorum florenorum stipendio admittant, qui Consulis, ceterorumque Magistratuum Electioni praesideat, atque omnia Negotia ad Vtilitatem Reipublicae dirigat.* VII. *Vt pro factis in hoc contra seditiosos Bello sumtibus mille florenos numerent, totidemque sclopos cum omni adparatu reddant.* VIII. *Denique Vt nulli, qui seditionis tempore, Caesari seruituti profugerunt, aut irrideantur, aut contemnantur, aut onerentur aut etiam a publicis officiis excludantur, curante interim omnia, quae ad pacem, & tranquillitatem quid facere post viderentur, caesarea Majestate.*

Quam-

b) *Tom.* 20. *f.* 61. c) *Ibid. fol.* 76.



Quamuis Magistratus ciuesque plerasque ex his legibus grauate ferrent, & ideo supplici ad Caesarem directo libello d) peterent, vt libertatem conscientiae eis permittere, & articulo praesertim quarto modum statuere dignaretur, Carolus tamen *Fridericum Comitem* e) *de Fürstenberg*, Hailigenberg & Werdenberg, *Sigismundum a Hornstain* ordinis teutonici in Meinaw Magistrum, *Joannem Jacobum a Landaw* Equitem Vberlinganum, & *Gerwicum* Abbatem Monasteriorum Weingartensis & Ochsenhusani Comissarios nominauit, qui Controuersiam ad calculos vocarent, & juxta aequitatis leges deciderent. Et sane Constantienses ad pacem & vnitatem restituendam proniores, quam credi posset, inuenerunt, verum quamuis omnium damnorum restitutionem promitterent f) Episcopus tamen ad suam redire sponsam noluit, in suis adeo pertinax petitionibus, vt quum 23. Februarii anno 1550. g) ad Ferdinandum scriberet, *se Constantiam nequaquam reuersurum, nisi prius intra & extra Ecclesiam, in temporalibus & spiritualibus rebus plenissimam aut restitutionem aut saltem cautionem haberet*. Rex duriore, quam pro more, calamo respondere cogeretur, minatus, *ni ex templo cum Canonicis Constantiam redeat, & secularia magis, quam diuina curare pergat, se querelam contra Eum Papae & Caesari oblaturum. Nec sperare se, vt tres Canonicos* *) *Constantiae jam praesentes vlterius pro absentibus habeat, ejusque Distributiones & redditus subtrahat, & si ipse etiam occultis fors rationibus detentus reuerti aut nollet aut nequiret, Clerum tamen remitteret, vt officium restaurare diuinum possent*. h) *Datae Viennae* 12. *Aprilis* 1550. Quum Episcopus adhuc tardaret, Gerwicus noster omnem lapidem mouit, nullique facundiae pepercit, vt ei reditum saltem ad celebrandam Corporis Christi solemnitatem i) persuaderet, quin immo Litteras quoque ad Decanum & Capitulum die 14. May eodem anno dedit, in quibus Regis nomine, eadem monita repetit, hortaturque vt venerabilem toti Mundo festiuitatem in vrbe Cathedrali celebrare ad exemplum Neophytorum & gaudium Fidelium festinent. Quatuor vix lapsi exinde dies sunt, quum a Nicolao Barone in Bollweyller Litterae Gerwico adlatae k) venerunt, quae contumaciam Episcopi & Capituli confirmare videbantur. Sane Documenta domestica habemus, quae Episcopi Canonicorumque reditum ad annum insequentem reponunt. *Anno* 1551. *vndecima die May* (verba scriptoris coaeui sunt) *Christoforus Episcopus Constantiam ingressus*

d) *Tom. eod. f.* 84. e) *Ibid. f.* 253. f) *Ibid. f.* 102. *etc.* g) *Tom.* 21. *f.* 103.

*) *Puebenhouen, Landenberg, & Spädt.*

h) *Ibid.* i) 21. *f.* 113. *vide supra.* k) *Ibid. f.* 102.

gressus, ejusdem Mensis die XII. Basilicam cathedralem consecrat, atque Dominica Pentecostes SS. Missae sacrificium solemni ritu decantat.

Harum Turbarum praecipuus Auctor exstitit Episcopus *Joannes a Wetza* Episcopus Constantiensis, qui nuper Archipraesulatu Lundensi ob christierni Regis Tyrannidem derelicto, e Dania in Germaniam profugus, Carolo V. Caesari & Ferdinando I. Romanorum Regi oppido charus cum ob variarum linguarum cognitionem, tum ob suam in rebus gerendis dexteritatem habebatur. Quare quum anno 1537. per liberam Joannis de Lupffen abdicationem Episcopatum Constantiensem vacare contingeret, Gerwicus noster omnem impendit operam, vt Canonicos ad hujus Joannis Postulationem permoueret; magnorum Virorum precibus expugnatus, inter alios praecipue Joannes l) Episcopus Viennensis Abbatem nostrum datis jam anno 1532. 22. Julii mortuo *Hugone* rogat, vt nulli labori parceret, quo magis Canonicos ad *Lundensem postulandum* adduceret, se certe, si id fieret, Confirmationem Romae gratis, seu sine taxa impetraturum. Verum quum heic frustra laborasset Abbas, hic ipse Episcopus accepto de Joannis Lupodunensis Resignatione nuntio alteras anno 1537. 16. Octobris ejusdem m) tenoris Litteras ad Gerwicum dedit, his inter alia vsus verbis: *Magna, vt nouerit Paternitas tua, Dominus de Lunda apud Caesarem & Ferdinandum regem auctoritate valet. Si igitur amicitiae id nostrae dederis, non meum tantum, sed & vtriusque Majestatis erga te fauorem & Beneuolentiam augebis; praecipue quum in his Ecclesiae Constantiensis motibus nemo Virorum vel ad fideles confirmandos, vel ad errantes reducendos vel etiam ad Nouatores confundendos aptior & dignior inueniri possit. Si tamen meis te forsan precibus moueri haut pateris, Litteris certe Archiepiscopi & ipsis Regiae Majestatis mouebere. Datae Viennae 16. Octobris Anno 1537 Paternitatis vestrae fidelis amicus Joannes Episcopus Viennensis.* Gerwicum ipsum de viri habilitate, dexteritate, & Virtute satis digne cogitasse, aperte produnt Litterae, quas n) die Lunae ante festum omnium sanctorum eodem anno ad D. *Swerckhardum Baronem de Gundelfingen* transmiserat; *& ideo* (ipsius verba sunt) *non dubito, quin Canonici legationem, qua fungor, sint veneraturi, remque ita tractaturi, vt vtriusque Majestatis fauorem & gratiam mereantur.* Et sane Gerwicus Caesaris Regisque Orator ad Capitulum deputatus, vtriusque nomine tanta vi, tantaque grauitate pro commissa sibi caussa perorauit, vt *Joannes de Wetza* communi eligentium voto Episcopus pridie Kalendas Nouembris postularetur. Non potuit Lunden-

l) *Tom.* 12. *f.* 50. m) *Tom.* 14. *f.* 378. n) *Ibid. f.* 364.



fis, quin Gerwico pro fufceptis in ipfius fauorem laboribus gratias ageret, memoremque animum fponderet. o)

Mira omnium laetitia, & plaufus hujus rei famam excepit. Verum infequenti mox anno & Gerwicus Canonicis dixiffe, & Canonici Gerwicum audiffe amplam habuerunt poenitendi materiam. Nam Epifcopus recens factus, quum aulae adfuetus adtenuatis per fidei defertores Redditibus aut luxum coërcere, aut opes augere neceffarium fore probe perfpiceret, pofterius amplexus eft, ringentibus Canonicis, Monachisque. Nam praeterquam quod ab Hadriano VI. Monafterium Waldfaffenfe in Commendam impetraffet, quatuor quoque Canonicorum Praebendas, & *Decanatus* cathedralis liberam Collationem fibi adtribuit. Cujus quidem rei iniquitate Capitulum adeo exacerbatum fuit, vt membra capiti aegrotanti vel pro merito feruire, vel pro injuria nocere cogitarent. Itum ergo in partes eft. Quae quidem animorum diffenfio nec ipfius morte extingui potuit. Nam quum is die tertia decima Junii anno 1548. in Comitiis Auguftanis repentino morbo fublatus effet, ei magna omnium gratulatione *Christophorus Metzler ab Andelberg* fufficitur, & majori etiam, & veriori forfitan, fi vniendo capitulo ftudere, quam augendis Redditibus maluiffet. Verum quum anno 1549. 14. die Octobris Caefar dato Bruxellis Diplomate p) *Wolffgangum* Abbatem Campidunenfem, & *Hugonem* Comitem de Montfort ad dirimendam Capitulum inter, & Vrbem controuerfiam nominaret, Epifcopus tam obftinate fe geffit, vt regreffos Conftantiam ad Regis Mandatum canonicos a tractatibus pacifcendis excludere tefte Matthia Albero q) totis viribus adlaboraret, ita vt vir ifte doctus ad Gerwicum fcribere non vereretur: *haec eft illa pertinax & obfirmata fententia Domini Epifcopi.* Rem tamen iftam tantis difficultatibus obnoxiam Abbas tandem nofter tam minis quam precibus eo deduxit, vt Epifcopus & Capitulo & Magiftratui reconciliatus anno 1551. vndecima die May (vt diximus) Conftantiam rediret, communi gaudio & vera animi laetitia exceptus. Non negauerim equidem, Gerwicum durius quam pro ciue, interdum cum Patria fua egiffe, fed, inquit r) Buccelinus nofter, *cogi nolentem maluit, quam volentem perire.*

Et

o) *Ibid. f.* 323. p) *Tom.* 20, *f.* 463. q) *Tom.* 21. *f.* 19. *anno* 1550. 28. *Januarii.*
r) *Conftant. facrae & profanae Defcript. p.* 349.

Et certe Gerwicum alias mite habuisse & tractabile ingenium, testium
ico esse possunt cum preces, quas pro pressis ciuitatibus apud Curiam in-
rposuit, tum etiam studium & contentio, qua Partes litigantes eum Ar-
trum postulabant. Anno 1547. 3. Februarii Rauenspurgenses Magistratus &
ues a) licet de coenobio nostro (vt inferius dicemus) tunc pessime meriti,
mdem supplices conuenerunt, Ipsius & Caesaream Majestatem deprecatio-
m exorantes. Anno 1548. in die S. Stephani b) Episcopo Atrebatensi pro
erlinganis supplicat, vt Caesar aliquid de Summa impositi tributi remitte-
dignetur. Anno 1552. 2. May ad eumdem Episcopum scripsit, vt c) cu-
Equites, qui Wangae locandi essent, aliorsum ducantur, eoquod Vrbs
endiariorum malitia vastata ferme corruisset. Anno 1523. Vlmenses d)
m nominant, quo Gerwicus cum Vicario Praefecturae Sueuicae Vlmae
nparere, ipsosque cum Abbate in Königsbronn componere velit. Anno
48. 28. Octobris inter D. Wilhelmum Truchsessium de Walpurg & Abba-
n Monasterii Ysnensis e). Anno 1549. 14. Nouembris inter Comitem Fri-
ricum de Fürstenberg, & D. Conradum a Rechberg f). Anno 1550. 7.
prilis inter eundem Comitem Fridericum g) de Fürstenberg & Comitem
de Zollern & Simaringen: & anno denique 1554. 18. Januarii h) inter
batissam Buchauiensem, & Joannem Philippum Schade a Mittelbiberach
lem defunctus munere, concordiam redintegrauit, & amicitiam. Quin
mo quum anno 1551. inter Albertum de Rosenberg, & Sueuici foederis
ios lis exorta esset, Gerwicum nedum Carolus V. 3. Septembris ejusdem
ni Pforzhemium i) sed & Ferdinandus 2. Februarii 1555. Augustam k) vocauit,
rem cum ceteris Arbitris dirimeret, pacemque inter dissidentes animos
ituereret. Haut absimilis ei jam anno 1548. a Caesare credita Prouincia fuit,
n natam inter Principes, Abbates & Magistrum ordinis S. Joannis di-
ptationem componere jussus fuit. Rem vero ex voto haut successisse pa-
ex litteris in quibus Abbas Campidunensis anno 1545. 13. Januarii sic
ibit: *Notum est: Abbatem Campidunensem in Comitiis proximam semper a Fuldensi
uisse & sedem & vocem, si vero, vt audio, Fulda Magistrum ordinis S. Joannis
e se considere concedat, Campidunum id numquam patietur, vtpote Monasterium,
ine S. Joannis vetustius* l).

Hh 3 Nec

a) *Tom.* 10. *fol.* 222. b) *Ibid. fol.* 224. c) *Tom.* 22. *fol.* 160. d) *Tom.* 8. *fol.* 14. e) *Tom.* 20. *f.* 155. f) *Tom.* 20. *f.* 487. g) *Tom.* 21. *f.* 59. h) *Tom.* 23. *fol.* 159. i) *Tom.* 21. *f.* 408. k) *Tom.* 23. *f.* 202. l) *Tom.* 20. *f.* 251.



Nec Caesari magis & Imperio, quam Deo & Religioni seruiebat, praeterquam enim, vt supra diximus, quod ipse pro fidei catholicae veritate publice perorârit, Ecclesiisque orphanis Pastores idoneos quaesierit, etiam cum Domino Joanne Fabrum, quem Ferdinandus Rex 1529. 20 Aprilis ad eum a) miserat, de mediis conseruandae Relligionis consultauit, atque paullo post 27. Julii ejusdem anni Vberlingam, quo eum comissarii Regis b) vocauerant, profectus est *cum ceteris Imperii statibus ibidem congregatis de Haeresi profliganda, se dandisque tumultibus deliberaturus.* Quin immo anno 1547. Vlmae in solemnissima Processione Festi Corporis Christi multa Principum frequentia stipatus. Deum Eucharisticum inter Sectatorum minas & scommata suis ipse manibus circumtulit, quod hactenus tentare nemo vnus uidebat. Vt nihil dicam de dietis seu conuentibus, quibus aut ipse Donawerdae c) Weissenhornii d) Ingolstadii e) Lauingae f) Nördlingae g) Riedlingae h) Ehingae i) Mengae k) aliisque in locis interfuit, aut quos Biberaci l) Rauenspurgi m) Vlmae n) Waldseae o) Ehingae p) Leutkirchii q) & in Vineis nostris r) ex hac ipsissima caussa conuocauit.

Quin immo non solum Philippus Marchio Badensis, cum ob turcae tyrannidem, acatholicorumque Insolentias Conuentum s) omnium Principum & statuum Ratisponae anno 1526. 1. Sept. indiceret, Gerwicum prae ceteris adesse desiderauit; sed etiam ipsemet Carolus V. Caesar t) datis 1530. 20. Januarii litteris Augustae, & Ferdinandus Rex 1539. 30. Aprilis Wormatiae in Comitiis u) eum comparere jusserunt, vtpote Virum, *cujus consilio & Prudentia Imperium laceratum & Religio pressa indigeret.* Vno verbo tantus erat Gerwici in rem catholicam ardor, tanta vbique cura & solicitudo, vt Ferdinandus anno 1558. 16. Aprilis w) jam Caesar factus ipsius Pietatem & Feruorem gratiosissimis litteris depraedicaret. Et haec etiam caussa erat, cur Schmalcaldici, & praecipue Ciues Rauenspurgenses Monasterium nostrum tam acerbo & inexplebili odio prosequerentur. Hanc saltem Ephemerides coaeuae

a) *Tom.* 10. *f.* 155. b) *Ibid. fol.* 217. c) 1527. *T.* 9. *f.* 194. d) 1534. T. 13. *f.* 60. e) 1539. *T.* 15. *f.* 334. f) 1541. T. 33. *f.* 547. g) 1546. *T.* 19. *f.* 207. h) 1547. *T.* 19. *f.* 276. i) 1548. *T.* 20. *f.* 173. k) 1549. *T.* 20. *f.* 348. l) 1523. *T.* 8. *f.* 67. m) 1528. *T.* 10. *f.* 95. n) 1530. *T.* 8. *f.* 27. o) 1532. *T.* 12. *f.* 106. p) 1540. & 1543. *T.* 16. *f.* 134. q) 1546. *T.* 19. *f.* 24. r) 1554. 1566. *etc.* *T.* 23. *f.* 172. s) *Tom.* 9. *f.* 109. t) *Tom.* 11. *f.* 16. u) *Tom.* 15. *f.* 393. w) *Tom.* 24. *f.* 428.

tae produnt in hunc maxime modum: *Rauenspurgenses Apostatae Coenobio no- i infensissimi ob insignem Geruici Abbatis Constantiam, ejusdemque de Imperio & re- helica Merita, ingruente periculorum ab Ho?e procella, nedum recusant rerum no- rum quidquam in oppidum admittere, sed etiam (ut supra meminimus) ad Vineas tras depraedatum excurrunt, quare eae hodie* (anno 1534. 29. Junii) *Buchhornium t SS. Sanguinae destinatae sunt, pro temporis opportunitate aut etiam necessitate stantiam, aut in S. Galli Monasterium transferendae. Nec heic deferbuit iniqui- ; Schmalcaldicis quoque in occupando Monasterio operam nauarunt, atque in abrogan- iugi Sacrificio auctores exstiterunt; quae quidem desolatio a 21. Augusti anni 1546. ae ad Festum S. Thomae Apostoli continuata desiit, operantibus cum insigni Bono- omnium consolatione ad aras sacerdotibus.* Balthasar certe a) Misniensis Epi- ous, Negotiorum caussa Vineas deportatus, ad Abbatem nostrum ea tem- ate Ratisponae occupatum inter alia sic scribit: *Rauenspurgenses in perfidia nale in pejus, de cismate in heresin, de heresi in suermeros Swinglianos & Anaba- tas (ut audio) transeunt: habentque ex multis ciuitatibus prauos fidei nostre & re- onis catholice aduersarios Viros, qui in vnum in dies conueniunt, ut ex omnibus is nouam aliquam ex veteribus consutam edant. Conradus hujus mali inceptor duxit rem, tum quia carnalis prius praecesserat copula, quam matrimonialis, hec sunt s spiritus fructus & opera. Sicque semper verum est, quod parvus error in princi- magnus efficitur in fine: de quibus omnibus & singulis vestri officiales scribent vo-*

Hic igitur scribendi finem facio; aliquando eorum plura dicturus. Valete in Do- o semper, cursorie ex edibus vestris in Vineis Anno per Christi incarnationem re- pte 1546. ipso die jubilate. Rund: D. V. perpetuo addictus Baltasar V. vocatus scopus Misiensis. Quae quidem duabus adhuc litteris, quarum Authogra- im, sicut & praecedentium ob oculos habeo, confirmantur. Priores sunt gonis *Comitis de Montfort*, posteriores Domini *Joannis de Landaw. Das die i Ravenspurg* b) inquit ille, *dermassen furtfaren ist mir waist got ewer vnnd vn- halben ein grose Beschwerd. der allmechtig wol sollichs vnnd anders zu gutem wen- t. datum in Lancenarcen* c) *am tag der verkindigung Marie anno etc. XXXXVI.* lter in hanc sententiam scribit: *Als ich frytags necstlhin mit* c) *meiner haus- w zu Raffenspurg geweßt, hab ich befunden, das am Rat daselbs den Pfarren vnnd iester In unter vnd Sant Jossen Pfarrkircken anzeigen vnnd bevelchen lauffen, das sie*

a) *Tom.* 19. *f.* 45. b) *Eod. f.* 47.

c) *Langenargen.*

c) *Tom. cit. f.* 46.

sie sich der Messen enthalten, bis auf weiteren Beschaids etc. Datum Lautrach sun tags Cantate anno 46. Paullo post feria scilicet secunda post Pentecosten, qua hoc anno 1546. in 14. Junii incidebat Cellarius, seu cellae vinariae Praefectus per *Joannem Koun* officialem nostrum Abbati significari fecit, Rauenspurgenses eo nequitiae deuenisse, vt d) Baptismi aquam effuderint, altari denudarint, Imagines ejecerint, & ne idem quoque probrum Deo fieret Eucharistico, Parochi vigilantiae deberi, qui ciborium suo in cubiculo obcultasset. Quin immo (vti e) ex alia ejusdem Kounii Epistola die Lunae post Vlrici hoc ipso anno ad Gerwicum perscripta discimus) in apertas erumpere minas coeperunt, Monasterium nostrum vt primum Caesar cum sectae suae fratribus in certamen descendisset, depopulaturi. Conscribebant Milites, quot quot poterant, & in Heluetia quoque (vti spargebant) duodecim omnino Millia armati ad eorum seruitia parati stabant. Juncto igitur inter nos & Altdorffenses foedere Excubiae circa Monasterium & Pagum locatae diu noctuque vigilabant, ad primum saltem Impetum cohibendum pares, sacra interim suppellectili rebusque pretiosioribus Vberlingam per Viarum anfractus deportatis.

Has inter turbas Moniales quoque Altdorffenses tertii Ordinis S. Francisci Pudicitiae consulturae relictis laribus profugerunt pleriusque sparsim in exilio mortuis. Gerwicus factae ab Antecessoribus suis fundationis memor f) *sacro Processu instituto Altdorffenses ad Restitutionem cogit, & Verenam Neglerin Matrem esse jubet, cui Margaretham Bergerin adjungit; vtramque ex coenobio Constantiensi exules, Anno* 1542 16. *Junii.* Qua de caussa Ipse & *Parthenonis Restaurator* a scriptore coaeuo dictus, & *Commissarius Episcopi* in Functionibus Spiritualibus constitutus fuit.

Interea ab Episcopo g) Constantiensi Joanne Litteras accipit, in quibus Praesul conqueritur, Monachos Blauburanos ab Vlrico Comite Wirtenbergico Mon:

d) *Ibid. f.* 245. e) *Ibid. f.* 233. f) *Ephemerides.*

g) *Tom.* 18. *f.* 148. Johann von Gotts gnaden Er: Erzbischoff zue Lunden, Bischoff zue Costannz vnd Rosshilden vnd herr der Reichenaw etc. Vnnsern günstlichen willen voran. Erwürdiger gaistlicher lieber andächtiger, Vnnser an eüch gethan schreiben gedencken wir sey eüch durch herrn hanns Jacoben von Landaw botten vberanthwurt vnnd zu kommen. dann so traget ihr sonnder zweiffel guet wissen welcher massen das Gotshauss *Blawbüren*, von Herzog *Vlrichen von Wirtenberg*

od

onasterio expulsos & in Exilium ejectos fuisse, rogatque, vt Fratris Christiani Tubingeri precibus motus, pro restitutione in curia caesarea laboret. oc ipso anno h) 16. Martii, & insequenti 24. Januarii in caussa duarum nctimonialium Klosterburanarum a Leutkirchensi Magistratu i) similes derebantur ad Abbatiale Conclaue Litterae, quarum posteriores in id collicabant, vt Monialis profuga vna in veterem Monasterii Possessionem, & ossessionis jura restituatur: priores vt altera dote reddita extra Monasterium in domo Affinis sui viuere permittatur. Luculentum testimonium, anta omnium in Gerwicum Fiducia, quantusque Gerwici in omnes amor, que juuandi studium fuerit.

Inter haec Concilium generale tot votis, totque annis expetitum tandem no 1542. a Paullo tertio Tridenti 1 Mensis Nouembris inchoandum indictum

oder die seinen, dieser sorglichen Läüff vnnd zeit, der massen verstört vnnd zerrüth worden, das die Conuentherren (so dann vnserm alten waren Christlichen glauben anhengig bleiben) sich bis anhero allemithalben In armuth, fromblich vnnd ehrlichen erhalten haben müssen, derselben Conuentualien ainer herr Christian Tübinger beweiser ist, so sich bis hieher bey vns aines fromen gaystlich vnnd ehrlichen Lebens verhalten. Wnd dieweil dann Gott der allmächtig die armen nicht verlassen. sonder Ihrer sich zue lezt erbarmen wirdt (wie dann ob Gott will beschehen) vnnd das obbemelt Gottshauss Blawbüren widerumb In den löblichen alther gebrachten Christlichen brauch restituiren vnd vffrichten würdet etc. hierauff hat vnns bemelter herr Christian Tübinger, als ordinarien vnnderthenigklichen angeruffen vnnd gebeten. wir wolten Ine vnnd seine mitbrüder, bei der Kay. May. vnsrem allergnedigisten herren fürdersam sein. damit das gotshauss durch erwölung aines newen Prelaten vnd Einsezung desselben dergleichen der Conventherrn wiederumb zu dem alten brauch kommen möchte etc. vnnd vnns nun aber bewusst hochstermelte Kays. May. sollichs fur sich zethun aus vaterlicher Naigung Ist vnnser günstig gesinnen vnd Bitt Ir wöllet die sachen beherzigen, vnnd dieselben bei höchstermelter Kay. Mayst. den herren von Granella, herrn Naues Vicekanzlern, obernburger. vnnd wo sonst von nöthen, Ina günstigen beuelch haben. Wie vnns dann nit zweiffeln Ihr werdet sollichs Gott dem allmächtigen zu lob vnnd ehren. auch vnns zu sonderm gefallen gern thun, seien wir vnnd die Conuentualen hin wider zu vergleichen vnnd zebeschulden ganz willig. Datum Marchdorff des vierten Januarii Ao. etc. 25.

h) *Tom.* 24. *f.* 91. i) *Tom.* 23. *f.* 226.



dictum fuit. Non est meum, vt de hujus Synodi Interruptione, translatione, Restauratione, aut aliis fatis loquar. sufficit, si dicam, Gerwicum Abbatem nostrum ab k) Imperatore Carolo V. dato Diplomate 23. Martii 1551. a Christophoro l) Episcopo Constantiensi 28. Junii eodem anno, & tandem anno 1561. 26. May ab ipso Summo Pontifice Pio IV. (vt supra diximus) primo per Breue Apostolicum, tum etiam per speciales Litteras vocatum fuisse, & inuitatum, in quibus posterioribus Litteris sic loquitur Pontifex: m) *Se Nuncium suum Zachariam Pharensem Episcopum in Caussa Concilii in Germaniam missum, cum specialibus mandatis ad ipsum (Gerwicum) dirigere, petitque. vt ejus verbo, siue, si ipsummet colloqui commode non possit, litteris fidem habeat.* Verum Gerwicus propter Regis Negotia (quemadmodum ipse ad Episcopum Constantiensem n) 1552. 15. Martii scribit) illuc proficisci non potuit. Interim tamen soepius cum ab Episcopo Viennensi Friderico, tum ab Episcopo Constantiensi Christophoro & praecipue ab Hugone Comite Montfortio Caesaris ibidem oratore, de rebus in concilio aut tractatis aut tractandis certior factus est. Inter alia anno 1551. quinta Septembris Hugo Abbati nostro scribit, *prima* o) *Septembris die* sessionem habitam fuisse, sed vltra statutum nihil, quam quod sessio in diem vndecimam Octobris porrogata fuerit. Auditum postea etiam fuisse Regis Gallici oratorem, perlectasque ipsius, quas *credentiales* vocant, Litteras. Sed quum in iis Synodus duntaxat *Conuentus*, non

k) *Tom.* 21. *f.* 297. l) *Ibid. f.* 346. m) *In Arch.* n) *T.* 22. *f.* 92.

o) Erwirdiger lieber Her vnd genather eüch seyen mein fraintlich dienst zuuor. verschines Suntags hab ich eüch geschriben dem Brief auf die post geben vngezweifel vn verzug geantwortet werd, hat sich seidher nichts sunders neuwes zugetragen dan das iez den ersten tag Septembris (*Fleurius T. XLI. p.* 1. *ponit secundam*) die Session gehalten aber nichts gehandelt, dan das man dieselben bis auf den XI. tag octobris verschoben, volgends ist ein Franzos von seines kinigs wegen gehort vnnd sich gleich in verlesung des Credenz Briefs, dieweil er das Concili nit, sunder ein Conuentum genent, ein thumult vnder den Hispanischen Bischofen zugetragen aber zuletst mit einer protestation angenomen. Betrift im grund die Bepstlich Haylikait vnd mit verdegten worten Kay. May. mer dan das Concilium hat im bis zu nechstkünftiger Session antwort zu geben ein Bedengken genomen wie dan auch des apts von Bebenhausen Secretarius so alle ding ordentlich gesehen vnd gehort berichten kan, mit Barma vnd Mirandel stat es noch bey der Belagerung so hat man auch nichts newes vom turgken so ich derhalben etwas erfar sol eüch angezaigt werden. dann fraintlich dienst zu beweysen willig. datum Trient den Vten tag septembris anno etc. LI.

non *Concilium* diceretur, magnos exinde *inter Hispanias Episcopos* exortos fuisse motus, responsumque ad proximam vsque sessionem dilatum. Cujus quidem rei testis is, qui Abbati Bebenhusano a secretis est, praesens adstitisset. Parmam Mirandulamque adhuc obsidione cingi, nec se quidquam certum exploratumque de Turcis accepisse. Hanc Epistolam mox 1. Nouembris ejusdem anni p). Alia subsequebatur, in qua Comes canones in vltima sessione 21. Octobris decretos de Sacramento Euchariftiae, & de Communione sub vtraque specie enumerat, additque Theologos statim ad Sacramenta Poenitentiae & Extremae vnctionis transiisse, singulisque diebus sex horas ante & sex post prandium loqui, vt adeo ipse egregiam satis haberet occasionem conciones, quas olim neglexisset, cumulate compensandi. Concludit denique his ferme verbis: paucos ante dies oratores non nullorum Principum Protestantium heic aduenêre. Doctor Straff Electoris Brandenburgici orator prae ceteris omnium in se attentionem admirationemque rapuit, dum sui Principis nomine omnem submissionem publice profitebatur. Saxoniae Elector Consiliarium suum, & Praedicanten Herberg *), & Dux Wirttenbergiae Plieninger, & alium Doctorem (forte Heclinum) circumscripta Potestate miserunt. Palatini legatos itineri sese jam commisisse, proximosque Tridento esse, audio. Proximo statim Mense quinta scilicet Decembris die a Christophoro Episcopo Constantiensi omnia, quae Sessione XIV. q) die vigesima quinta Nouembris acta & conclusa fuerunt, vna cum articulis in sequenti conuentu expendendis accepit.

Otto quoque Cardinalis, & Episcopus Augustanus ab Electione Julii III. die 8. Februarii 1550. facta, Roma redux prolixam satis Epistolam ad Gerwicum dedit, cujus compendium heic habe: Otto miseratione r) diuina S. Romanae Ecclesiae Cardinalis & Episcopus Augustanus. Synceram in Domino Charitatem, Venerabilis ac religiose nobis syncere dilecte. Certum te volumus nos heri, feria sexta, Roma Dilingam rediisse. Maturassemus equidem magis adhuc iter nostrum, nisi sanctitas sua recens electa nos primo Consistorio decima Martii celebrato adesse, ibique audita germanicae Nationi

p) *Tom.* 21. *fol.* 449.

*) *Fleurius Tom. XLI. §. XXIV. p.* 272. *nullius Herbergi. sed Wolfii Coleri & Leonardi Badehorni mentionem facit.*

q) *Tom.* 21. *f.* 346. r) *Tom.* 21. *f.* 42.



tioni significare voluisset. Et sane quanto in hanc Nationem feratur sanctitas sua adfectu, nedum hoc publico consessu omnibus, sed & nobis solis in privato colloquio manifestare dignata est, asserens, se omnem nauaturam operam, vt Concilio aut Tridenti restituto aut alibi juxta caesareae Majestatis, aliorumque Principum voluntatem innouato, vnitas fidei pax & tranquillitas in Romano Imperio restituatur. Et ideo se Reuerendum fratrem suum Episcopum Ferentinum, qui olim hujus ipsius concilii caussa in Germania, & nuper Salisburgi fuisset, ad Imperatorem ablegasse, indicaturum, se non solum Tridenti sed & Augustae, aut vbicumque locorum concilium aperturam, eique per se Ipsum praesessuram, si modo optatus exinde sperari fructus posset. In eodem Consistorio summus Pontifex ad Curiam reformandam deputabat hos sex Cardinales: Tranium scilicet, Theatinum, Moronum, Sfondratum, de Cibo, & Polum. — — — Majestas Caesarea Ludouicum de Auila supremum crucis viridis in Alcantra Magistrum, Romanorum Rex D. Martinum Gusman & Comitem Cipianum de Arco, & Caesaris Filius Hispaniarum Princeps Don Gomes de Fiperoa Fratrem Comitis de Feria Legatos Romam decreuerunt, dato negotio, vt Pontifici submissionis obsequium praestarent, obtentamque Dignitatem gratularentur. Insuper Nobis Roma redeuntibus obuii facti in via sunt praeter alios diuersarum Nationum legatos Duces de Ferraria & Vrbino sua summo Pontifici vota facturi. Articulos interim Reformationem Curiae romanae concernentes celari cupio. Paternum tamen sanctitatis suae erga nos animum, vbicumque expedire videbitur, depraedicare non intermittes. — — 30. Martii Anno etc. 50.

Tanti profecto cum sacri, tum profani Principes Gerwicum faciebant, vt vix aliquid Negotii esset, quod ipso inscio aut susciperent, aut finirent. Adeo vt quum aliquando Wolffgangus Episcopus Passauiensis certa in re ipsius consilium expeteret, ipseque grauissimis obrutus laboribus responsionem diutius quam pro voti differret, Episcopus datis aliis s) 4. Septembris anno 1550. litteris de cunctatione vehementer questus, per Nuncium de industria missum factae petionis damnari cupit, petitque, vt *viri pauperis, & ab Ecclesia sua inique expulsi misereri dignetur.* Sic etiam Lucius Episcopus Curiensis, ad cujus consecrationem Abbas noster cum Gebhardo Abbate Peterahusano a Joanne Lundensi Episcopo Constantiensi Marispurgum — anno 1545. 4. Januarii t) vocatus fuerat, nihil sine Gerwici Consilio, quem *Patrem suum* u) *dilectissimum* vocita-

s) *Tom.* 21. *f.* 154. t) *Tom.* 18. *f.* 159. u) *Tom.* 4. *f.* 464.

Eodem anno Menſe Januario *Vlmae* grauis inter *Abbatum* & *Comitum* ex vna, & *urbium Commiſſarios* ex altera parte controuerſia de Votorum numero orta eſt. Facta enim a *Georgio Pardnero* Propoſitione, lectisque a *Brabantiae Gubernatrice* Litteris c) quum ad vota colligenda de eligendis Deputatis accedi vellet, Commiſſarius vrbis *Auguſtanae* ſurrexit, omniumque Ciuitatum nomine petiit, vt *Praelatis vnum, vnum comitibus, urbibus* autem *duo* concederentur vota; vt adeo, quum Abbates hactenus duo, totidemque Comites habuerunt, tecto nomine quatuor pro ciuitatibus poſtularit. Verum huic Poſtulationi Abbates Comitesque ſtrenue obluctati, ab antiqua conſuetudine recedi nec poſſe, nec debere adfirmabant, praecipue quod in Comitiis anno 1544. ſpirae celebratis, quum Vrbes in ipſis quoque Comitiis votum & ſeſſionem peterent, eadem judicandi, atque decidendi Regula ſeruata fuerit. Protracta per ſesqui diem lite, interuenientes tandem tam ſacrorum quam profanorum Principum legati, veriti, ne ſeriora per hanc diſceptationem damnum paterentur, Partes concertantes in id compoſuerunt, vt ſinguli ex ſingulis ordinibus viri eligantur, qui ſuo quisque voto d) pro hac tantum vice Moderationem grauatorum ſtatuum decernerent, ceteraque propoſita Deliberationi Puncta per majora definirent, relicta circuli Directoribus, aut ipſi Caeſareae Majeſtati hujus cauſae deciſione. Placuit conſilium. Quare communi ſuffragio ad id Muneris exſequendum nominati atque deputati ſunt Commiſſarii *Auguſtanus, Wirtenbergenſis, Badenſis*, & *Weingartenſis*. Mox igitur vt Praelatorum legati domum reuerſi, litis exortae nuncium expoſuere, ipſi Abbates in Vrbe *Waldſeenſi* Congregati datis anno 1568. 30. Januarii ad circuli Directores *) litteris, nouis Vrbium Molitionibus atque inaudi-

c) *Tom.* 27. *pag.* 152. d) *Ibid.*

*) Hochwürdigſter, durchleichtiger, Hochgeporner E. H. F. vnd Fürſtl. G. ſeien vnſer armes gepett, auch vnderthenig dienſt gehorſambs vnd demietigs Vleis zuuor. welchermaſſen ſich, der zum ſchwäbiſchen Kreyſs gehörige Stett geſandten zu verordnung aines Vſſchuſs, mehrer ſtimmen zu haben, bei ettlichen Kraiſstägen vnfugſamblich angemaſst, dann von Alter Je zuläſslich, vielweniger breüchlich geweſen, vnd warumben vnſere, auch der Grauen vnd herrn Geſandten, daſſelbig mit gutem grundt

Inauditis Postulatis ducto ex antiqua consuetudine argumento obuiam processerunt.

Mm 2 Eodem

grundt widerfochten vnd begert haben, Sy der stett gesandten, güetlichen dahin zu weisen, dass sie von solichem Irem neüerlichen begeren absteen, vnd sich des Altherkommen gebrauchs settigen lassen wollten, das, vnd vff was beweglichen vrsachen, sie vnsrer, Auch der Grauen vnd herrn gesandten, Innen die anerbottne güetlich Handlung, nit bewilligen kinden, werden E. F. G. zeifels ene, von Iren Räthen, die von derselben wegen, vf Jungst gehaltenem schwäbischen Kraiss tag zu Vlm gewesen, vnderthenlich bericht worden sein, Nachdem vns Nun vnsere gesandten solliches auch nach lengs anzaigt, vnd Je vnser aller Will vnd Mainung gar nit ist, etwas zu begeren oder zuwiderfechten, dess wir keinen grundt, hinwider aber vns auch vermög pflichtiger verwandtnuss, darmit wir vnsern Gotsheüsern zugethon, geburen will, denselben nichts zu uergeben, das mit alter loblich herkhomen, hat vns bewegt, dass wir vns nit allein Inn den Reichs vnd Kraiss Abschiden, mit vleis ersehen, sondern auch bey den Jhenigen, die vor vil Jaren, zu den Reichs vnd Kraisshandlungen verordnet vnd gepraucht, aigentlich erkhundigt, wie es von Althero Inn solchen välen gehalten worden, vnd wiewol Wür inn kainen zweifel stellen, E. F. G. werden bei Iren Cantzleyen bessern Bericht finden, dann wür hiemit dauon zu schreiben wissen, fürnemblich, ob gleich vff verschienen Reichs tag zu Speyr Anno etc. 44. die Frey vnd Reichs Stätt, vmb etlicher vrsachen willen, sich in Reichs Rath, eintringen, vnd darInnen auch Session vnd stimen haben, wöllen, das sie doch dasselbig, bisher nie erhalten mügen, vnd hinfüro auch nit erhalten kinden, vil weniger ist Inen inn denen kraisversamblungen deren Handlungen, merers thails aus den Reichs Abschiden, herrfliessen, ein merers einzuraumen vnd zu gestatten, dann von Alter herkhomen vnd Yplich gepraucht worden. Nun ist aber wie E. F. G. vss Iren aigenen Kanzleien Auch bericht werden mügen vnuernainlich war. wenn Ain schwäbische Kraissversamblung bei ain ander gewesen, vnd Inen ersten gemainer vmbfrag, nützlich vnd fürstendig geachtet vnd verglichen worden ist, die punkten daramb der Kraistag vserschriben vnd angesezt zu gewinnung der zeit vnd Ersparung des Costens durch ainen Vsschuss zu berathschlagen, vnd alsdann gemainen ständen wider furzubringen, dass allwegen die gaistlichen vnd weltlichen Fürsten, oder derselben Gesandten Räth *alle*, vnd dann von der Prälaten wegen *zwe*, der Grauen vnd herrn *zwo* vnd von der Erberen stetten wegen auch zwo Personen als von den fünf Benckhen darzu verordnet worden, dieweil nun offenbars wissens das gemaine Prelaten, desgleichen auch die Grauen vnd Herrn Ire Sessiones vnd vier stimen, Je vnd allwegen in Reichs Räthen gehapt, vnd noch haben, welches sy die von den Erbern Stetten mit Iren fürgewendten vrsachen nie erhalten kinden,

vnd

Eodem anno 7. Augusti Abbas *Joannes* ab *Onoffrio Hinderhofer ab Huetten Patricio Rauensurgensi* a quo Gerwicus Castrum *Wormbrähts* 1551. emerat, & cui pro censu postea postea annuo locauerat, Litteras accipit, queis Significat, se ob grauia in rem domesticam emergentia damna conuentione facta stare non posse. Quare aut Remissionem admittere, aus Rescissionem dignaretur. *Joannem* in posterius consensisse partim ex eo patet quod ibidem stabile quasi sibimet fixerit domicilium, & partim etiam ex hoc, quod pratum arci adjacens, & ideo *Burgwiss* dictum Nobili *Joanni Georgio* a & in *Wolfurt* vili sane, aut nullo pretio anno 1573. 4. Januarii f) reliquerit.

Eodem anno 21. Nouembris a *Christophoro Wirtenbergensi Duce* per Abbatem minoraugiensem *Michaëlem* de indicto a *Friderico Palatino* & Electore *Ditpurgii* conuentu g) certior redditur, monitus, vt paratum se habeat. Hoc

vnd hinfüro auch nicht erlangen werden, So kann noch vil weniger, mit ainichem grundt Eruolgen, das Inen den stetten merer stimen Inn Krayss Vssehussen zuzelassen, denn wie sie es von Alter her gehapt vnd gebraucht, wie die prelaten, die zweifels one gleichfalls die Grauen vnd Herrn, wöllen auch vnderthenig verhoffen, E. F. G. werden es selbst für billich Erwegen, vnd vns derhalben nit zu vngnad vfnemen vnd zulassen, dann was von Alter herkhomen vnd breüchlich gewesen ist. wie wür denn hiemit ganz vnderthenigst vnd hochfleissigst bitten, E. F. G. geruhen nochmalen, sie, die stett, mit Wolbewissen vsierlichen Rechtgegründten vrsachen, dahin zuuermegen, das sie von sollichem Irem vnbesiegten Begeren absteen, hnd sich des Alten herkhomens vnd gebrauchs (wie billich) begnügen lassen wöllen, Wann sie aber Je nit dahin zu vermögen, sonder dahin bedacht sein würden sicst dessen bei der Kö. Kay. Mjt. vnserm allergnedigstem Herrn vnd gemainen des Reichs stenden (wie dann dieses ain Reichs punkt vnd sach, Auch für die gemaine Reichsstend gehörig ist) zubelangen vnd zu beschweren, ob sie anderst ainich Recht zehaben vermeinen, So wöllen wir Ihnen vor Irer Kay. Mjt. vnd den Reichsstenden zu nechstkomenden Reichsversamblung, oder wen Ire Kay. Mjt. vnd dieselben darzu verordnen, dermassen gerüende Antwurt Defensiones auch habende gerechtsame vnd Possess für bringen, das vns derselben Ir Mjt. vnd Reichsstend entschid darüber zu begeren vnd zu erwarten, gar nit zuwider, Sollich vnderthenigster vndertheniger zuversicht, wir sollen vnd werden als gehorsame stend — — durch andere vngepürende Weg zuwider vnser habender Possession vel quasi nit Inquietirt werden etc. Datum Waldsee 30. Januari Anno etc. 68. des schwäbischen Kraissprelaten vnd Reichsstend. *Tom.* 27. *fol.* 122.

f) *Tom.* 27. *pag.* 141. g) *Tom. eodem. pag.* 132.

Hoc etiam anno 22. Octobris *Judeo Mosi* ex Oberhausen datis litteris concessit, vt cum tribus familiis *Hofenae* habitare, omnibusque Incolatus juribus pro rata vectigalium solutione h) frui posset. Verum quum postea Judaeus facultate sibi facta abusus, plures inducere Colonias, totamque ferme Hofenam judaicam facere conaretur, re. quum cedere sponte nollet, ad Cameram imperialem, & ipsam Caesaream Majestatem delata, facta tandem anno 1557. 20. Nouembris per Nobilem *Joannem Wilhelmum de Thürheim, Archiducis Ferdinandi* Consiliarium, & Ditionum *Ehinganae Schelcklinganae* atque *Bergensis* Praefectum, nec non *Paullum ab Appenhouen* Caesareae Majestatis & Serenissimi Archiducis Consiliarium, atque Prouinciae Sueuicae Praefectum Compositione *Joannes Christophorus* Successor solutis mille florenis i) ab hac se peste liberauit.

Eodem Anno eodemque Mense Decretum ab eodem *Christophoro Duce Wirtenbergensi* accipit, quo *Hainricum de Stain*, qui a *Wolffgango Duce* & *Palatino* equos coëmere, militisque conscribere missus fuerat, vigili k) oculo *obseruare*, eumque, denegata de nil nocendo cautione, transitu prohibere *jubetur*. Abbatem Imperii Constitutionibus, Ducisque Imperio stetisse; exinde manifestum, quod *Hainricus* datis ad *Christophorum* litteris, quarum copiam l) habemus, quidem fateatur, se & equos pro Domino suo coëmisse, & milites conscripisse, eosque *Nördlingae* collecturum; verum quum aut nullos aut certe paucissimos intra circuli fines coëgerit, eosque etiam sine omni Incolarum damno, onere vel molestia trajiciendos curaturus esset, se de libero eo minus posse dubitare itinere, quo amicum magis foueret Palatinus animum.

Prioribus jam annis scilicet 1567. *Philippus Hispaniarum Rex* 25. Januarii m) Litteras ad *Christophorum Wirtenbergiae Ducem Madrito* dedit, aliasque in nupero conuentu, vt audiuimus, ejus Soror *Margaretha* Parmae & Placentiae Dux, atque Brabantiae Gubernatrix *Vlmae* perlegi curauit, queis a circuli sueuici statibus contra seditiosos *Belgas* auxilium petierunt. Verum quum eo praecipue tempore tantis intra & foris Romanum Imperium premeretur Bellorum motibus, vt n) quum ipsi Circuli nostri Directores *Marcus Sitticus* S. R. E. Cardinalis & Episcopus Constantiensis, atque *Ludouicus*

h) *Tom.* 27. *pag.* 177. i) *Ibid. pag.* 382. k) *Ibid. pag.* 129. 130. & 131. l) *Ibid.* m) *Tom.* 27. *fol.* 13. n) *Ibid. fol.* 181.



Dux Wirtenbergensis, *Filius Christophori* nuper defuncti Mandato caesareo coacti ad diem 20. Martii Conuentum *Vlmae* celebrandum indicerent, atque talia Deliberationis capita proponerent, quae vix aut ne vix quidem statui tolerando essent, omnis de ferendo externis auxilio disparent Cogitatio. Quin ipse *Maximilianus Imperator* dato ad Circuli Directores Diplomate, cujus Apographum ad Abbatem nostrum o) mittente Duce peruenit, praecepit, vt status ad soluendum, quod anno priori Mense Septembri *Bingae*, & Nouembri *Coloniae* promisserunt, pro *Bello Gottico* subsidium adigerent. Verum Abbas noster hoc Praeceptum praeuenit, numeratis jam 21. Januarii p) Rauenspurgi pro rata pecuniis. Nec hoc solum erat, vt facile conjecturare licet, quod pendi ab Joanne vectigal debuit; omni pene Mundo in arma & neces moto. Adeo sane, vt anno 1574. in Cammera Imperiali remissionem petere necesse fuerit, quemadmodum ex Litteris Doctoris *Joannis Vestii* eodem anno 4. Nouembris ad Cancellariae nostrae Praefectum *Jacobum Hyllisonum* datis intelligimus. Id quod nemini mirum videbitur, si praeter communes hujus aetatis Aerumnas singulares Monasterii nostri perspectas habuerit. Annum etenim prope nullum toto sui regiminis tempore ab omni calamitate liberum vidit. Vt enim nihil dicam de grandine, quae anno 1569. 3. Julii omnem prorsus segetem in *Schlier Carsee*, *Sibertsreuthe*, *Grumbach*, *Bodneck*, *Anckenreuthe* ac in circumjecta Regione deuastauit: nihil de sterilitate terrae, quae anno 1571. tanta erat, vt ex tot Vinetis, quae Monasterium possederat, ne vnica quidem vini gutta, & ex agris frumenti ferme nihil Vineis nostris illata fuerit: nihil de asperrimo Hyemis frigore, quod sub finem anni 1572. & sequentis initium vniuersum nedum lacum potamicum gelu suo constrinxerat, verum etiam vites plerasque, & sementem ferme omnem necauit; nihil denique de inundatione Schussae, qua anno 1573. 10. May, in quam Festum Pentecostes inciderat, effusus super ripas amnis non campos tantum operuit, sed etiam secum auexit, plurium annorum spem depopulatus, adeo, vt notus Ephemeridum scriptor ad anni sequentis vigesimam septimam Julii diem tristissimam hujus aeui imaginem rudiori quidem penicillo, sed viuacissimis coloribus depingit in haec ferme lamenta compulsus. Luctuoso hocce tempore tanta erat in Monasterio rei familiaris angustia & Paupertas, vt vinum emi in foro debuerit, quod etiam tam acidum erat, & insipidum, vt vix bibendo esset. Nec melior nostri granarii conditio fuit, quod eo vsque exhaustum erat, vt colonos nostros ad secandam Messem,

o) *Tom.* 27. *fol.* 197. p) *Ephem. Christoph.*

Messem, terendamque prope ante Maturitatem necessitate adactus compellerem, nec tantum accepi, quantum alendis nobis absque facta praecipue a Rauenspurgensibus emtione suffecisset. Tantam insuper penuriam pecuniarum raritas plurimum auxit, quae sane tanta erat, vt Abbas multa Praedia & jura non solum *Ottoburanis*, *Memmingensibus* aliisque diuendere dedebuerit, sed etiam *Paullo Mangoldt* soluendo domus emtae pretio impar esset. Vt nihil, inquam, de his omnibus, dicam lues contagiosa anno praesertim 1574. nostra in Regione tanta Saeuitia grassabatur, vt ejus tyrannidem nouem duntaxat sacerdotes, ac vnus Frater professus, vt vocamus, euaserint, *Priore*, *Cellario*, *Custode* aliisque Peste necatis. Reuerendus quoque P. Subprior pede fallente per scalas lapsus ceruicem fregit.

Nec hic quoque Calamitatum finis erat. *Altdorffenses* etiam quasi juncto cum *Praefecto prouinciali* foedere in nostram conjurasse perniciem videbantur. Tam indigna enim, contra nos subditosque nostros moliebantur, vt, quamuis Abbas Litteras Fundationis, aliaque Diplomata & jura sua defendenda produceret, a suis tamen Vexationibus desistere nullo modo voluerint. Quare anno 1571. 6. Martii binas Oenipontum perscripsit Litteras, q) alias ad D. *Joannem Georgium Velserum Baronem in Zinnenburg* Archiducis Ferdinandi Consiliarium aulicum, alias ad D. *Justinianum Moserum* vtriusque juris Doctorem ejusdem Archiducis Consiliarium & Superioris Austriae Praefectum, in quibus de injuriis acceptis vehementer questus, vtriusque opem atque auxilium contra injustas Machinationes implorat. Spei successisse euentus videbatur. Commissarii enim, seu arbitri r) anno 1572. 2. Decembris ad lites decidendas, id quod Abbas petiit, *Vlricus Comes de Montfort*, *Carolus Comes de Zollern*, *Wilhelmus Abbas Kreuzlingang*, & *Ordinis Teutonici Magister* deputati sunt. Verum *Altdorffenses* Caussae suae aequitati parum aut nihil confisi per multas ambages conuentum prorogabant. Abbas ergo cunctationem pertaesus, Ipse *Oenipontum*. proficiscitur s) rei decisionem a *Ferdinando* rogaturus. Archidux precibus simul & pacis amore compulsus anno 1573. 25. Martii Litteras t) dedit, queis omnia Monasterii Jura, atque Privilegia confirmat, roborat, atque, vt inuiolata permaneant, decernit.

Verum

q) *Tom.* 27. *fol.* 241. r) *Ibid. fol.* 291. s) *Ibid.* 310. t) *Eodem T. & f.*

 

Verum jam ad priora redeamus anno 1569. 18. Januarii *Maximilianus* Imperator datis ad Abbatem nostrum *) litteris, mandat vt a *Christophoro Lucio Reichle a Meldeck* pro se, & tum quoque nomine *Christophori Georgii*, atque etiam defuncti Fratris sui *Christophori Matthaei Reichle a Meldeck* Nepotum suorum *Caroli* & *Lucii* Sacramentum Fidelitatis Constituto ad id intra 18. Januarii & S. Georgii diem termino, exigat, atque auctoritate caesarea suscipiat. Eodem quoque anno 10. Junii Abbatissa *Buchauiensis Jacobaea* L. B. a *Schwarzenberg* & *Hohenlandsperg* data u) Epistola petit, vt *Christophorus Creizer* Abbati a Secretis vna cum *Rudolfo a Brasperg* in *Humeradt*-*Riedt* inter se & Abbatissam *Hegbacensem Luciam Arbitri* subire officium veli[t]. Quum enim multo jam tempore vtrasque inter Abbatias ratione seruorum suorum, quos homines *Cornelios* **) vocauerunt, in dictione *Hegbacensi* degentium controuersia vigeret, precari se, vt suis nollet deesse precibus.

Anno

u) *Tom.* 27. *pag.* 191.

*) Maximilian der ander von Gottes gnaden Erwelter Römischer Kaiser, zu allen zeiten Merer des Reichs etc. Ersamer, lieber Andechtiger, Wir haben vor der zeitt vnserm vnd des Reichs lieben getrewen Christoff Luzen Reichle von Meldeck für sich selbst, vnd anstatt seines Brudern Christoff Georgen Reichle, vnnd dann weilandt Christoff Matthesen Reichle von Meldeck auch seines Bruders nachgelasner zwayer Söhne Carl vnd Luzen etlich Stücke vnd güter, so von vns vnd dem Hailigen Reiche zue Lehen rüren, zu Lehen gnediglich verlihen, Innhalt vnsers darüber verfertigten Kaiserlichen Lehenbriefs, Vnd ob wir wol damalen deinem nechsten vorfarn, weilanb Abbt Gerwicken zu Weingarten etc. von bemeltem Reichle angeregter Lehen halben, an vnser stat gewöhnlich Glübd vnd Ayde anzunehmen beuolen vnd auferlegt, so solle doch solche Lehenspflicht, von wegen gedachts deines vorfaren eingefallenen tödlichen Abgangs, bis daher vnerstattet verpliben sein, Damit nuhe hier Inn die gepür entlich auch eruehre, So ist vnser gnediger Beuelch, das du von bemeltem Christoff Luzen Reichle für sich selbst, vnd Im Namen, wie es ob steht, die berürte Lehenspflicht zwischen dato diz Brifs, vnd S. Georgen tag nechstkönfftig, von vnsern wegen empfahen vnd aufnehmen, vnd er thue dieselb Inn bestimpter zeit, oder nitt, vns dessen vnder deinem Insigel zu vnserer Reichshof Canzley schrifftlich berichten wöllest, daran thuest du vnsern gefelligen gnedigen willen vnd Mainung. Geben Inn vnser Statt Wien, den achzehenden tag des Monats Januarii Anno etc. im Neün vnd sechzigisten, vnsrer Reiche des Römischen im Sibendten, des Hungerischen im Sechsten, vnd des Behaimischen im zwainzigisten.

**) *Id est: homines S. Cornelio Pontif. & M. vtpote Ecclesiae Patrono mancipati.*

Anno 1570. 16. Aprilis Abbas noster Litteras w) *a Martino* Abbate *Wibgano* accepit, quibus Summo is studio contendit, vt praesentem Fratrem *rtholomaeum Labacensem*, sibi ab Abbate *Neresheimensi* transmissum in suum nearum Monasterium admittere dignetur.

Eodem Anno 1570. *Fridericus* Episcopus *Herbipolensis* misso cum Litteris ıncio ab Abbate Religiosos, & inter eos praecipue *Joannem Rammingen* ɔ Monasterio *Bancensi* petit, cujus Petitioni quoque consensit Abbas, atque .: May ejusdem anni dictum Joannem pro tempore Culinae Praefectum nedictione impertita dimittit, dato Negotio, vt, si aut loci situs, aut vi- conditio displiceret, ad Matrem rediret. Rediit etiam quinto statim Judie, sed non alia de causa, quam vt Joannem *Christophorum* *) *Raitner* ibidem

w) *Tom.* 27. *fol.* 219. Ersamer Lieber Andechtiger. Wir haben auf dein Jüngst allhie bey vns mündliches vnd schrifftliches anbringen vnd Supplication darum du vns gebetten, nit vnderlassen fernern bericht ein zue ziehen, der Unns auch eruolgt. Nun seind Wür gleichwoll gar nit Bedacht dein Gotzhaus mit ainichen Newerungen wider desselben habende Fundationes Freyhaiten: Confirmationes, verträg oder Alter herkhomben beschweren zue lassen, sondern viel mer genaigt, dich vnd dein gotzhauss darbey hand zu haben. etc. Geben in Unsrer statt *Ynnsprugg* den 25. Martii Ao etc. 73. Ad Mandatum Serenissimi Domini Archiducis proprium *Jacobus Holtzapffel:*

*) Friderich von Gottes Gnaden, Bischoff zu Wirzburgk vnd Herzog zu Franken, Vnsern günstigen gruſ zuuor, Ehrwürdiger lieber besonder, Wir haben eüer Schreiben, belangende eüere Conuentualen, das Ir nun vff vnser Jüngst an eüch derwegen beschehen schreiben, Ine Ramigern hieher geschickt, dessen thun wir vns gegen eüch mit gnaden bedancken, vnd haben darauff nit vnderlassen, mit Ime gnedig zu handlen, sich zu einem Abbt vnnsers Closters Banz zu gebrauchen vnd der Prelatur daselbsten zuunternemen, Ime auch alsobalden eine Copey einer Summarischen gestellten Capitulation, wie vnd welcher gestalt er sich zu solcher Ime fürgeschlagener Prelatur, zum geistlichen vnd weltlichen sachen verhalten solle etc, zugestellt, Aber so uiel befunden, das Ime solche Prelatur, benieben ettlichen andern der Capitulation einuerleibten Puncten, one vorwissen eüer, als seines Prelaten. anzunehmen ettwas auch seiner Person halben, beschwerlich vnd bedencklich, vnd derwegen sich dahin vernehmen lassen, dass er ein solches, vnd was mit Ime gehandlet worden, zuuor an eüch gelangen lassen, vnnd Bescheids gewertig sein, vnd weſſ Ir Ime also hierinnen Räthig sein werden, das er demselben gebüerliche Folg thun

 wölle,



ibidem Epiſcopi voluntate ad Abbatialem Dignitatem Bancenſem promouen—dum ſecum abduceret, ipſius *aurae*, ſi tamen per ſuam vellet, & etiam pe ſui Abbatis voluntatem liceret, Abbas conſtituendus. Quum vero Abbas i id conſentire nollet, cauſſatus, ſe aptis quoque Viris domi indigere, *Joannes* 21. Auguſti *Herbipolim* reuerſus eſt. Anno 1574. denuo Vineas redux Negotiorum cauſa factus, 3. Julii in loco Profeſſionis & Mortem & tumulum inuenit, peſte breues intra dies conſumtus.

Eodem quoque anno II. Kalendas Julii a *Petro Caniſio* Societatis Jeſu litteras accepit, quarum apographum hic habes: Reuerende Praeſul, Verbi ſinceriorisque Eccleſiae noſtrae defenſor ac Pater optime! In vltima mundi hujus ſenecta, qua omnia ad vltimam metam procedere, ac jam jam corruere videntur, Deus Eccleſiam ſuam ſanctumque ſuum coetum mirabili potentia ac diuinitate a multiuariis Haereticorum telis venenatisque Dogmatibus illeſam ac incontaminatam conſeruat, idque in diuinis praeſertim, quae ſingulari diuinoque ſpiritu excitat, Ingeniis operatur. Videt enim, quanta dulce-

wölle, welche wir Ime dann ganz vnd zwar nicht verdencken können, Inn anſehung, des erſtgemelts vnſers Cloſters Banz ſachen, vmb erlittenen Kriegs vbungungen, vnd Inn ettwas weitleüfftigkeit erwachſen,

Weſſ nun eüer vnd ſein gelegenheit hierinnen ſein wurde, deſſen werd Ir vnns Inn Schrifften hinwider zuuerſtendigen, vnns darnach zurichten, vnd nach einer andern Perſon, ſo hierzu zu geprauchen, zu trachten wiſſen, etc.

Wir haben auch dabeineben, damit er In vnſern gegen Ime tragenden gnedigen Willen Im Werk ſpuren möge, nicht vnterlaſſen, Ime vnſer Cloſter Aura, eüers ordens ſo wol, als Banz, fürzuſchlagen, welches aber gleichwol mit dem einkomen ettwas geringer, aber doch auch ſeinen Profitirten Orden alſo anrichten, das er wol dabey geruewig vnnd one groſſe müheſambkeit ſein vnd bleiben könnte, Wie Ir dann, wo es euch alſo vff einen vnnd den andern Weg fürſchlegig, vnnd Ir eüch hierinnen gegen vns ercleren, wol Im Werk ſpüren vnd befinden werde,

Welches alles wir eüch hiemit vff eüer ſchreiben diſmals In Antwort günſtiger gnediger mainung nicht verhalten wöllen, vnnd gewarten hieruber, euerer, weſſ Ir zethun gefinnt, richtiger Antwort, vnns vm ſouiel deſto mehr darnach haben zurichten, vnnd ſeindt auch daneben gunſtigen gnedigen Willen zuerzeigen wol gewogen, Datum Inn vnſer ſtatt Wirzburgk den 30ten May Anno 1570.

Idem FRIDERICVS Eps etc. M. ppr.

dulcedine perniciofa Aduerfariornm tela, quibus Ecclefiam fuam inuadunt, exafperata fint. Quibus vt praeueniat, doctrina ac pietate praeclaros vbique Viros, quos Ecclefiae fuae praefactos conftituit, quique diuino fpiritu inflati Ecclefiam fuam veraci verbo a crudelibus Haereticorum Doctrinis protegunt, eligit, ac diuina fua Clementia exfufcitat. Inter quos Ecclefiae noftrae Defenfores numerandus doctiffimus hic Adolefcens *Joachimus Tydichius Berlinenfis*, Artium ac Philofophiae Magifter, praefens Litterarum mearum oftenfor, loci honorisque plurimum meretur, qui licet aetate adhuc juuenis, multum tamen Ecclefiae Catholicae faluti fcriptis fuis manifeftiffima Lutheranorum mendacia aperiendo, elegantiffimis nempe *Verfuum concinnitatibus* paffim in *Germania aeditis* inferuiuit. Quem venerandum Adolefcentem propter ejus Summam modeftiam, probitatem, pietatem, ac Excellentem doctrinam, inter reliquos doctos Catholicae noftrae Veritatis Defenfores vnice paternitati tuae commendo, quem praedictum *Magiftrum Joachimum*, fi vel Conditionis genere apud te honefto gratificari, vel beneficiorum tuorum liberalitate, quae fidelem Praefulem decet, clementer adjuuare poteris, illud vel Matris noftrae Ecclefiae nomine, cui hic Defenfor conftitutus es, facere ne dedigneris, fubmiffe a te peto, atque contendo. Eft enim dignus hic Adolefcens, vt clariffimorum Virorum ope & auxilio ad honeftum ftudiorum fuorum finem adjuuetur. Ipfe denique ne vel tua vel aliorum magnificorum Praefulum beneficia ipfi collata vana fed operaria fint, fumma gratitudine efficiet. Hac in re mihi & honefto huic adolefcenti inferuies, perpetuo me tibi amore deuincies, ficque huic doctiffimo ftudiofo, alumno noftro promtus (ceu fpero) fueris, Ecclefiae noftrae faluti multum gratificaberis, Deo autem Summo te Cariffimum exhibebis. Qui Reuerendam Paternitatem tuam diu nobis incolumem feruet, in Ecclefiae fuae triumphum & rerum publicarum conferuationem. Datae Auguftae Rhetiae 2. Kalend. Julii Anno Redemtionis MDLXX. Reuerendae Paternitati tuae in omnibus deditiffimus *Petrus Canifius* D. Societatis Jefu Theologus *haereticaeque Prauitatis per Germaniam Inquifitor* manu propria.

In Summa quoque Egeftate Praedeceffores noftros a Difciplinae rigore haut difceffiffe, & ideo exteris quoque Regionibus honori atque venerationi fuiffe, nedum adducta, fed & adducenda luculento argumento erunt. Effufam hisce praefertim temporibus Dei vindicantis iram non folum fuper Monafterium noftrum, fed & fuper totam, qua late patet, Germaniam fuiffe, imaginari nobis

 vel



vel ex dictis possumus. Vt ergo Abbas & iratum Numen placaret, & alios suo & filiorum suorum Exemplo ad simile factum pertraheret, annis 1569. & praesenti 1570. noua cum circa officium diuinum, tum etiam circa Disciplinam Monasticam a) statuta condidit, eaque adjectis contra transgressores poenis strictissime obseruanda praecepit. Ex viginti sex punctis, queis hac leges continentur, aliqua tantum Breuitatis amore adducam. I. Singulis diebus dato hora duodecima nocturna signo *Matutinum* clara & intelligibili voce recitetur, omnesque ibidem nisi aliis muneribus occupati quotidie compareant, excepto vno tantum die, quo singulis juxta *senii ordinem* facultas dormiendi conceditur. Contra facientes primo Verbis, secundo aquae potu subtracto vino, tertio pane & aqua, quarto denique majoribus poenis coërceantur. II. Prior vel Subprior semper vnus saltem in Choro adsit, vel iis absentibus *succentor* Chorum dirigat. III. Media septima detur signum ad Primam cantandam, quam subsequitur Psalmus de Profundis, & Feria VI. septem *Psalmi Poenitentiales* cum *Lytaniis*. IV. officium conuentuale quotidie cantetur, atque etiam post Mensam Nona. V. Missae fundatae vt sedulo legantur, Prioris curae incumbit. VI. Ratione jejuniorum hic seruetur ordo: *Die Dominica* Prandium & coena: Feria II. Neutrum. Feria III. vtrumque. Feria IV. solum Prandium. Feria V. neutrum. Feria VI. & Sabbatho solum Prandium. VII. Porta conuentus clausa custodiatur, nec peruia sine superioris facultate secularibus sit. VIII. Nullus sine completo officio id est sine Matutino Horisque Canonicis sacrum faciat, contra faciens Excommunicationi subjaceat. IX. Singulis saltem Diebus Dominicis, & festiuis singuli sacerdotes sacris operentur. X. Denique strictissimam in Domimitorio seruitur silentiam, nec quis nisi obtenta prius a superiore conuentus facultate Aulam accedat. Cetera cum nostris vel omnino concordant, vel saltem ab iis non multumdiscrepant.

Anno 1571. 1. Februarii Litterae b) Vineas delatae ad manus Abbatis peruenerunt, quibus *Wolffgangus Prentzich* a *Jungingen* in Hasenweyler & Bethenreütte triste arcis suae nuper concrematae nuncium mittit, simulque petit, vt Abbas subditis suis Ligni igniarii seu ad focos destinati collectionem pro justo pretio concedere velit, non petiturus, si ad restituendas aedes propriis non indigeret syluis.

Vnde-

a) *Tom.* 27. *fol.* 208. & *Ephemerid.* b) *Tom.* 27. *fol.* 233.

Vndecimo ſtatim ejusdem Menſis Die *Marcus Sitticus* S. R. E. d) Cardinalis & Epiſcopus Conſtantienſis atque *Ludouicus Wirttenbergiae Dux*, Circuli Directores, ſtatuum Conuentus ad 12. Martii *Vlmae* indixerunt, praemiſſis Deliberationis inſtituendae Momentis. Inter quae vnum ex praecipuis eo ſpectabat, vt *Carolo Marchioni Badenſi* e) factae *octo millium* florenorum, tranſeunte *Milite Gallico*, Expenſae reſtituantur; atque conceſſae ad muniendos Hungariae limites pecuniae numerentur. Eodem anno 14. Junii *Wilhelmus Palatinus Rheni*, & vtriusque Bauariae Dux datis f) gratioſiſſima Manu Litteris petiit, vt Abbas *Wolffango Felber* officiali ſuo ſaculatem concederet, ſe & Principem conjugem ſuam, Thermis *Wembdinganis*, vſuros comitandi. Id quod tanto contendit ſtudio, vt adderet, ſe nec ab Abbate *) repulſam nec a *Felbero* Excuſationem praeſtolari. Quare curaret, vt die Veneris SS. Apoſtolis Petro & Paulo ſacra, 29. Junii *Wembdingae* certo adſit, ſibique ſuam praeſentiam indicari faciat.

Non multo poſt nempe 18. Julii Abbas in Curia Conſtantienſi *Ludouicum* g) *Diettrich* dicti Capituli Praefectum in jus vocauit, quod a *P. Joanne Göttling* Monaſterii ſui Capitulari, & pro tempore *Hagnouiae Praefecto* Cenſus contra fas & nefas extorſerit, eosque, vtpote absque debito & jure ablatos, reſtitui petit; quod & judicum ſententia compulſus fecit, talesque, quos ſaepius tentauit, ſeuere Caſtigatus dedidicit.

Inter tot tantasque hujus ſeculi calamitates Nuncium a *Gabriele de Taxis* Veredorum h) Magiſtro *Oeniponto* habentis anni die trigeſima Octobris ad Abbatem perſcriptum mira omnium vultus animosque voluptate perfudit. In hanc maxime ſententiam exaratae ſonabant litterae: duos 24. hujus Menſis Nuncios *Venetiis* Oenipontum ad Aulam caeſaream ſumma celeritate delatos edixiſſe: 7. ejusdem Menſis claſſem turcicam noſtra fuſam fuiſſe, Nauibus actuariis 186. captis, quadraginta ſubmerſis, totidemque in fugam conjectis. Quinquies mille captiuos Venetias ductos, totidemque in nauibus trucidatos fuiſſe, exceptis 1300. Chriſtianis, inter turcas mancipiorum more ligatis, qui ſedulo ſeruati, atque libertati redditi fuiſſent. Vnicum, quod

 tantae

d) *Tom.* 27. *fol.* 234. e) *Ibid. fol.* 236. f) *Tom.* 27. *fol.* 248.

*) Verſehen vnns bey Euch durchaus khaines Abſchlags, vnnd gegen Ime Wolfen ainiger Ausrede etc. *München* den 14. Junii Ao. etc. 71.

g) *Tom.* 27. *fol.* 246. h) *Ibid. fol.* 245.



tantae Exſpectationis victoriam funeſtam faceret, eſſe Vulnus, quo *Joannes de Auſtria* ſupremus Chriſtianae claſſis Praefectus infelici alea transfoſſus absque vlla ſalutis ſpe decumberet.

Sequenti mox anno inter congregatos Vlmae Menſe Januario ſtatuum Sueuicorum legatos magnae exortae ſunt controuerſiae, de quibus noſter ſimul & Ochſenhuſanus Comiſſarius *Georgius* i) *a Tierberg* in *Wildentierberg* his inter alia verbis ad Abbatem meminit: Nudius tertius, id eſt, 14. Januarii (nam hae Litterae 16. ejusdem Menſis datae ſunt) electis mane deputatis, poſt Prandium Legatus *Badenſis* in medium progreſſus, factam Superiori jam anno Poſtulationem inſtaurauit, Propenſis tamen non adeo in hanc rem ſtatibus, inter Doctorem *Kilianüm Bertſchiz*, & *Doctorem Rhamen* graues vtrinque lites excitabantur. Proxima die ſtantibus ſua adhuc ſententia Praelatorum Comitumque Commiſſariis, ſuum retinuere votum *Legati Wirttenbergenſes*, creditae Poteſtatis defectum cauſſati. Verum *Legati Conſtantienſes* hac de reſponſione vehementer mirati, repoſuerunt: contra primarias eſſe Foederis hujus regulas, ſi vnus alterue ſtatus factis *per Majora* concluſionibus repugnare, aut etiam contra eas tantum excipere poſſit. Egreſſis ad haec Verba *Wirttenbergenſibus*, ceteri deliberationem proſequuti ſtatuerunt, diſceſſum delegatorum potius, quam Delegantis culpam cenſendum eſſe, & ideo Conuentum multis inceptum ſumtibus non tantum non diſſolvendum, ſed proſequendum omnino, atque finiendum, relicta poſtmodum Caeſareae Majeſtati ſuper aequum aut iniquum deciſione.

Perlectis itaque primum litteris, quas Nuncius *Norimbergenſis* a Congregatis *Francofurti* Imperii Deputatis adtulerat, queis conuentus Abbatum Feria II. poſt Dominicam *Reminiſcere* indicebatur. Tranſitum ad Certum Monetarum ordinem ſtatuendum, decretumque eſt, vt in poſterum nullibi niſi *Stutgardiae*, *Auguſtae Vindelicorum*, atque *Tettnangae* ejusmodi officinae erigantur, atque tolerentur. Poſt multa alia tandem quatuor Commiſſarii, ſciex ſingulis ſtatuum ſubſelliis vnus, qui in Poſtulationes *Caroli Badenſis* inquirerent, conſtituti ſunt, dato negotio, vt expenſas quibus ad propriae Ditionis tutelam vſus fuerat, ab iis, quas ad Circuli Defenſionem inſumi neceſſe fuit, ſejungerent, & poſtero die de poſterioribus in pleno conſeſſu referent. Ad hanc Prouinciam obeundam electi ſunt ex Ordine Principum *Campidonenſis*, Praelatorum, *Ochſenhuſanus*, Comitum *Fürſtenbergenſis*, & Ciuitatum denique *Vlmenſis*.

Qnum

i) *Tom.* 27. *fol.* 267.

Quum hoc ipſo Anno D. *Leopoldus Dickius a Hillprandtsegg* vtriusque ris Doctor, Caeſareae Majeſtatis Conſiliarius, ejusdem in judicio Camerae iperialis Aduocatus, atque etiam noſter ibidem Procurator vita functus ceſſiſſet, Abbas datis die 22. Martii k) Litteris DD. *Joannem Veſt*, *Sebaln Syluium*, & *Wilhelmum Hegelin* in ejus locum ſubrogauit. Eodem quoe anno 1572. die 10. Septembris *Joannem Cun* nuper in Praepoſitum Ecſiae Collegiatae *Bettenbrunnenſis* electum auctoritate apoſtolica confirmauit, mque per ſubdelegatum Decanum Capituli ruralis Linzgouienſis inueſtiri cuuit. Paucis abhinc Menſibus vigeſima ſcilicet quarta Nouembris die Vineas Circuli Rhenani Superioris Deputatis Vormatiae congregatis l) adlatae ſunt erae, quibus ſignificant, Ducem Lotharingium 21. & 24. Julii elapſi diebus *liſcum & Lambergam*, atque duo Monaſteria Lynngfelden & Wattgaſſen arita manu contra Imperii Conſtitiones adgreſſum, in ſuam Poteſtatem redegiſſe. ium igitur priora jure Nuptiarum cum *Margaretha Ludouica Comite de Bitſch* ntractarum ad *Philippum Comitem Hanouiae* pertinerent, poſteriora autem vtite in *Comitatu Saroepontano* ſita in Clientela D. *Joannis Comitis Naſſouiae* eſſent, rosque Comites ſuas ad Circuli ſtatus detuliſſe querelas, petentes vt Lotharinis ad reſtitutionem compelleretur, quum igitur haec res totius Imperii ſalun, conſtitutionum ſanctitatem, publicamque ſecuritatem quam maxime conneret, rogare ſe, vt ceteri quoque ſtatus junctis ſecum precibus Caeſareae ijeſtatis opem auxiliumque implorarent. Qua de caufa *Marcus Sitticus* S. R. E. rdinalis Epiſcopus Conſtantienſis, & *Ludouicus Wirtenbergiae Dux*, Circuli euici Directores datis anno 1573. 10. Januarii litterisſtatus ad diem Donicam *Inuocauit* 8. Februarii conuocarunt, ſtatuta ſequenti ad Deliberation incipiendam die m).

Reliquo, ſicut & omni, vt jam innuimus, Regiminis ſui tempore cum llo, Fame & Peſte luctauit, Joannes Abbas vt adeo in Monaſterii vtilitan aut decorem facere aut parum, aut nihil potuit. Fieri quidem anno 72. 2. Auguſti per *Valentinum Weyshaupt* aurifabrum *Sarcophagum argenteum* ſeruandas ſanctorum reliquias Marchdorffii curauit, qui hodiedum inter tera S. Supellectilis ornamenta viſitur, atque etiam praeter Abbatiale Conue Capellam in Neſſenreben, quae anno 1575. in honorem SS. Wendei, Conradi Epiſcopi & Vrſulae dedicata eſt, domumque Villico ibidem dificauit, eo quod locum iſtum pecoribus alendis aptaſſet; verum quid haec

k) *Tom.* 27. *fol.* 279. l) *Ibid. fol.* 298. m) *Ibid. fol.* 296.

haec reſpectu praediorum, quae alienauit? anno jam 1569. Ottoburanis *Boeningen*, & anno 1570. Memminganis quosdam pecuniarios Redditus, nec non & alia jura, quae Monaſterium in & extra ciuitatem habuit, vendidit. Id tamen Neceſſitate magis, quam luxu inductus feciſſe videtur, ſi & ſeculi Iniquitatem, qua vixit, & magnorum Virorum Exiſtimationem, qua fruebatur, conſiderauerimus, quae ſane tanta erat, vt vix ante Mortem adhuc quarta ſcilicet Octobris die anno 1575. a Celeberrimo Comite *Joachimo a Fürſtenberg* & *Hailigenberg* Litteras propria manu ſubſcriptas acciperet, in quibus eum *Compatrem* ſuum vocare dignabatur. Quod coaeui ſcriptores praecipue in Eo carpunt, eſt, quod plerumque domo abſens in Caſtro *Wormbrechts* ſeu *Wanbrechtz* habitauerit, &, licet deſperatus prope eſſet Vineae ſtatus, *Muſicam* magnis ſumtibus aluerit. Nomen ſuum aeternae hominum memoriae traditurus, inſigne ſibi conſtrui *Mauſoleum* fecit, quod tamen poſtea vt in Ephemerid. Bucellinus ſcribit, *Georgius Abbas*, tamquam aliquid ſimplicitati & Paupertati monaſticae contrarium dejici praecepit.

JOANNES CHRISTOPHORVS RAITNER, ABBAS XXX.

Primam hic Abbas Lucem Altdorffii, Pago ad Pedem noſtri Monaſterii ſito, anno 1545. die 22. Seprembris die Veneris hora quarta antemeridiana ſub ſigno Tauri vt ipſe n) ſcribit, adſpexit. Patrem habuit *Joannem Raitner* Monaſterii in *Hagnau* Procuratorem, Matrem *filiam Fratris Gerwici* Abbatis noſtri, a quo etiam anno 1556. 30. Octobris o) cum *Chriſtophoro Felber* ad Nouitiatum adſumtus, ſexta Nouembris die anno 1558. cum eodem Sacramenti ſolemnis ſponſione Benedictinae ſe Familiae adſtrinxit. Omnem Gerwicus mouebat lapidem, vt Pronepoti ſuo alium inſpiraret animum, multa ei dura & aſpera vaticinatus. *Cognate!* inquiebat ſaepenumero, ſi p) *Turris etiam faſtigio inſideres, vix quae te exſpectant Fata, oculis definire poſſes.* Et ſane quum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, vt poſtea videbimus. Anno 1560. 26. Junii *Dilingam* ad ſtudia miſſus, anno 1552. Menſe Martio aeger Lectica Vineas delatus eſt. Verum ſanitati reſtitutus eodem anno 10. Auguſti denuo Dilingam rediit, ibique permanſit, donec anno 1564. 25. Aprilis ab Abbate cum confratribus ſuis domum reuocatus, docendis pueris praeponeretur, ceteris Friburgum miſſis. *Noluit enim Gerwicus*, vt ipſe *Joan-*

n) *Ephemerid.* o) *Ibid.* p) *Ibid.*

Joannes Christophorus *) loquitur, *nos*, *Jesuitis Vniuersitate potitis*, *Dilingae commorari*. Mox 9. Septembris hoc anno ordinibus minoribus, atque Subdiaconatu, & tertia decima Aprilis anni insequentis Diaconatu initiandus Constantiam abiit, & tandem anno 1568. die 25. Aprilis *Quasimodogeniti* primam ad aras litauit Hostiam, insequenti statim anno 12. Februarii die rei frumentariae praefectus. Quod quidem munus, vsque dum anno 1575. die septima decima Nouembris Abbas eligeretur, strenue & fideliter exsequutus est. Nunc demum summo, quo Monachus potest, fastigio constitutus, quum, quod ei Gerwicus praedixit, nullum cerneret calamitatum finem, hac se Dignitate anno 1586. die 10. Nouembris abdicauit, Morti obuiam iturus; quam etiam anno 1590. 27. Decembris offendit, in Capella B. Virginis terrae mandatus.

Primo statim regiminis sui anno, vt erat simplex & rectus corde, gressus suorum in semitis Domini directurus, leges q) condidit ab omnibus Monasterii famulis sub poena Dimissionis obseruandas. Compendium compendio habe! I. Omnes se nedum catholicos profiteantur, sed etiam catholice se gerant; & ideo singuli caueant, ne aut in officio diuino negligentes, aut in prophanando Dei nomine procliues inueniantur. II. Omnes ab Infimo vsque ad summum quotidie vni saltem sacro intersint. Negligentes admoneantur, contemnentes dimittantur. III. Ab omni loquacitate, pacis & caritatis inimica, abstineant, suaque absque omni doto, & fraude faciant, nec se vel in minimo deprehendi sinant, ex quo aliquid Damni aut incommodi obuenire Monasterio possit; secus certissimo dimittendi. Post haec Officiales suos tam sacros quam profanos r) ad se vocauit, inito cum iis consilio, qua potissimum via Monasterium aere alieno leuari, censusque expungi valeant? & vtrum ex Venditione arcis *Wormbrechts* hic queat obtineri finis? factam ibi conclusionem nullibi reperimus; uerum quum dictum Castrum anno primum 1613. ad *Wangenses* ciues transiit, ominamur, Debita aut majora fuisse, quam vt pretio hujus arcis solui potuerint; aut minora, quam vt ad ea delenda transiri ad Venditionem debuerit.

Non

*) Denn so bald die Jesuiten dahin kommen, wollt er vns nit mehr drunden lassen. *Ephem. ad* 25. *April.* 1564.

q) *Tom.* 4. *pag.* 412. r) *Ibid. pag.* 359.



Non Multo post Murum Vineam circum, Aulae *Hagnoniensi* adjacentem duci jussit, jura sua contra obponentes egregie s) tutatus. Aulae quoque abbatialis aedificium a *Joanne* 14. Aprilis anno 1568. inceptum, *Christophorus* prosequutus, ad Magnificentiam vsque euexit. Verum obtenta vix Perfectione anno 1578. die 8. Julii circa Noctis medium decem annorum labo magnorumque sumtuum opus paucas intra horas, nescio quo fato, in flammas & cineres redigitur. Et quod dolendum magis, praeter supellectilem variam & copiosissimam simul *Bibliotheca* Codicibus manuscriptis aliisque rarissimis antiquitatis Monumentis locupletissima, vix ante sinistra fatis forte Conuentu in Abbatiam translata, horrendum dictu! conflagrauit, pauci in patentes campos ejectis, & sic Posteritati conseruatis. Damno sane eo magis dolendo, vt aduertit *Georgius* Abbas, quo amissa recuperari minus possunt. Quin Litterae etiam, quas Abbas ex Archiuo penes se forsan habuit, igni in pabulum cessere. Quod jacturam omnem, vtvt maximam, & numquam resarciendam, longo internallo superat. Prae manibus Copiam, vt ajunt, Epistolae ad D. Jacobum Dapiferum datae habeo, in qua expertum pro instauranda fabrica Murarium petit: Cujus hoc est initium: Wolgeborner sonders lieber Herr, gueter Nachbar vnd *geuatter* etc. Datum Weingarten den 29. Julii anno etc. 78.

Jam priori anno 23. Octocris *Jacobus* S. R. I. Dapifer L. B. in Waldsee, Dominus in *Wolfegg*, *Waldsee Zeil* & *Marstätten* Romanae Caesareae Majestatis Consiliarius a *Rudolfo II.* procurante Lazaro a Schwendi L. B. in *Hohenlandsperg* Diploma t) pro se & Fratribus suis atque pro suis & eorum successoribus obtinuit, vt cujus in Pago *Schweinhausen* nouum erigi telonium possit. Verum quum postea circuli status, & praecipue *Andreas Abbas Ochsenhusanus*, atque *Magistrus Biberacensis* u) hac super nouitate, vtpote omnibus Imperii Constitutionibus contraria suas ad Caesarem deferrent querelas, *Rudolfus* dato anno Christi 1578. 17. Septembris *Pragae* nouo Diplomate w) Priuilegium concessum, tamquam sub & obreptitie obtentum reuocat, atque Dapiferum ad Expensas soluendas, condemnat.

Sequenti anno 1579. 11. Decembris Christophorus serenissimo Bauariae Duci, & Rheni Palatino *Wilhelmo* suum ob Mortem *Alberti* Patris dolorem data

s) *Tom.* 4. *fol.* 345. t) *Tom.* 27. *fol.* 396. u) *Ibid. fol.* 416. w) *Ibid. f.* 415.

ata *) Epistola testatum fecit, *Capellani*, vt erat, munere functurus. Lege re si relis, subjectam habes.

Oo 2 Multo

*) Durchleüchtiger Hochgeporner Herzog, E. Fl. G. seyen mein gepett gegen Gott, vnd vnderthenig gehorsam dienst zuuor, gnedger Herr, den tödlichen Abgang Weilundt des auch durchleüchtigen Hochgepornen Fürsten vnd Herrn Albrechten, Herzog in Obern vnd Nidern Bayren, meines gnedigen Fürsten vnd Herrn, hochlöblicher Gedechtnus, hab ich vnd mein Conuent mit traurigem gemüt angehörtt, vnd vernomen, dann obwol Ihre fürstliche gnaden, Als ain veste, vnd starke Saul der vralten Catholischen Römischen Kirchen in gemain alle gaistliches standes Personen vnder ihrem schuz vnd schürm, ganz vätterlichen fouiert, vnd erhalten, so hat doch derselben fürstliche erzaigte gnaden, vnd wolthaten, das gotzhaus Weingarten, vnd desselben baide nechst abgestorbne Prelaten, vielfeltigelich Im werk nuzlich gespirt vnd erfahren, derowegen thun E: F: G: wir semptlichen, als die Mitleidende, welchen solcher töddlicher abgang, so wol dero in teutschlandt, nach vberigen Catholischen gemaindt, als auch Ihr selbst halber, schmerzlichern angelegen, vnderthenigelichen Klagen, den allmechtigen Gott, demütigelichen bittende Irer E. G. Seelen gnad vnnd Barmherzigkait, (Alles dann aus vnzweiffentlicher zuuersicht wol zuuerhoffen) mitzethailen. vnd E. F. G. solches zuegestandenen Laidts durch andere glückliche zuefäll, miltigelichen widerumben zue ergözen, wie wir dann zue gewisserer erlangung, sollichs, vnd Erzaigung vnnsers vnderthenigen Mittleidens, Ire fürstliche gnaden nit allein in vnnserm Gotshaus, sonder auch allen anderen demselben zuegehorigen Probsteyen vnnd Pfarkhürchen Christlicher Catholischer ordnung nach besingen lassen, vnnd demnach E: F: G: nach tödtlichem ableibens Ihres geliebten Herren Vatters Hochloblicher Christlicher gedechtnus in die ganze Regierung aller hinderlassener Landtschaften, erblicher weis khomen, So thun zue derselben E. F. G. ich vnnd vormelt mein Conuent, von dem allmächtigen Gott, langwirige gesundthait, glickh Wolfart vnd vffnemen vnderthenigliche winschen, sein Almechtig miltreiche guettigkhaidt püttende, E. F. G. vorhabende sachen vnd Handlungen, dermassen mit göttlichem segen zeregiren, vnd anzeschickhen, das vnnder derselben vätterlichen Schuz vnnd schirm, die vralte Catholische religion, derselben zugewendte glider, vnnd alle Landtsessen, vnnd vnnderthonen in guttem friden vnnd Einigkhaidt erhalten werden, vnnd darumben, E. F. G. nach disem zergengelichenn Leben Ihm Reich Gottes. die ewige vnausprechliche Belonung empfachen mögen, mit angehennckhtem vnnderthenigem Pit, E. F. G. geruchen mich vnnd mein Conuent als derselben gehorsamen Caplön in herkhomnen gnaden, Jederzeit beuohlen sein zuelassen, das seind wier sampt vnnd sonderlich zuuorderst mitt vnnserm täglichen gepett, vnnd sonsten auch mit Leib vnnd guett vnderthenigs vleiss zuuerdienen erpiettig vnnd willig, dieselben Ihn den götlichem



Multo jam tempore magna inter *Helenam de Freyberg & Eisenberg* in *Kislegg & Neüenaltstetten*, atque *Joannem Vlricum a Schellenberg in Kislegg* controuersia cum in Curia Constantiensi tum etiam Moguntina ratione Nemoris *Pfaffenholz* dicti, actore *Michaële Reich* Parocho in Kislegg, agitabatur; adeo quidem, vt jam ante viginti annos Oppidi Kisleggiani Possessores ad dirimendam litem *) in *Gerwicum* Abbatem nostrum compromitterent, statuta in renitentem trecentorum florenorum mulcta. Mortuis autem haec inter litigia (vt *Christophorus* a) loquitur) *Gerwico & Joanne* Praedecessoribus meis, haec mihi Prouincia jam anno 1576. 24. Februarii *a Maximiliano II.* felicis recordationis demandata est. Quum tamen & IPSE ante conuentionem factam rebus humanis eriperetur, recens Electus Imperator *Rudolfus II.* Anno praecedenti 1578. 23. Decembris datis Litteris inter partes controuersas me arbitrum (sic ad Curiam Moguntinam & Constantiensem scribit) nominauit, dato negotio, vt, si amice componi non possent, juxta jus Praeuentionis, quod sylua testium religiosorum Fide tam in Petitorio quam Possessorio dubia sit, seclusa omni ad aliud vel Forum vel tribunal adpellatione sententiam ferrem. Datae Weingarten 20. die Junii anno 1580.

Simili sese Muneri anno insequenti 1581. 13. Nouembris eodem Imperatore, praecipiente in causa Debitorum Nobilis b) *Wilhelmi de Villepach* subjicere debuit. Prima statim anni insequentis die ab eodem *Rudolpho* ad *Comitia Augustana* vocatus, Votum suum *Matthaeo Abbati Salemitano*, vt & ceteri circuli Sueuici Abbates, commisit. Nec ipsius absentiam grauate tulisse Caesarem, ex eo suspicamur, quod eum proprio motu anno proximo 27. Septembris die dato Diplomate *Comitem Palatinum* crearit. Ponderatis, inquit Imperator, (versione latina loquor) Joannis Christophori Pietate, ejusque Praedecessorum in Romanum Imperium Meritis, pluribusque ab Ipso praestandis inductus, vi praesentium c) ei Potestatem ac Dignitatem *Comitum Palatinorum* conferimus, eumque eorum societati, ac Communioni adjungimus, additis omnibus Priuilegiis, gratiis, Honoribus, judiciis, juribus, &

lichem schürm vor allem laid vnnd vbel, zue zeittlicher vnnd ewiger Wolfart beuelhend datum Ihn meinem Gozhaus Weingarten den 11. Decembris Anno etc. 79.

*) *Vide Ephem. Christoph. ad diem 12. Junii 1543.*

a) *Tom.* 27. *fol.* 570. b) *Ibid. fol.* 596. c) *Tom.* 34. *fol.* 12.

jurisdictione, queis alii Comites Palatini, absque omni impedimento, udent, vtuntur, atque perfruuntur. Concedimus igitur ei nomine & Auoritate nostra facultatem creandi *Notarios publicos*, *legitimandi spurios*, curares aut confirmandi aut deponendi, adoptandi, emancipandi, atque dienfandi etc. Datum in nostra, & S. Imperii Ciuitate Augustae Vindelicom die 27. Mensis Septembris, anno Christi 1582. Regnorum nostrorum, omani septimo, Hungarici vndecimo, Bohemici septimo.

Varias interim querelas contra eum mouerunt Monachi, quasi negligens rem familiarem administraret, debita augeret, sumtus inutiles faceret, llius consiliis vteretur. Adeo quidem, vt, quum lapsam disciplinam ad tera Instituta reuocare, prauarum consuetudinum stirpes exscindere, abusus llere & abolere conaretur, id eo praetextu se facere accusaretur, vt con aduersantes sese speciosius defendere posset. Testis tamen est *Georgius bbas*, ejus Successor, sinceram fuisse Abbatis in restauranda disciplina vontatem: consciumque se bene esse eorum Sermonum & Consiliorum coram onachis habitorum: multos sustulisse abusus ac corruptelas, quae etiam s, vt fieri amat, ei Inuidiam auxisset. Erumpentibus interim in Publicum erimoniis, praeter Visitationes ab Abbatibus nostri Ordinis institutas *Felinus* quoque, Episcopus *Scalensis*, Nuncius Apostolicus bis venit, & anno idem 1582. integrum ferme Mensem heic commoratus, integrum Ordinanum Volumen conscripsit, mutauitque, vt phrasi *Georgii*, vtar, quadrata undis.

In quodam Fasciculo epistolari sequentes reperi Litteras Roma ad Aban datas: Reuerende in Christo Pater! Placuit ipsi illustrissimo *Madrutio* gato, cui ego quoque assensi, vt de nonnullis capitibus tuae petitionis, ni ius quaedam scripta visa forent, non haberetur sermo cum summo Pontie. Quam ob rem illud caput tantum aggressi sumus, quod spectat ad soionem illius *Annui Bisantii* debitam pro censu sedi apostolicae. Sicque posuimus suae sanctitati, vt dignaretur de *praeterito non soluto* gratiosam ternitati tuae remissionem facere; nam ipsa *imposterum* foret parata ad solndum *singulis annis*. Ad hoc ita responsum est a summo Pontifice, quod e libenter talem remissionem concessurus erat, dummodo Paternitas tua illo tantum spatio, in quo praefuit Monasterio, quod tempus ignorais, quantum fit; vel pro aliquibus annis solutionem integram faceret,

 quod



quod ego interpretarer ad *septennium* vel saltem *quinquennium*. Facit autem hoc sua Beatitudo, vt etiam praeteriti aliqua ratio habeatur, non vero vt Monasterium grauetur. Poterit itaque Paternitas tua alicui solutionem talem, committere. Nam ego quod reliquum erit in tui gratiam, & istius Monasterii Commodum libenter procurabo. Ex Roma VIII. Januarii 1583. Paternitatis tuae studiosissimus *Robertus Foncania* Legationis Datarius. Satis erit mittere transumta autentica dictorum Priuilegiorum. Haec ille. Heic meos aperire sensus nolo, verum an tam fuerit, quam videri cupit, ab auaritia alienus, alii statuant.

Anno praecedenti 1582. Mense Octobri *Gregorius XIII.* Pontifex vere maximus Calendarium, emendari curauit. Igitur anno insequenti 1583. 22. Octobris juxta calendarium nouum (verba Georgii Abbatis sunt) incepimus in Vesperis vti Breuiario *Cassinensi*, quum antea incerto & valde confuso vsi fuissemus. Verum anno deinde 1612. in primis Vesperis *Exaltationis S. Crucis*, sublato etiam Cassinensi Breuiario vti cepimus nouo *Benedictino*, quod ex Romano restitutum, & per *Paulum V.* Papam confirmatum est. Haec ille.

Anno jam 1577. 4. Januarii mortuo *Joanne Cun* Praeposito in *Bettenbrunn* praesentatum ab *Joachimo Comite de Fürstenberg* etc. *Abrahamum Jocher*, Joannes Christophorus Abbas noster nota auctoritate confirmauit, atque denuo, vt jam saepius factum, per Decanum Linzgouiensem inuestiri Commissione subdelegata petiit. Priori ergo jam stare haec loco debuissent. Verum quum inter *Comitem* & hunc Praepositum Controuersiae de die in diem nascerentur, quas mutua juris praesumtio ad haec vsque tempora pertrahebat, historiam hujus rei, ne sermo interruptus lectoris memoriam fallat, vno cohaerere filo maluimus. Res ita se habet. Vix vno alteroue Mense *Abrahamus Jocher* Ecclesiae collegiatae praeerat, quum d) *Joachimus Comes de Fürstenberg* vehementer concitatus, acribus in ipsum Litteris iterato inueheretur, eumque frequentioris a Praepositura absentiae, Negligentiae, Luxus, Elationis & inobedientiae argueret, Priuationem Beneficii & Dignitatis, nisi resipisceret, comminatus. Respondit Praepositus ad factas sibi objectiones, justis se Excusationibus purgaturus. Fatebatur equidem se non numquam abfuisse, at negabat id vel semel absque rationabili & legitima causa, vel cum minimo cultus diuini dispendio factum fuisse; addens, se etiam a secularibus

d) *Acta Bettenbrunn. fol.* 56.

s Praepofiturae Negotiis (vti Comes praeceperat) penitus continuiffe, ea
nen Conditione, vt nullum exinde vel fuis, vel fucceflorum, vel etiam
ius Pracpofiturae juribus praejudicium nafceretur. Quod fi ergo (profe-
itur Jocher) in aliquo deliqui, veniam humillime rogo; poenamque pro-
eritam lubentiffime etiam fubeo, Negligentiam, fi quam admifi, fumma
pofterum Diligentia fubpleturus. Denique malignam aemulorum Delatio-
m fufpicatus rogat, vt, fi forte de aliis adhuc rebus accufatus fuiffet,
i colloquii gratiam vel ad quadrantem concedere dignaretur, vt fe vel in-
cens purgare, vel reus deprecari poffet. His Litteris fupplicationem pro
a toto Collegio & Communitate Bettenbrunnenfi adjecit.

Verum his omnibus in auram dilapfis ad D. Abbatem Weingartenfem,
u fuum in fpiritualibus Superiorem fe conuertit, fignificans, quo fe inter
Comitem res loco ftarent, additis in fcripto accufationum & Excufatio-
m momentis.

Abbas & fuo officio, & *juftis Praepofiti quaerelis* atque Precibus permo-
s, Comiti litteras dehortatorias mifit, innuens, quod non tam leui bra-
io & nullius momenti cauffis facerdos rite inueftitus Beneficio fuo priua-
pofit, fed quod rationes fat validae requirantur, & fententia Judicis com-
tentis accedere debeat, quod Proceffum ordinatum inftituere, & articulos
uatorios ponere & probare neceffe fit etc. Abbas proin Comitem amice
rtatus rogauit, vt a coeptis defiftere, & Praepofitum in quieta Poffeffione
inquere velit; praefertim in Confideratione capacitatis, & Humiliationis
usdem, nec non magnorum fumtuum, quos ipfe & Parentes ejus in Prae-
fiturae aditu fecerant, & quod haftenus contra ordinationes & ftatuta Ec-
fiae fuae collegiatae fubftantiale nihil deliquerit. Subdit denique quod fi
s aliter fe haberet, quam Praepofitus indicaffet, & is reuera reus de-
ehenderetur, tunc omnino vi obligationis fuae injuncti a fede apoftoli-
Muneris obftrictum fe fore, fecundum juris rigorem cum eo procedere etc.
itae Weingarten vltimo Januarii anno 1579.

Verum neque his Litteris Comitis animum permotum fuiffe,
tet ex Epiftola ejusdem Domini Comitis ad Praepofitum ejusdem
ni die 12. Februarii data, in qua profitetur quidem, fe ab Ab-
e Weingartenfi in praefenti caufa Litteras accepiffe, verum tamen
licet



licet omnem in eum affectum gerat, & Aestimationem, se ex certis rationibus ad eas respondere non posse; deinde Praepositum iterum elati animi arguit, quo attentet, inter se & Abbatem amicitiam dissolvere, & ipsum, vtut jam animaduerteret, in eo esse, atque in id incumbere, vt saltem non nisi diuturno & sumtuoso Processu ab officio dejiceretur. Verum se cum ipso per tantas ambages non iturum. Sciret proinde, ad Festum S. Joannis Baptistae absque omni vlteriori replica & tergiuersatione sibi a loco & Praepositura cedendum, aliudque Beneficium, vbi, vbi, quaerendum, vt alius praestituto die, jamjam denominatus in Praepositu ram induci valeat. Quodsi vero obponere se vlterius attentaret, se ea adhibiturum Media, quibus abstinere mallet.

Praepositus tam forti Machina petitus, haec denuo omnia ad Abbatem perscripsit, precatus, vt sibi aut auxilio, aut saltem consilio adesset. Se malle quidem cedere, quam cum Comitis Offensione permanere, praecipue quum probere perspiceret, magnum exinde inter Comitem & Abbatem nasciturum fore diffidium. Ad haec igitur & alia ejus generis cauenda incommeda, se ad discedendum, & de jure suo ad Praepositaram adquisito cedendum statuisse, ea tamen conditione, vt sibi prius de alio prospiciatur Beneficio, vtque hoc fiat, sine omni Juramenti, Inuestiturae, atque Protectoris Praejudicio & Damno. Insuper sperare, se Domni Abbatis gratia & Auctoritate quouis tempore & occasione defensum iri, donec rite, libere & juribus conformi modo resignauerit, & quod interea nullum alium inuestire velit. Rogat tandem, vt si quae forsan litterae se concernentes Domno Abbati obuenirent, copiam sibi concedere dignaretur.

Iteratis igitur dehortationibus, Precibusque ab Abbate interpositis, adquieuit tandem Comes, & ab vlteriori Impugnatione destitit. Verum D. Abrahamus Jocher molestias ipse forsan & turbas pertaesus Praepositaram D. Martino Klob quadriennio post sponte & libere resignauit, quem etiam facta a Comite Praesentatione Joannes Christophorus datis hac super re litteris 22. Nouembris die, anno 1584. confirmauit, atque ab Decano Linzgouiensi inuestiri curauit.

Quum interim hac ex Parte turbae sedatae viderentur, majores domi, jam anno 1582. ortae, in dies crescebant; adeo, vt Abbas quieti suae consulturus

ırus haut aliud, quam Adminiſtrationis adſumendae remedium inueni-
Quare ne novis querelis & Inquiſitionibus anſam praeberet, depoſita 23.
ıarii 1586. utriusque fori Gubernatione, ſolum ſibi Pontificalium uſum re-
auit, victum ſtatui ſuo congruum precatus. Erecto deſuper Inſtrumento
ˈcripſere *Balthaſar* Aſcalonenſis Epiſcopus & Suffraganeus Conſtantienſis,
rgius Abbas Zuifuldenſis, *Jodocus Abbas Wiblinganus*, *Joannes Chriſto-*
us Weingartenſis, *Joannes Hager* Conſiliarius Cardinalis & Epiſcopi Con-
tienſis, *Fr. Georgius Wegelin Adminiſtrator Weingartenſis*, *Fr. Andreas*
k Subprior, *Fr. Georgius Kolleffel*, *Fr. Joannes Jacobus Schnell Praepoſitus*
nus in Hoven, *Fr. Georgius Danner Cellerarius*, & *Joannes Miſſenhart*
arius. Diſceſſit igitur in Caſtrum *Wormbrechts* prope civitatem imperia-
ı *Wangam*, Deo ſoli, & ſuae animae ſeruiturus. Quum vero poſtea ſe
rmum aut natura deficiente Sentiret, aut taedio dominante putaret, toto
Abbatiae Munere abdicare ſtatuit. Qua de cauſa *Fr. Georgius Wegelinn*
ctus nuper Monaſterii *Adminiſtrator* Abbatem *Ochſenhuſanum* ad hunc actum
itat, datis hiſce litteris: *Meminit & Reuerentia tua Dominum noſtrum Ab-*
em nuper in reſignatione „Adminiſtrationis ſuae ſibi Pontificalia reſeruaſſe,
uae tamen jam, cum ſe valetudinarium ſentiat, pariter deponere cogitat
uam ſuam voluntatem per litteras Dominis conſtantienſibus vna nobis-
ım explicauit, qui libenter annuerunt denuo apud nos conuenire, &
ıper totali reſignatione cum D. Abbate agere. Diem ad conueniendum
ıdixerant 9. hujus Menſis, quae eſt Dominica jam proxima, ad tractan-
um porro ſequentem nominarunt Vigiliam videlicet S. Martini: atque ſi
eſignatio ſuccedat, vt ſucceſſura ſperatur, viſum eſt ipſo feſto ejusdem S.
Martini, futuri Abbatis conſecrationem ſubjungere, ne vobis Dominis Ab-
atibus toties nobiscum occupari moleſtum ſit, & vt ſumptibus etiam gra-
ioribus parceretur. Rogauimus Reuerendum Dominum Abbatem Zwi-
uldenſem Ordinis Viſitatorem, vt ad praeſcriptum diem apud nos compa-
eret, ac quod Negotium poſtulabit, id dignaretur vna cum aliis compo-
ıere. Rogamus non minus & Tuam Reuerentiam, quae in Viſitando aequa-
e onus ſuſtinet, vt ſimiliter aduenire non gravetur. Terminus ad con-
ıeniendum eſt quidem brevis, ſed noluimus differre, ne longa mora diffi-
ultates pareret. Coram nos gratos exhibebimus. Interim Itineris gra-
ıitatem ac moleſtias leniat communis noſtra religio ac ordinis ſimili-
tudo

e) *Tom.* 28. *fol.* 151.

„tudo, cui lapſurae ſuccurrere pium, & neceſſarium eſt. Valeat be-„ne! Datae in noſtro Monaſterio Weingarten die 3. Menſis Nouembris Anno &c. 86. Reuerentiae tuae paratiſſimus Fr. Georgius Wegelin Admini-ſtrator ibidem.

Rem ex voto ſucceſſiſſe, atque Chriſtophorum totius Abbatiae Admini-ſtrationem in manus Epiſcopi depoſuiſſe, duo, Reſignationis nempe factae, & Electionis ſuſceptae Inſtrumenta euincunt. Omnibus ergo, quae eum vel Monaſterio odioſum, vel ſibimet ipſi grauem, & inutilem reddere potuiſſent, expeditus, in ſollitudinem ſuam reuertitur. Verum cuncta, quae hominem mouere quirent, aſpernatus, ſola jam hominum opinione torquebatur, ſugge-rente malo ſpiritu, Nominis ſui famam cum Abbatia periiſſe. Quare & *Oeni-pontum*, *&* *Monachium* litteras dedit, non minus rei ſeriem, quam ſui Defen-ſionem conplexas. *Nicolaus Carpentarius* cum bono animo eſſe juſſit, exara-ta in hunc tenorem Epiſtola f) *Pax Chriſti &c. Reuerendus Pater Rector noſter* „*adeo* occupatus eſt, vt ipſemet non otium habuerit Reuerendae Domina-„tioni veſtrae ſcribere, & gratias agere pro munere miſſo, quare ejus loco „Dominationi veſtrae juſſus ſum maximas agere gratias pro tanta erga nos „humanitate, & benevolentia. Si quando in alio genere D. V. gratificari „poterit libens præſtabit. De Renunciatione Adminiſtrationis Abbatiae jam „pridem inaudiuimus, & graues & neceſſarias, cauſas id omnino poſtulaſſe. „Quare cum illa renunciatio facta ſit coram ordinario, & ordinis Viſitatori-„bus, non eſt, quod ſibi Dominatio veſtra metuat. Noſter Sereniſſimus Prin-„ceps (Wilhelmus g)) ejus conſcientiæ eſt, vt injuſtae cauſae non ſit fu-„turus Patronus, remque forte melius perſpectam habet, quam multi putent. „Vnde non eſt periculum, vt praebeat aures aliud ſuggerentibus. Tempe-„ſtas, quae ex Depoſitione conſecuta eſt, paulatim ſedabitur, tantum aſiduis „precibus rem Deo commendet, ac magno & forti animo impetus & fluctus „maris concitati ſuſtineat. Videt hoſtis humani generis, quantum ſit in „bono Paſtore ſitum, qui oues ſuas ab omni vitiorum labe tueri nititur, id-„circo turbas concitat, ſed paulo poſt victus recedet. — — — Plura ſcri-„bere non vacat, tantum hoc a Dominatione veſtra peto, vt in ſuis precibus „mei meminiſſe velit. Frater Dominationis veſtrae optime ſe gerit, & bene „ſtudet. Monachii. Similis ſententiae litteras h) *a Marquardo a Königsegg*, *Jodoco a Razenried* i) aliisque obtinuit, quas omnes adducere & longum, & Lecto-

f) *Tom.* 28. *fol.* 105. g) *Ibid. fol.* 104. (h) *Ibid. fol.* 103. i) *Ibid. fol.* 176.

lectoribus forsan molestum esset. Vnum, quod inde eruo, in hoc consistit, eum ad Pietatis officia aptiorem, quam Regiminis fuisse.

Quadriennio post, quasi per ignem probatus ad superos auolauit, relicto nobis de vanitate Mundi clarissimo Exemplo. Interim de Monasterio non tam male meritus fuit, vt in postremam classem collocari a posteritate mereatur. *Dormitorium* Monachorum, eorumque *cubilia* aptare incepit, *stabulum* condidit, atque *Abbatiae* magnam partem a fundamento exstruxit. Illud nempe aedificium, quo nostris adhuc temporibus Refectorium hospitum, culina aulica, laniena, & alia diuersi generis habitacula nullo quidem ordine, sed commodo satis vsu fuere. Destructum est ante duodecim circiter annos, quum a Reuerendissimo D. Abbate hodierno DOMINICO haec omnia in novam translata structuram commigrarunt.

Ne autem nobis omnis hujus aedificii memoria periret, & vt Posteris simul testis remaneret idoneus, Lappidem, quem *Christophorus* sua & *Crucifixi Imagine*, additis Insignibus & sequenti Inscriptione, egregie elaboratum Muro supra portam Cellae vinariae inseruerat, adservari curavimus. Inscriptio haec est:

Hic quidam faustis *Habliizel* coeperat Abbas
Eximiam auspiciis aedificare domum
Heu quia mature consumunt funera vitam
In medio mutilum tramite sistit opus
Hinc ego *Christophorus* moderor Successor habenas
Moenia & incoepte condere pergo domus
Sed male tum tandem constructam finis molem
Nam Vulcane meam destruis ecce domum
Noctis erat medium cum flamma per omnia passim
Se loca diffundens obuia quaeque rapit
Denuo ut est aequum fundo *quas aspicis aedes*
Perfectumque Deo gratia floret opus
Tartareus posthac mala ne magis inferat hostis
Christe ades & stygias *Xpe* repelle minas.

Cetera Joannem Christophorum & animi religiosissimi, & optimae voluntatis fuisse, testis est Scheda pergamena, cui hic Abbas propria haec inscripsit manu: „*Hos septem* Nummos Effigie diuae atque Castissimae Virginis

„Mariae Signatos. *Ego Fr. Joannes Chryſtophorus* cognomento *Raitner*
„Deo optimo maximo in commemorationem Septem gaudiorum ejusden
„leſtium, ac ſuppliciter peto, vt per interceſſionem ejus me indigniſſ
„Peccatorem cum omnibus commiſſis meis tu Domine ſemper ab om
„peccatis, peſte, ſubitanea & improviſa morte, paraliſy & omnibus alii
„riculis corporis & animae cuſtodias. Ach vt non inſpicias mea pc
„graviſſima & innumerabilia, ſed piiſſimam tuam miſericordiam & inter
„nem ſanctiſſimae Matris tuae Mariae, & des mihi longiorem vitam,
„quidem meritus ſum, & ſpalium verae poenitentiae, & gratiam, vt
„omnia bene & foeliciter ſuccedant. Ach vt poſthac nullo peccato an
„peccem. Non mea, ach ſed tua ſanctiſſima *fiat voluntas!* Inde viri
„gionem, & quid amplius? — — metiri potes.

GEORGIUS WEGELIN
ABBAS XXXI.

Maximi hic Nominis vir annis 1558. 20. Martii *Brigantiae* ad l
Potamicum, ſeu a loco etiam Brigantinum dicum, Patre *Wolffgango*
gelin Sereniſſimi Archiducis Ditionum Brigantinae & Hohenegianae
tore, Matre Barbara natus eſt. S. P. Benedicti Regulam annos 1574. 13.
in Vineis profeſſus, abſolutis, *Dilingae*, quo anno 1575. miſſus fu
ſtudiis, anno 1581. Sacro Presbyteratus ordine initiatur, primis in Patri
5. Nouembris ſacris operatus. Anno mox inſequenti 1582. *Subprior*,
tero *Prior a Joanne Chriſtophoro* exigentibus meritis conſtitutus eſt. Tri
vix hoc in Munere completo, miſſa ab Anteceſſore rei familiaris cura
1586. 23. Januarii Communi ſuffragio *Adminiſtratoris* officium ſubire jub
ad ipſum denique Abbatiae Clauum 10. Nouembris ejusdem anni adn
Meritis tandem, & annis grauis onus Abbatiale libera reſignatione
1627. 7. Auguſti depoſuit, cum morte, quam eodem anno 10. Octobri
uiam habuit, expeditior luctaturus. Mortuus eſt igitur Abbas Morte Sa
rum, poſtquam totis quadraginta & vno annis ſumma vigilantia, dexte
& commodo res Monaſterii curaſſet, & ordinis. Ex ſcriptoribus coaeui
Nemo ejus geſta compendio complexus, calamum in haec deducit v
Reuerendiſſimus Dominus Georgius Wegelin Brigantinus raro Exemplo
naſterio noſtro vltra quadraginta Annos ſumma cum laude, vtilitate
ſanctitatis opinione praefuit. Non modo aeris alieni ab Anteceſſoribus

tracti summam inminuit, sed & veterem ex Instituto S. P. Benedicti Disciplinam pedetentim cum Discretione & suauitate in nostrum & alia etiam ordinis atque congregationis nostrae Monasteria induxit. erectaque & a sede apostolica confirmata *Diaecesanorum Abbatum Congregatione*, stabiliuit. Cum consensu Episcopi, Capitulique omnes *Expositos Religiosos* reduxit, & Paroecias Praepositurasque secularibus sacerdotibus instruxit. Dignus sane inmortali Memoria & Benedictione: & cui tam bene de nobis merito, prae omnibus Praerogatiua *secundi Fundatoris* adtribuatur. A Viris praecipuis pro Illuminatissimo habitus, Vulgoque speculum Abbatum, Pater Pauperum, & Humilitatis Exemplar dictus. Obiit anno 70. Aetatis nondum completo, in nouam Fratrum sepulturam a se ipso in sacello S. Nicolai exstructam illatus. Ita ille.

Nos tanti Patris Merita fusiori calamo exposituri, scribendo eundem, quem ipse regendo tenuit, ordinem seruabimus, nullius, vt speramus, Aristarchi obeliscis jugulandi, si rerum gestarum Expositio Regiminis adsequuta fuerit felicitatem. Abbas igitur vt Fabricae, quam moliebatur, Fundamentum firmum poneret, atque viros non ficte, sed vere & solide pios produceret, ab officiorum Cognitione omnem ferme eorum Exsequutionem pendere, probe intellexit, Ignorantiam ceu Coenobiorum Pestem detestatus. Verum quum ad exteras Academicas, domesticorum Doctorum inopia coactus, mittere Religiosos recens natos deberet, solitamque ibidem viuendi rationem nosceret, *Dilingam*, vbi ipse quoque scientiarum & Pietatis documenta hauserat, prae ceteris elegit, expetito a Prouinciali S. J. Viro, qui Plantas & fouere, & purgare posset. Missus est P. Julius Prisciacensis, qui conceptas de se spes majori, quam pro Exspectatione, mensura adimpleuit; adeo, vt, quum anno 1596. e vineis, quo ab Abbate animi exhilarandi gratia inuitatus fuerat, redire ad Prouincialem cogitaret, his instructus Litteris 15. Decembris discederet k): „*Reuerende Pater! Nolui P. Julium sine meis ad vos Litteris* „*abire*. Otiosus certe apud nos ille non fuit, quotidie fere duas horas „exhortando publice, & docendo, occupatus; quod reliquum temporis „fuit, id in priuata colloquia, quae cum singulis pro cujuslibet captu, & „necessitate habita sunt, collatum est, sed & excipiendis confessionibus non „parum sudatum. Vtilitatem & fructum hujus laboris, ego maxime, cui „pondus diei & aestus incumbit, me percepturum confido. Noui quasi videmur, facti homines, animique valde accensi apparent. Pro hac vero „vestra

k) *Tom.* 34. *fol.* 103.

„vestra in nos Caritate, spiritualibusque beneficiis maximas gratias agimus, „Deum oraturi, vt centuplum vobis reddat. Vtinam quot annis ejusmodi „occasio se offerret, vt spero, non negabitis, quod in nos Beneficium agno„scimus perpetuo, & vicissim, vt licebit, gratificari parati erimus. Vestris „me precibus & sacrificiis commendo. Ex Weingarten 15. Decembris Anno „1596. Vester in Christo *Fr. Georgius Abbas ibidem.* Immo quanti Abbas noster nedum hunc Virum, sed & omnes S. I. Sacerdotes fecerit, ex datis ad *Joannem Georgium Abbatem Murbacensem* Litteris aperte patet. Quum enim ille Anno 1607. per *Patrem Christophorum Hamerer* Conuentualem nostrum ibidem aliquamdiu reformationis causa commoratum significari *Georgio* fecisset, se nihil antiquius desiderare, quam vt aliquos ex suis Togatis (vt vocant) ad Nouitiatum Weingartensem recipere, & tum probatos spiritu, & confirmatos *Murbacum* remittere dignaretur, Abbas noster eodem anno 28. Aprilis in haec verba respondit l): Reuerende Princeps! Intellexi tua per P. Christophorum Hamerer, Conuentualem nostrum facta mihi vota, quibus etiam quam libentissime consentirem, nisi propria Experientia didicissem, Religiosos Juuenes tum quoad studia, tum etiam quoad Exercitia spiritualia *Dilingae* multo magis, quam in quolibet Monasterio, proficere. Si tamen Reuerenda Paternitas tua completis studiis vnum alterumue ejusmodi Juuenem ad perficiendum spiritum huc mittere velit, apertis eum aut eos non tantum brachiis suscipiemus, sed etiam vt filios & fratres fovebimus. Commendo me Charitati, & sacrificiis vestris. Deus nobiscum. — Actum tamen jam antea anno scilicet 1599. de Seminario *Friburgi* condendo, & transferendo illuc studio Monastico, ex Litteris *Hieronymi* Episcopi *Adriae* ad Abbatem nostrum ejusdem anni 7. Septembris transmissis discimus. *Accepi*, inquit, *Litteras* m) *Dominationis vestrae* 17. *Augusti*, *cumque* „*tabellarius* festinet Discessum, debui ego etiam statim cogitare de responso. „Gratulor de augmento, & progressu Reuerendi Patris *Julii*, quem Mona„steriorum Sueuiae *Praesidentem*, & quasi *Generalem* e longinquo aspicio, „& spero omnia foeliciter & vtiliter successura. Rationem autem erigendi, „seu instituendi seminarium monasticum *Friburgi*, non probo; praesertim cum „habeamus testimonia celeberrima immensi fructus ex Dillinganis scholis, „qua in re miror Monachos & *Abbatem S. Blasii* id Consulere, cum, quid„quid habent boni, ex *Dillinga* illis accesserit, sed forte mutabunt consi„lium. (*Risum teneatis amici! pergit:*)

Doleo

l) *Tom.* 31. *fol.* 479. m) *Tom.* 29. *fol.* 539.

„Doleo vehementer, quod Conuentus ille *Spirensis* semper impediatur, maximo cum damno Catholicorum & Ecclesiasticorum Germaniae, prout retulit mihi fuse Illustrissimus Episcopus Herbipolensis, sed spero tandem meliora futura. Nostra hic reformatio Religionis semper processit, & nisi bellum turcicum impediret, fierent etiam plura ad harum Prouinciarum beneficium, & ad Religionem catholicam vbique restaurandam & confirmandam, non desistet tamen *Princeps* quousque poterit; habemus hic Patrem *Ludouicum* Saxonem ex *Oenisponte* deductum, qui populo concionatur in emplo parochiali, magna cum frequentia etiam haereticorum, & plurimo :um profectu etc.

„Turcarum exercitum & Generalem *Budam* aduentasse audimus, & de obsidione *Strigonii* illum meditari, & agere dicitur, & propterea parantur omnia ad Defensionem; & licet Exercitus imperialis sit tenuis adhuc, dicitur tamen, quod conjungerentur omnes milites Hungariae Superioris & inferioris.

„*Transsyluaniae* res manent adhuc in incerto, nam *Cardinalis* non potuit, vt dicitur, cum turca adhuc secure conuenire, tamen dicitur, habere inducias ab illa parte. Dominus *Malaspina* Nuntius Apostolicus jam st apud eundem Cardinalem, & omnino curabit, nec Reipublicae Christiana illa Prouincia decedat, & turcis accrescat.

„Pestis in his *Austriae Prouinciis* variis in locis grassatur, & propterea dicitur *Imperatorem Lynzium* venturum, & ibi multa parari, & exstrui ad commoditatem Caesaris. In *Sclauoniae* & *Croatiae* finibus nihil noui habetur, omnes namque Turcae *Budam* & *Strigonium* versus sunt profecti.

„Vtinam sequenti anno conuenire possem Dominationem Vestram *Romae* propterea enim laboro, & studeo, quantum potero, me expedire, crederem ego, quod aliquid boni possemus meditari, proponere, & demum tiam exequi. Vellem Dominum Nuntium *Comitem a Turri* moueri foelius, & Constantiensem Dioecesim diligenter inuisere, *Feltkirch*, & illa rida loca. *Praemonstrateuses* juuabuntur, si reducentur ad Monasteria, sicut um aliis factum est in Sueuia. Sed quid de C - - - & vicinis Monasteis Episcopatus Constantiensis jam fiet? certe indigerent majori Inspectione.

„Sed

 

„Sed de his forte *coram. His me Dominationis vestrae & suis precibus & sa*
„*crificiis ex animo commendo. Datae Graecii.*

Et ſane Julium hunc cum ad noſtri, tum etiam ad aliorum Monaſte riorum Reformationem, & religioſorum Jnſtitutione, & Conſiliorum com municatione plurimum contuliſſe, nemo vnus negauerit; verum Abbate Sueuiae eum quaſi Monaſteriorum ſuorum *Praeſidentem* & *Generalem* ſuſpexi ſe, id Carbonarius credat.

Ceterum Diſciplinae ad veterem ſanctiononiam reuocandae Negotium i noſtro praecipue Aſceterio felicem paucos intra annos habuiſſe ſucceſſum litterae ſequentes teſtes ſunt omni Exceptione majores, quod Abbati noſt a Legato venerint, qui hanc rem; vt notum eſt, pro Officii ſui ratione Monit & comminationibus maximopere vrgebat. Sic autem ſonant: n) *Illuſtris &* Reuerende Domine! *Alienum ab Amicitia noſtra eſſet, ſi tua Negotia mecu communia* eſſent, munerique meo ego deeſſem, ſi permitterem, vt operam meam in iis deſiderare poſſes. Monaſticam diſciplinam in tuo Monaſter vigere a Patre *Julio* intellexi, & in eo diligentiam ac Pietatem tuam lau dare non deſiſto. Ab eodem Patre eadem prorſus, quae de tuis Monaſte priuilegiis dicis audiui, & cum jam eorum quibusdam vtaris, illud tantu a ſanctiſſimo nunc peterem, vt tibi liceret *ordines minores* Monachis tuis con ferre, qua in re ſi opera mea vti volueris, eam tibi paratiſſimam futuram certo ſcias, & ſi alia quoque Priuilegia petere vis, id ſtatuendum tibi re linquo. Illud tamen Reuerendam Dominationem tuam ſcire volo, hujus mo di nempe Negotia non tam cito & facile *Romae* expediri, vt a Doctor *Hornſtein* intelligere poteris. — — — Valeat Reuerenda Dominatio tu & me ſuis ac Monaſterii ſui precibus apud Deum adjuuare non deſiſta Datum *Lucernae* die prima Junii MDXC. Illuſtris & Reuerendae Dominati nis tuae vti frater in Domino Amantiſſimus Octs. Eps Alexand. & Aplci Nuntius. — Tertio ſtatim abhinc die 3. nempe Junii ejusdem Anni ali ejusdem ferme argumenti ab *Joachimo S. Galli* Abbate accepit Litteras, quibus ita loquitur o): „*Hac hora decima, qua reſcribo, tuas accepi, quae j*
„*cundae fuerunt, partim* ob communem in quo verſamus bonoe religioſ
„formandi laborem, partim vero ob ruinam turris *Monachii* non minimu
„Doloris ſenſum adtulere. Nam qui vidi, plus fortaſſe, quam is, qui a
„di

n) *Tom.* 29. *fol.* 41. o) *Ibid. fol.* 42.

„ditu solum aliquid percepit, dolere cogor. De Jouenibus, de quibus in„tercessisti, judicium & sententia penes Fratres adhuc erit. Noui in quam „partem tuas Litteras interpretari debeam. Cras conuentum ago, & quis „Fratrum meorum omnium animus, explorabo; quae ad integritatem reli„gionis necessaria sunt, vt obseruent, plane conabor. Obedient, aut Abba„tem S. Galli me non habebunt. Interim te optime valere precor, & me „tuis omnibus *commendo.*

Et sane *Joachimum* cum *Georgio*, & *Georgium* cum *Joachimo* junctis viribus in restituendo primi Feruoris aculeo laborasse, neque ejus successorem *Bernardum* anno 1594. electum hac in via lanquidius incessisse, explaribus, quae nobis suppetunt, documentis, hoc vnum sequenti Epistola comprehensum habe. Sic enim *Bernardus* ad Georgium nostrum anno 1598. 5. Aprilis scribit: „*Reuerende* p) *& Carissime Pater! quas non ita pridem ad „me scripsisti, libenter legi.* Faxit Deus, vt retributio noua, quam significasti, „magno Emolumento sit Reipublicae Christianae, *hosti uero turcae* nocumen„to irrecuperabili. Quod vero nostram hac in parte foelicem immunitatem „praedicas; credas mihi, multa & magna grauamia nec nobis deesse. Hisce „diebus mihi significatum & Abbatem *Rhinawensem* extreme decumbere, vtrum „mortuus sit, nondum mihi constat. Soepius opinor, audiuisti statum illius „Monasterii: Vtinam cum nouo Capite, nouum & meliorem intelligamus. „Post octiduum benedicendus erit *Christophorus Brunner* Abbas electus *Vi„schingensis* vicinus meus, de quo multa bona spero. Etenim statim post „Electionem non pauca reformauit, atque ad monasticam disciplinam, quae „tea quasi nulla in illo Monasterio erat, reuocauit. Inuisi nuper illum, „atque animaui, qui multa mecum de multis bonis Propositis contulit. „Deus, qui dedit velle, det perficere. Ego sane mihi gratulor me tandem „habere Collegam in *Heluetia*, qui etiam in reformationem monasticam „incumbat. Paulatim plures, si non conscientia, saltem pudore commoti, „sequentur.

„Victoriam insignem, quam *Dux Sabaudiae* ab *Hugonottis* (saltem Caput fuit Hugonottorum *Digluerius* de religione reliqui Militis nescio) reportauit, „audistis, censeo. Hodie vero ostensa sunt mihi noua gallicana *Lugduni* im„pressa,

p) *Tom.* 29. *fol.* 451.



„preſſa, quae ſignificant, hoſtem ſe denuo vltum eſſe, atque fortiſſimum & „munitiſſimum Caſtrum, quod ante annum circiter, pro maxima ſua com„moditate bellica ſabaudus extruxerat, vi occupaſſe. Sic refertur par pari.

Propoſitionem nomine Imperatoris *in Comitiis* factam, ordinum reſpon„ſionem, & Majeſtatis ſuae replicam, libenter legerem, ſi in reditu tabell„rio meo commiſſeris, rem mihi gratam feceris. De P. Julio in mult„tempore nihil audio. An non rediturus in iſtas partes? Et haec ſatis pr„noſtra antiqua confidenti conſuetudine. Deus nobiscum. Ora pro me m„Pater, & bene vale! Datae ad S. Gallum 5. Ap. Anno 98. Fr. Bernar„dus Abbas S. Galli.

Quum igitur Georgius in hoc, quem ipſe primus ingreſſus fuerat, ſ lutis tramite tantos vbique ſectatores videret, majori ſtimulatus ſpiritu non tantum a rigore ſemel ſuſcepto nihil remiſit, ſed potius in dies tacente Incremento auxit. Praecipue cauit, ne Fratres pedetentim ſollitudini & Cellae adſueti frequentiori cum ſecularibus conſuetudine, aut factis peregre itineribns in veterem Languorem & Ignauiam relaberentur. Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus *Joannes Stephanus Ferrerius* Epiſcopus & Comes Vercellenſis S. D. N. ad S. Caeſaream Majeſtatem Nuncius Apoſtolicus 1. Septembris anno 1606. has ad Abbatem noſtrum perſcripſit litteras: „*Ad„modum Reuerende Pater Abbas! Reuerendus* q) *Joannes Eberhardus de Amſtatt* „Religioſus Profeſſus veſtri ordinis reperitur, vt audio, in iſto Paternitatis ve„ſtrae Monaſterio; hunc videri, & alloqui cupit ejus Soror Domina *Anna „Juliana Berſkowska* ex Amſtatt, quae *Pragae* habitat, quae tamen quo mi„nus iſthuc proficiſcatur, & variis morbis, iisque quotidianis, & aliis ju„ſtis de cauſis impeditnr. Deſidero, vt Admodum Reuerenda Paternitas „veſtra eundem *Joannem Eberhardum Pragam* mittat, vt ejus ſorori non „leuiter laboranti, & illum videre percupienti, hanc conſolationem non „deneget. Hanc enim gratiam promereri videtur ſingularis Pietas, Religio „ac morum honeſtas, quibus memorata illus ſoror maxime apud omnes „commendatur. Curabo, vt intra tempus a R. Paternitate veſtra praeſcri„bendum ad Monaſterium reuertatur.„ Ego ſi qua in re illi gratificari potero, libenter faciam. Interim eidem felicitatem & proſperrima quaeque a Praepotenti Deo precor. *Pragae.* Veſtrae Admodum Reuerendae Paternitatis ſtudioſiſſimus etc.

Ad

q) *Tom.* 30. *fol.* 397.

Ad hanc Epistolam in hunc maxime modum respondit Georgius: „*Illu-*
„*strissime* r) *ac Reuerendissime Domine, Domine obseruandissime!* Illustrissimae
„ac Reuerendissimae Celsitudinis vestrae Litteras, elapso mense Septembri
„ad me datas, ea, qua decuit reuerentia, accepi, paratusque statim eram,
„ejusdem celsitudinis vestrae Voluntati satisfacere, & nostrum fratrem *Eber-*
„*hardum Amstad ad sororem suam*, prout petitum est, mittere; sed dum Itineris,
„ejusdem Fratris nostri, atque alias praeterea conditiones respicio, cogor
„me excusare. Habitamus hic in extrema Sueuia, vt proinde longissime
„distemus; transeundum esset per multa & varia loca haeretica; aër quo-
„que in aliquibus locis infectus est; inprimis vero metuerem spiritui Fra-
„tris nostri, qui vt est juuenis, ita in tot periculis ac malis occasionibus
„facile periclitaretur, sentiretque diu postea desolationem ac distractionem,
„etiam cum aliorum deinde Fratrum meorum incommodo. In tanta Spiritus
„adhuc & Disciplinae teneritudine, non audeo fidere, ac proinde omnes oc-
„casiones malas oportet praecidere, & cauere, ne ad antiquas miserias redea-
„tur. Oro igitur humilliter Illustrissimam ac Reuerendissimam Celsitudinem
„vt hanc meam Excusationem boni consulat. Precor eidem a Domino Deo
„copiosam & corporis & animi salutem; & denuo peto, vt me meumque Mo-
„nasterium Commendatum habeat. Vicissim offero paratissima mea seruitia.
„Ex Vinearum Monasterio 20. Octobris Anno 1606. Illustrissimae ac Reue-
„rendissimae Celsitudinis vestrae seruus in Christo F. Georgius Abbas ibidem
„Ord. S. Benedicti Constantiensis Dioecesis.

Id, ni fallor, abunde probabit, quod superius dixi: sedulo nempe Georgium curasse, vt juxta SS. Legislatoris nostri praescriptum Monachis omnis abscindatur vagandi foras occasio, & sane Nuncium adductas denegatae Veniae causas non tantum rejecisse, sed potius adprobasse, vel ex sequenti ipsius Epistola intelligemus: *Illustris & Reuerendissime* s) *in Christo Pater, & Domine obseruandissime:* „*licet ex litteris* Patris *Nicolai* percepissem Reuerendis-
„simae vestrae Paternitatis statum & incolumitatem, jucundissimae tamen
„mihi acciderunt litterae suae, quippe quae certiorem salutis suae fidem
„reddiderunt, ac confirmarunt, & mutui amoris erga me sui dulcissi-
„mam memoriam renouarunt, huc accedit, quod me de progressu discipli-
„plinae monasticae, regularique obseruantia, quod Deo in primis, Pietati
„postmodum ac Zelo Reuerendissimae Paternitatis vestrae tribuendum est,

 dili-

r) *Tom.* 30. *fol.* 404. s) *Ibid. fol.* 534.

„diligenter admonens, mirifice eſt delectatus. In quo, ſi quid ego poſſum, „prout & in aliis ad honorum commodum Perſonae, & Monaſterii veſtri „ſpectantibus, meam operam, ſtudium, fidem & Diligentiam offero de more „paratiſſimam. Valeat, meque ſuis & ſuorum precibus & ſacrificiis habeat, „rogo commendatum. Roma 13. Septembris 1607. Illuſtris & Reuerendiſſimae *veſtrae Paternitatis ſtudioſiſſimus Amicus etc.*

Exemplo igitur Georgii noſtri factum eſt, vt Abbates quoque ceteri, ac Monachi, Licentia quondam & ſeculi amore ineſcati jam quaſi ſponte ad Saniora & Sanctiora conuerſi, ad reuocandum priſtinae Diſciplinae Decorem communi ſeſe labore accingerent. Quare Abbates primo in vnum congregati, ſtatutis inter ſe t) triginta & vno a rem tam ſalubrem promouendam articulis, ad erigendam vel potius reſtituendam Congregationem animos adplicuerunt. Multo ſatis tempore vltro citroque datae ſunt Litterae de loco primum, quo Abbatum conuentus celebraretur commodius, & dein etiam de rebus, quae ratione Congregationis excitandae tractarentur. Erecta deim Congregatione & a ſumma ſede adprobata atque confirmata in Georgium noſtrum Viſitatoris officium deuoluere Abbates foederati ſuadente praeſertim *Andrea* Abbate *Petershuſano* voluerunt. Verum Abbas noſter hoc muneris primum deprecatus, accedentibus aliorum dein precibus, & Conſiliis conſenſit, ita tamen, vt alius ſibi adjungeretur Abbas, ſibi hac in re & teſtis & adjutor futurus. Conditione accepta ſors ſuper Petrushianum cecidit. Quare primam Viſitationem Anno 1589 indixerunt, datis ad ſingulos Abbates in hunc tenorem Litteris: *Reuerende* u) *Domine Abba, Frater in Chriſto Chariſſime.* „Juxta officium noſtrum, nobis proxima in *Waldſeenſi* Congregatione „injunctum, viſum eſt, ea quae communi Patrum ordinis noſtri S. Benedicti „conſenſu, ſtatuta ſunt, executioni mandare, ac ideo ad Fraternitatis tuae „Monaſterium Deo volente, venire ad diem menſis Octobris propoſitum eſt, „inſequenti deinceps die aggreſſuri, & acturi, quae muneris noſtri ratio po„ſtulabit. Igitur Fraternitatem tuam monemus, vt curet omnes ſuos Fra„tres, & Monachos, illos etiam qui in Parochiis habitant, nominato tem„pore praeſentes eſſe. Sic haec omnia debere fieri, *Receſſus Waldſeenſis* do„ cui omnes, illum vnanimiter ratum habentes, ſubſcripſimus. *FF. Andreas Petrushianus & Georgius Weingartenſis Abbates.* Habita eſt primo *Vſnae* die 18. *Ochſenhuſii* 22. atque *Wiblingae* 25. ejuſdem Menſis Octobris. Viſitationi-

t) *Tom.* 4. *fol.* 519. u) *Tom.* 28. *fol.* 423.

tionibus saepius repetitis mirum est, quantus exinde Religioni, & vitae monasticae accesserit honor, decus, & ornamentum, adeo vt *Fr. Hugo Theueninus*, *Buxiae* Prior, & Visitator Provincialis non potuerit, quin Georgium hoc Praeconio celebraret: „*Magno certe* w) *cum gaudio percepi abunde, quanta* „*cum diligentia Reuerenda Paternitas vestra* instet Reformationi & Visitationi Mo„nasteriorum Benedictinorum. Qui labor certe (Deo dante) non erit inanis, „etsi laboriosus prima fronte appareat. Opus Domini est. Reuerentia pa„ternitas vestra pergat alacriter. *Buxiae decimo decembris Anno Christianae Pietatis* 1603.

Abbas noster dum nullo alio, nisi morum emendandorum studio occupari videretur, a *Rudolpho II. ad Comitia Ratisponensia* vocatur, cum ceteris ordinibus de rebus a) ibidem proponendis tractaturus. *Commissarius* ab omnibus circuli sueuici Abbatibus constitutus, Litteras ab *Vlrico Abbate Einsidlensi* ipsa Palmarum Dominica anno 1594. accipit, queis rogat, vt, quum ad eadem Comitia accitus Caesareo Mandato esset, apud dictam Majestatem b) absentiae suae noxam sequentibus dilueret, primo loco poneret decrepitam aetatem: Secundo collocaret factos seculi iniquitate sumtus, & sequutum inde miserum Monasterii statum: Tertio denique adderet locorum distantiam atque Itineris molestias, peteretque simul, vt Caesarea Majestas concedere gratiossime dignaretur, quatenus juramentum Fidelitatis more Praedecessorum suorum in ipsius manus aut per se, aut per delegatum deponere posset. Recessum Comitiorum Imperialium T. III. inter Abbates ante Georgium nostrum subscripsisse his in comitiis dicitur, quare suam sententiam vel ipse mutauit, vel mutari coactus est. Verum quidquid sit, id certum est, Georgii partes Ratisponae non postremas fuisse. Habemus Epistolam Clementis Papae VIII. ad Abbatem nostrum datam, qua nedum istud, quod de Comitiis dicimus, sed & illud, quod de Reformatione diximus, satis superque demonstrantur. Sic habet:

Clemens PP. VIII. Dilecte Fili salutem & Apostolicam Benedictionem. „Ex Lit„teris dilecti filii Pronotarii *Portiae* nostri in Germania Apostolici Nuncii de te

w) *Tom.* 30. *fol.* 200.

a) *Quas vide* Sammlung der Reichsabschiede, *Tom. III.*

b) *Tom.* 29. *fol.* 265.

„diligenter ſcriptis intelleximus multa ſane cum voluptate, te in proximo „Conuentu *Ratisponenſi* Catholicae Religioni & publicae cauſae, pro ea, quam „geris perſona, & munere, voti, vt appellant, *Praelatorum Sueuiae.* praecla„ram operam nauaſſe. Sed quod caput eſt, accepimus, te coeleſtis gratiae „Spiritu & ſalutaris Reformationis Zelo incenſum Monaſterium curae tuae „creditum, ſingulari Pietate & Prudentia adminiſtrare, ita, vt inter inſignia „iſtius Prouinciae Monaſteria & Monachorum numero, & Diſciplina, & „omnis regularis vitae obſeruantia praeluceat. Hoc gaudium noſtrum, haec „Exultatio eſt Fili, cum audimus religioſos homines in ſancta vocatione ſua „fideliter ſeruire, praeſertim Praelatos & Abbates, ad quorum Exemplum & „Imitationem inferiores confirmantur, erit in coelo copioſa Merces tua, quod „tanta diligentia vigilas ſuper gregem tuum, & te ipſum in ſanctitate, Indu„ſtria & frequenti diuinae Hoſtiae oblatione formam praebes bonorum ope„rum & animas multas Chriſto lucari ſtudes.

„Commendamus te in Domino Fili, & Sponte currentem tanto liben„tius hortamur, vt tui ſimilis ſis, & Monaſticum ſtatum multis in locis apud „vos collapſum, quod dolenter dicimus, tua luce & odore bono, quantum „Deo adjutore potes, erigas & ſubleues, aliosque Abbates vicinos tuos, & „etiam remotiores ad ſalutiferam Aemulationem prouoces, vt ab omnibus „glorificetur Deus. Tum pergas, vt ſoles, quauis occaſione in publicis con„ſiliis & Conuentibus bene mereri de Religione catholica & Chriſtiana Re„publica, vt nos & hac ſancta Apoſtolica ſedes Mater tua te cotidie magis, „& meritis laudibus, & maternae Caritatis affectu proſequatur. Datum Ro„mae apud ſanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Octobris M. D. XCIIII. *Pontificatus noſtri Anno tertio.*

Zelo igitur Georgii noſtri Romam vsque perlato, quid mirum quod ſe in viciniores quoque terras extenderit? Certe in ſueuia vix vnum inuenies Ordinis noſtri Monaſterium, quod non a Georgio Monachos aut ad docendam petiit, aut alios ad diſcendum Diſciplinam inter ſuos recipi poſtulauit. Quin remotiora quoque Aſceteria, virique toga & Mitra venerandi eundem iisdem precibus conuenerunt.

Sed jam ſpeciatim enumerare adgrediar, quibus in hoc Reformationis Negotio adfuerit Praeſul indeceſſus, & a quibus, vt adeſſet & ore rogatus, & lit-

teris

ris fuerit. Anno 1594. Abbas noster, nil tale ominatus, *a Comite Portia* uncio Apostolico has Litteras accipit: Admodum Reuerende Domine! Ne- tium Visitationis & Reformationis Monasterii *S. Blasii*, laus Deo, nunc eo rductum est, vt laborum nostrorum vberem exspectemus fructum. Motae uidem fuerunt & oppositae plurimae Difficultates, attamen Deus eas omnes r nos remouit, & Sopiuit. Vna adhuc restat, ad quam tollendam Domi- tionis vestrae subsidium expetitur; vt scilicet cum nullus in hoc Monaste- habeatur Religiosus, qui in Regula S. Benedicti *perfecte* sit edoctus, nul- nque primaeuae Religionis praxin habeat, vt alios suos Confratres ad ve- m. Monasticam vitam adducere, & religiose instruere possit, Dominatio stra pro singulari suo erga Religionem *Zelo* & humanitate ex reformato suo onasterio alicujus docti & vere religiosi Monachi operum per duos, tres t quatuor Menses Abbati & Conuentui huic concedere non grauetur. Ob ijus absentiam ne cultui diuino in quocumque detrahatur, desiderat Ab- is hinc ad Dominationem vestram alium in divinis rebus exercitatum, *Di- ngae* edoctum remittere. Vti vero nos animum ad emeritum Dominationis estrae Priorem nunc Cellarium, Virum, vt credimus, doctum, pium, practi- um ac in Religione confirmatum Sacerdotem, ac si is operam suam pau- orum Mensium in hac tam pia re omnium optime præstare possit, adjeci- us; ita etiam elegimus apud nos aliquem in illius locum sufficiendum, ex ijus conuersatione nihil omnino sit metuendum, sperandum, tamen illum ost suum ex Weingartensi Monasterio reditum optimum fore nostrae Refor- ationis executorem: Capax enim videtur Disciplinae & prae caeteris ad um recipiendam dispositus, vt qui Dilingae apud Patres Societatis jecit bo- a doctrinae morumque fundamenta.

De eadem re scribet idem S. Blasii Abbas, & ego forte coram agam c litteras Abbatis reddam. Negari autem id commode non possit, cum jam nctissimo Domino nostro scripserimus, nos hoc jam pene a Dominatione estra obtinuisse. Faciet etiam in hoc Deo optimo maximo & S. Benedicto ratissimum obsequium, quod & suo erga Religionem *Zelo* correspondebit, & uic Monasterio erit vtilissimum. Idque nos nostris officiis quacumque data ccasione studebimus compensare. Interim Dominatio vestra foelicissime va- at. Datum in Monasterio *S. Blasii* 28. Decembris 1594. Admodum R. D. estrae ad commoda paratissimus *Hieronymus Comes de Portia* Nuncius Apo- olicus.

Ep'stola

Epistola Abbatis S. Blasii, de qua Nuntius in sua mentionem fecit, quae jam ante aduenerat, in hanc sententiam c) scripta: *Casparus* Dei gratia Monasterii *S. Blasii in Hercynia Sylua* Reuerendo Domino *Georgio* Abbati Monasterii *Weingartensis*, Domino ac Fratri nostro in Christo honorando multam Salutem. Reuerende Domine Abbas, quoniam Reuerendissimus & Illustrissimus Nuntius Apostolicus, Comes de Portia, Vir diuinis & humanis versatissimus ad nos, vti ad cetera multa Germaniae Monasteria partim reformata partim reformanda peruenit in hoc vnum studens, vt quia vnius, & ejusdem Ordinis & Regulae sumus, vnius & ejusdem *Breuiarii*, *Missalis*, *Ceremoniae*, *Disciplinae Regularis* simus, ita, vt si casu aliquis e nostris, vel vestris Conuentualibus ad nostrum, vel vestrum, vel alia Monasteria diuertat, quiuis sacrae Regulae & Disciplinae D. Patris nostri Benedicti facilius hoc accomodari queat. Et quia illum negotii Illustrissimus Sedis Apostolicae Nuntius promouere studet, videtur & idem nobis non solum necessarium, verum etiam fructuosum futurum. A vobis igitur pro fraterna Charitate, & Vicinitate petimus, quo res haec feliciorem habeat successum, vt ad nos vnum Fratrem Conuentualem ad tres, vel circiter Menses ejus gratia mittatis; nos, ne vestris quid diuinis detrahatur, ejus loco alium vobis remittemus, quem, vt & vos nostrum, fraterne & honeste tractabimus. Confidimus nihil in hoc nobis negatum, atque de eodem breui rescriptum iri. Quod cum fiet, fiedem nostris, quibus poterimus, officii generibus & erga Deum precibus compensabimus. Valete plurimum, nosque vestris precibus Sedulo commendate. Datae e *S. Blasio*, nostro Monasterio Anno 1594 die Mensis Decembris 24.

Abbatem nostrum Responsum aut propter Exspectationem Nuntii distulisse, aut ad S. Blasium saltem non peruenisse, probant aliae mox Anno sequenti 1595. 22. Januarii ab eodem *Casparo* datae Litterae d).

„Reuerende in Christo Abbas, ac Confrater. Non dubito, quin „ad te datas de Fratre aliquo ad nos mittendo acceperis. Responsu- „huc nullum, puod meis monebam, mihi datum est. Quare si in a- „mittendum consensisti, is per eundem equum, quo vtitur meus in- „dilectus filius Fr. *Joannes Georgius Rueffelmann* ad vos veniens, ad

c) *Ibid. fol.* 306

,poterit.„ Rogamus, vt vos eum, *quemadmodum & nos vestrum, vobis* *ommendatum habeatis. Vale feliciter.*

Ad binas hasce Litteras sic respondit Abbas noster: Reuerende in Christo Pater, ac Domine! Quod Reuerenda Paternitas vestra ad me scripsit le concedendo sici ad duos vel tres Menses Monacho, qui in *Choro vestro Instructoris* gerat officium, hoc ipsum & Illustrissimus Dominus Nuncius Cones Porciae, absens Litteris mecum, & coram oretenus egit: Serius vero b varia Impedimenta rescribo; quam meam morum, nec aegre ferat, oro.

Dum hic in Monasterio *S. Galli* versor, adferuntur aliae a Paternitate estra ad Illustrissimum Dominum Nuncium, & ad me etiam separatae Litterae, in quibus maturari cupit mittendi ad vos Monachi nostri aduentum: ua quidem in re paratus quidem sum gratificari, & sane merito, *tum* ob neam erga Illustrissimum D. Nuncium obseruantiam, tum ob Religionis nostrae, quae mihi cum Paternitate vestra Communis est, conjunctionem: obat tamen, quod vix sciam, quis meorum Fratrum illud, quod praestari esideratis, praestare possit. Nam plerique meorum juuenes sunt ex scholis rimum domum reuersi, rerum monasticarum plus non periti, quam alii, ui *Dilingae* educati sunt: Domi vero nostrae, vt vbiuis fere locorum, inertae in *Choro Caeremoniae*, quarum nec Doctorem vllum vnquam habuius, neque etiam scimus, vt esse illae, & adhiberi debeant, secuti jam aliquo tempore, *rubricas* tantum *generales Breuiarii Cassinensis*, de quibus imen dubius subinde sensus occurrit, vt proinde siue caereomias monastius spectemus, siue quaeuis alia tam in Choro, quam in aliis extra Chorim nos definire nihil, aut docere possimus. Constat tot fere Coeremonias, reuiaria, Missalia, ac alias Consuetudines esse, quot fere sunt Monasteria; iae disparitas merito dolenda est, & optandum, vt tandem confusione subta, certi aliquid statuatur, quod vt fieri vel possit, vel debeat, *alios aure malo*, quam quidpiam *praescribere*, paratus tamen semper ero, in iis mnibus me conformare, quae aut laudabiles traditiones docent, aut quod egulae nostrae & Monastici Instituti periti & zelosi tenendum esse, aut rermandum aut de nouo introducendum statuerint; quam Voluntatem, & aternitatem vestram habere, satis constat, quae tanto cum zelo in Monaerii sui reformationem incumbit, cujus tam boni studii, & tam boni co-



as suo tempore multiplices fructus metet, & a Domino Deo laborum rum aeternam mercedem accipiet.

Praeterita aestate rerum meliorum magna spes affulserat, cum ex *Italia* eniret Apostolica auctoritate missus, Vir nostri ordinis, sane doctus, & um primis in Monastico Instituto versatus, qui collapsam Disciplinam pristi-no nitori restituere debebat; at nescio qua infoelicitate conatus isti intercciderunt. Sperare tamen non desinam, fortasse adhuc aliquando futurum, vt vel hoc repetito modo, vel aliis remediis, nobis & nostris Monasteriis prospiciatur. Interim quod quisque in suo Monasterio potest, pro Virili conetur & faciat, & ea instituat & prosequatur, quae ad Religionis augmentum & ad ejusdem Conseruationem facere videbuntur.

Vt autem ad rem propositam redeam, intelliget ex his Paternitas vestra, quid praestare apud nos possimus, *qui ipsi doceri cupimus.* His tamen non obstantibus, vt meam erga vestrum Monasterium propensam voluntatem reipsa declarem, concedam, vt petitis, Monachum, quem tamen primum post Pascha a nobis mallem discedere, quae mora parua censenda est, praesertim quod in ipsis Paschalibus feriis iter ad vos volente Deo inire debebit. Porro Paternitatis vestrae Conuentualem F. *Georgium Ruselman*, ac si vnus esset ex nobis, excipiemus & tractabimus, vt Caritatem nostram disiderare numquam, vt confido, possit, atque mansionem eidem offerrimus, quam diu vobis videbitur. Deus sit nobiscum. *E, S. Gallo* 6. Februarii Ann 1595. F. Georgius Abb. Weingart.

Wann ich aber in glaubwürdige erfarung gebracht, das Eur Ehrwürden Cloſter und Gottshaus nit allein der Nottdurft nach mit Exemplariſchen und gelerten Religioſen zu genügen erſezt, ſondern auch *anderer Ortt und Clöſter* mit dergleichen qualificirten Perſonen verſehen, und durch dieſes Mittl mir hierin gar wol verhilflichen ſein khündte, als hab Eüer Ehrwürden Ich hiemit dienſt- und freindlich erſuchen und anlangen wollen, mir hierinn ſouil willfärig zu erſcheinen, vnd aus deſſen Gottshauſ *zwen* oder *drey* exemplariſch und eingezogne fratres auf *zway*, *drey*, mehr oder weniger Jar nach Eür Ehrwürden gefallen auf meine Vnköſten herunder zu ſchicken zuvergonſtigen, damit ich dieſelben zu dem *Priorat*, oder nach gelegenheit *andere officien* allhie gebrauchen, allhieige meine Conuentuales auch Inen mit einem gottſeligen der Regel gemeſſen Wandel nachzuvolgen vrſach gewinnen mügen, wie nun dieſes mein dienſt freündlich geſinnen beuorderſt zu Gottes Ehr und fruchtbarliche auferpawung unſer H. Regel S. Benedicti gedeyhet, alſo ſoll es auch von mir und dem allhieigen Gottshauſ in dergleichen und andern zutragenden fählen umb dieſelben dinſtlichen widerumben beſchuldet werden Gottes gnad mit uns allen, Eüer Ehrwürden unbeſchwerte unabſchlägige Antwort erwartende. Datum *Crembsmünſter* den 26. April Ao 1604. E. E. dienſtbefliſſner *F. Alexander a Lacu* Abbte zu Crembsmünſter Röm: Khay: Mjt. Rath der heilligen Schrift Doctor. mppr.

Quis quantusque hic Alexander Vulgo vom See dictus, fuerit, videre est apud R. P. Marianum Pachmayer Ser. Abbat. Cremif. pag. 359. & seq. Quodnam autem Georgius ad hanc Epistolam responsum dederit, nuspiam in suis Schedis reperire potui. Nemo tamen ex nostris, vt arbitror, *Cremifanium*, missus ab Abbate fuit. Successor *Antonius* decem postea Annis easdem preces repetiit, vt infra videbimus.

Anno 1609. *Jacobus Faggerus* Liber Baro de *Kirchberg* & *Weissenhorn* Episcopus Constantiensis, pristinam quoque Disciplinam in Monasterium *S. Petri* Ord. S. Benedicti in *Hercynia* introducturus, junctis cum Abbate loci *Joanne* recens electo precibus Viros aptos a Georgio postulauit, quorum petitioni Abbas noster diu reluctatus, positis tandem, habito in Vineis inter utrumque Abbatem & Commissarium Episcopi Constantiensis *Jacobum Rasslerum* conuentu, sex Conditionibus consensit. Actum in Monasterio Weingartensi octaua decima Nouembris 1609.

Insequenti Anno 1610. 1. Julii *F. Vdalricus Heugerler ad S. Gallum Decanus Fratres hic aliquamdiu commoratos* Domum reuocat datis hisce ad Abbatem nostrum Litteris: Jesus & Maria! Reuerendissime Domine. Ex jussu g) R. D. Abbatis nostri absentis reuoco duos nostros Fratres aliquamdiu in Monasterio R. Paternitatis vestrae benigne detentos. Pro qua benignitate Eidem magnas ago gratias majores data occasione referendas. Viuimus adhuc incolumes, & securi in satis magnis *tumultibus bellicis*, & haereticis plenis tremore & insania ex multiplici rumore mendaci & Imaginatione praua Conscientiae pernitiosae. Deus pacis omnia ad gloriam suam & Ecclesiae suae vtilitatem disponat, Custodiatque R. P. V. cum grege suo Religioso, & tota familia incolumem. *Ex S. Gallo* 1. Julii 1610. etc.

Eodem quoque Anno 14. Augusti *Wolffgangus* Episcopus *Ratisponensis* & *Praepositus Eluacensis* Coloniam a Georgio nostro petiit; atuero quum nullum ab eo responsum acciperet, proximo anno iteratis precibus has ad eum direxit Litteras: *Wolffgang* von Gottes genaden Bischoue zue *Regenspurg*, Probst vnd herr *zue Ellwangen etc.* Vnsren günstlichen Grufs zuor, Ehrwürdiger Inn Gott, besonder lieber Herr, Wir machen Vns kheinen zweifel mehr, Ir werdet euch noch vnabfellig zuentsinnen haben, was wir euch, wegen zway- oder dreyer Conuentualen, vnderem dato 14. Augusti Erwichenen

g) *Tom.* 310. *fol.* 14.

chenen 1610. Jahrs zu geschriben, dieweil wir dann gern wissen möchten, was wir deshalben aigentlich zuuerhoffen dannenhero ist nochmalen an Euch vnnser gel. gesinnen, Ir geruehen dem Allmächtigen zue Lob vnnd zue Pflanzung des heyl: ordens S. Benedicti vnnf mit 2. oder drey Persohnen, so zue vnnser vorhabenden reformation tauglich sein möchten, zue willfahren, vnnd vns solche auf vnnser ferners begern zuezeschicken, das wellen wir vff alle zutragende occasiones vmb euch und eüer anvertrautes Gottshaus erwidern, vnd sein euch mit gl: Willen wol gewogen. datum *Regensfpurg* den 18. Januarii Anno 1611. *Wolffgang.* Mprr.

Anno 1612. 8. Aprilis *Joannes Abbas SS. Vdalrici E. & Afrae M. Augustae Vindelicorum* Georgium plenissimis Humanitate Litteris h) adiit, precatus, vt *F. Antonium Bernkircher* strictioris disciplinae amore ductum ad tempus in suum Monasterium suscipere dignetur.

Jam ad Annum 1604. retulimus Reuerendissimum D. Abbatem *Cremisfanensem Alexandrum* ab Abbate nostro Viros Religiosos petiisse, easque Preces Alexandri Successorem Anno 1614. 2. Julii iterâsse, nunc Epistolam, qua petitionem suam concluserat, audiemus. Sic scribit: Reuerendissime in Christo Domine! quod Filius Patri, pro bono Religionis Catholicae, pro sacri Ordinis nostri P. Benedicti incremento, Reuerendissimam P. V. ignotus etiam interpellare non erubesco, sciens Viro egenti inutilem esse verecundiam. Parcet ergo, non dubito, Zelus suus simplicitati meae, quae non nisi familiariter & fiducialiter agere nouit. Ex quo nuper vacante per obitum *R. D. Alexandri a lacu etc.* vltimi ac immediati Abbatis Cremiphanensis vulgo Cremsmünster, ego indignus licet ad eandem vnanimi Fratrum consensu *postulatus* *) & tam a *S. Caesarea Majestate ac Serenissimo & Reuerendissimo Ordinario Passauiensi* confirmatus sum, hoc inprimis cogitare coepi, qua potissimum via fratres meos Conuentuales ad veram regulae ac statutorum obseruantiam disponerem, ac paulatim pro modulo reformarem. Inueni, vt dicam, quod res est, plerosque bonae Voluntatis. — — Vnde non nulli Deo dante eum Spiritum hausere, vt nihil magis optare videantur, quam veram & exactam addiscere Regulae nostrae

h) *Tom.* 31. *fol.* 230.

*) *Erat enim prius Abbas Hilariensis Ordinis Cisterc. apud* Pachmayr *p.* 396.



noſtrae & diſciplinae monaſticae obſeruantiam. Quod cum vix alibi quam inter fratres bene inſtitutos cum prouentu fieri poſſit (hoc autem nomine plurimum apud nos Monaſterium R. P. V. vtpote bonus odor Chriſti in omni loco commendetur & clareat) praeſentibus hiſce R. P. V. obnixe rogo, vt ſi quo modo fieri poſſit, pro diuini nominis exaltatione, & partium harum aliuali reformationis clauſtralis initio *duos* de fratribus meis Conuentualibus bone Indolis & Exſpectationis Sacerdotes, quos habito prius optato reſponſo ad eandem dirigerem, in ſuum Monaſterium paterne ſuſcipere, ac inter ſuos aliquamdiu habere velit, donec mutati paulatim in nouos homines omnemque regularem perfectionem edocti, ad nos cum foenore reuertantur, & fructum centuplum afferant. Sumptus, ſi ita viſum fuerit R. P. V. cum gratiarum actione refundam. Aut ſi horum loco *Duos de ſuis*, qui aedificare poſſint, ad me deſtinare maluerit, ambabus venis amplectar, & praeſtitam mihi gratiam quouis obſequii genere compenſare ſtudebo. Valeat. Ex Monaſterio *Cremiphanenſi* 2. Junii 1614. Reuerendiſſimae Paternitatis veſtrae Obſeruantiſſimus *Antonius Wolfrat* Abbas ibidem Mppr. P. S. Quod ſi data occaſione Reuerendiſſimum *Salemitanum* Abbatem conuenerit, vel quos habeat inter ſuos olim *Collegii Germanici* in Vrbe alumnos, poterit ab iis pleniorem de Perſona mea habere informationem.

Quadriduo poſt aliae Litterae in hac ipſa de Cauſa *Dilinga* aduenerunt, a P. *Chriſtophoro Grenzingio* S. J. Sacerdote in hanc ſententiam Scriptae: Pax Chriſti, preces & officia promtiſſima. Reuerendiſſime in Chriſto Pater ac Domine, Praeſul ampliſſime. Juſtiſſimas agnoſco cauſas auocandi hoc tempore *tres Fratres*, qui ſe bonis Religioſis moribus, & diligentia in ſtudiis nobis charos & gratos fecerunt. Spero bonos & vtiles operarios futuros. *F. Gaiſt* nunc agit *Praefectum Congregationis Religioſorum* cum Satisfactione. Opus tantum habet, vt animetur, ne parius etiam Difficultatibus nimis angatur, quae in tanto numero Religioſorum abeſſe non poſſunt. Sumus in Eccleſia militante, vbicumque locorum viuamus, vt deeſſe non aliquid pugnae.

Vehementer gaudeo emptionem *Veldkirchianam* tandem etiam a *ſede Apoſtolica probatam & confirmatam eſſe.* Vt Reuerendiſſima V. P. vrgeat *poteſtatem audiendi Confeſſiones* mihi magnae conſolationi eſt, quando moraliter ſcio, id in ciuium, & popularium meorum emolumentum Spirituale futurum.

Poſſi-

Desiderium cum Reuerendissima V. P. colloquendi jam diu magnum habuit, & adhuc habeo, cum materia varia, eaque non parui momenti haud caeam. Dabit forte Deus occasionem, & quidem citius opionione vtriusque nostrum. Vt in proximis vacationibus ad illas partes excurram, fieri non potest, cum propter alia impedimenta, tum quod ante Mensem inuitatus a Reuerendissimo & Illustrissimo Episcopo *Eystadiano* ad initium Vacationum, condixerim. Causam tam maturae inuitationis addidit Illius Illustrissima Celsitudo *quod cupiat alios anteuertere.* Bonus ille Princeps magnus est Patronus Collegii *Dilingani, & totius Societatis.* Cogitat nunc, quomodo aedificet Collegium *Eystadii*, quod a P. N. Generali jam *acceptatum est.* Vnser Herr LANDSMANN *Reuerendissimus Archiepiscopus Salisburgensis jam quasi solus*, QUI NOS NONDUM HABET.

Porro est, quod Reuerendissimae V. P. rogatus proponam. Accepi Litteras ante triduum a Domino Abbate Monasterii Austriaci *Kremps-münster*, quibus petit, vt vna cum ipsius petitione meas etiam partes interponam, & rogam, vt Reuerendissima V. P. dignetur ad tempus duos ex ipsius Religiosis ad Monasterium Weingartense suscipere, vt illic Spiritum Religiosum imbibere, & Disciplinam monasticam addiscere, illicque assuescere possint. Sumptus, quos facient, promptissime refundet. 2. Gratum haberet, si ex ipso Monasterio Weingartensi duos bonos Religiosos habere posset, qui in ipsius Conuentum eandem Disciplinam inducere possent. Hanc ipsam rem commendauit mihi quoque noster *P. Rector Lintii*, qui praedictum D. Abbatem multum commendat, tanquam virum vere Religiosum, qui tangetur vero Zelo juuandi suum Monasterium, quandoque jam de facto plurimum juuerit. Fecit non ita pridem cum fructu Exercitia Spiritualia cum omnibus suis Religiosis. *Monasterium est primarium Superioris Austriae*, quod vt juvaretur positum jam in magno periculo, postulatus est modernus Abbas ab Caesarea Majestate ex alia Abbatia *Cisterciensi*, cui magna Commendatione praefuerat, impetrata illi a *suo Ordine* a summo Pontifice potestate transeundi ad ordinem S. Benedicti.

In primo puncto valde rogo, vt Reuerendissima V. P. dicto Abbati gratificetur, itaque ejus optimis desideriis & Conatibus faueat, vt & in bene coeptis animose progrediatur, & ad meliora etiam & majora excitetur. Nisi tali Praelato reformationem inchoandi & continuandi auxilia aliunde exhibeantur,



tur, aegerrime ſuſtinet difficultates, quae ſeſe pleno modio offerunt. Auxilium autem magnum foret, ſi aliquos ex Conuentu in bene reformato Monaſterio, quale Weingartenſe eſt, probe inſtitutos, ad manum haberet, qui verbo & exemplo alios ad virtutem traherent. Supero Reuerendiſſimam D. V. cum toto venerabili Conuentu in re tam ſancta, tam ad Dei gloriam, animarum Salutem & Conſeruationem & promouendam gloriam Ordinis S. Benedicti pertinente, non inexorabilem fore. Spero Religioſos, qui mittentur, morigeros, tractabiles futuros, capacesque omnis Inſtructionis. Contrarium ſi fieret, liberrimum erit Reuerendiſſimae P. V. eos quocumque tempore remittere.

Pro altero puncto, vt Reuerendiſſima V. P. duos ex ſuo Monaſterio dicto D. Abbati mittat, non habeo, quod proponam. Ich ſorge woll man wurde mir kurz abdanken etc. Contentus ero, ſi exauditus fuero in primo. In quo tamen cum etiam videam difficultates eſſe poſſe, quidquid Reuerendiſſima V. P. ſtatuerit, id ego optimum judicabo. De caetero praecor Reuerendiſſimae V. P. Senium Felix, jucundum, & diuturnum cum ampliſſima Dei Benedictione, eique me & *totam Societatem tamquam veteri optimo Patrono* humiliter commendo. *Dilingae* 16. Junii Anno 1614. In Chriſto Seruus *Chriſtophorus Grenzing.*

Quum Georgius, maxime tum *Monaſteriorum Sueuiae Viſitationibus* praepeditus, reſpondere differret, alteram quoque dictus Abbas Submiſit Epiſtolam per doctorem *Albertum Euerhard* Abbatis noſtri Secretarium, tum forte *Cremiſani* transeuntem, iisdem fartam precibus. Datae ſunt in *Linz* 20. Septembris Anno 1614.

Mirum prorſus dictu, quam vndique Abbas noſter ad Conſtituendos in Coloniam Monachos impeteretur, adeo, vt ſi centum domi aluiſſet, eosque omnes & Doctrina & Pietate praeſtantes, facere haut omnibus, qui rogabant, potuiſſet ſatis. Ab ipſo etiam Imperatore ad Mittendos in Auſtriae Monaſteria Directores vrgebatur, his prouocatus Litteris: *Mathias* von Gottes Gnaden etc.

Erſamer etc. vnſs iſt von dir Inſonderhait gerümbt worden, was fur ain loblich gemeinnützig, gott wolgefellige Reformation der geiſtlichen Diſciplin

da

da nun von vil Jahren her bey deinem anuertrauten Gottshauſ vnder deinen Conuentualen vnd ordens Perſonen angeſtellt, vnd bisher im Werkh alſo continuirt, und erhalten habeſt, das aus denſelben, als gleichſam ainem *geiſtlichen Seminario* andern Clöſtern und Gottshaüſern auf begebende fähl mit wol qualificirten und exemplariſchen Perſohnen und Subjecten beygeſprungen, und wol verholſen werden künde, wie du nun hieran zu deinem Rhum vorters dem allmechtigen Gott ain ſonder angenem wollgefelliges Werkh, auch das yehnige erweiſeſt, was zu Mehr- und Pflanzung vnſerer vralt ſeeligmachenden Catholiſchen Religion nüz- und erſprieſslich iſt; alſo iſt in allweg pillig, eruorderts auch die Nottdurft, daſs dergleichen gut hailſame geiſtliche Reformation gemehrt, auch bey andern ſtiftungen und Cloſtern angerichtet, und in Ubung gebracht werden; Inmaſſen wir dann deſſen bey dieſen vnſern *Herzogsthumben* öſterreich vnder und ober *der Ens* allberait ainen gueten anfang gemacht, ſolches auch ins künfftig zu continuiren, genzlich entſchloſſen. Wann ſich dann die fürneme Praelatur bey vnſern Gottshaus *Steyr Gürſten* verwichener zeit verlediget, und mit ainem andern tauglichen Abbt widrumben ehiſt erſezt werden muſſ,

Als begeren Wir an dich hiemit gnädigſt du wölleſt aus und von deinem oder andern deines ordens Perſonen, darüber ſich dein geiſtliche Jurisdiction erſtreckt bis in *drey* wol qualificirt und exemplariſche Perſonen, die allberait Praelaturen gehabt, und ſich bey denſelben wol und zu obberürt vnſerm Intent verhalten, deren aine zu vorgemelter erledigten Praelatür fürgenoñen und gezogen, die andere aber zu gleichmäſſiger anſtellung obangeregter Diſciplin und Reformation gepraucht werden künden, fürderlich beneñen und Vns dieſelbige mit negſt peſter gelegenheit herab *nacher Wien* ſchicken, die werden ſich bey vnnſrer *Kayſerl. Reichshofkanzley* anzumelden, vnd darauf fernern beuelch und verordnung zu uerneñeu wiſſen.

An dem würdt vnns von dir ſonder angenehmes erwiſen, vnd wir wöllen es gegen dir in Kayſerlichen gnaden anderwert zu erkhennen nicht unterlaſſen.

Geben auf Unſrem Schloſſ zu *Lynz* den ailfften tag des Monats Septembris anno Sechzenhundert und vierzehen Jahren, vnſrer Reiche, des Römi-

 miſchen



mischen im dritten, des hungerischen in sechsten, und des Böhemischen im vierten Matthias. Ludwig von Vlm. mppria.

Haec Imperatoris Epistola transmissa est a *Vice - Cancellario de Vlm* addita hac itidem Epistola:

HochEhrwürdiger Praelat, groosgünstiger lieber Herr und Freündt Eüer Hochwürden seindt meine beraitwilligste nachparliche dienst zuuor. Was die Römisch Kayserl. Majestet vnser allergnedigster Herr, und dan der Herr Praelat von Crembsmünster an meinen Herren pro mittendis Apostolis ad reformandam regulam S. Benedicti in Monasteriis Austriae allergnedigst und freundlich geschriben, wirdt E. H. E. aus den beyligenden schreiben vernemen. *da ich wollte laugnen, das ich nitt der anstiffter gewesen, wurde es mein Herr dannocht nitt glauben.* Ist optima intentione geschehen utrinque, derowegen getrost ich mich, cum omne bonum sit sui communicativum der herr werde disforten selber wissen zubefurdern, was die Ehr Gottes, *Ir* Majestet, und ain furnemer Praelat seines H. Ordens so hooch begeren, Ich will verhoffen, des guten so daraus unfehlbarlich entspringen muss, auch theilhafftig zu werden, damit den herren Praelaten dem allmächtigen zu Schuz, und Ime und der seinigen gebett, meinen last und beharrliche Mieseligkeiten, darinnen ich mich *amore Patriae* aufgeopfertt, trewlich anbefehlend. Datum *Linz* den 17. Sept. Ao. 1614.

Frustraneo rursus, vti jam saepius factum est, conatu inter aduersaria Georgi datum Imperatori responsum quaesiui. Ex eo autem quod ad D. Vicecancellarium perscripsit, abunde, quas Excusationes adtulerit, intelligemus. Talis est epistola:

WolEdler und gestrenger besonders lieber herr und Nachpar etc. das aus *dessen verursachen* nit allein der herr Prälat zu Crembsmünster vff sein vor diesem bey mir beschehenen ansuchen nochmalen beharren thut, sonder auch so gar die Römisch- Kays. Mstt, unser allergnädigster Herr zu Ersezung der Prälatur und Gotthaus Steyrgarsten noch mehr Religiosen von mir allergnedigst begeren, hette ich umb so vil weniger getröstet, da dem Herren die gelegenheit meines anbefohlnen Gottshaus vorhin zimlicher massen bekhant, sunder auch unverborgen dass ich zu desselben nothwendigen fursehung

hung so wol bey hof, als im Conuent güetter Leüth selbst bedürftig bin, und die anzahl meiner Conuentualen sich izt noch um souil geringer befindet, da ich deren allberait *vierzehen* (ausserhalb der jehnigen, so zu *dillingen* in studiis seyn) in andern Gottsheüsern habe. Wie aber deme und ohngeacht ich in sorgen stehe, es werde bey andern Gottsheüsern vielleicht so wenig zu erhalten seyn, als ich meines thails nicht zu helffen waiß, will ich doch in ansehung des grossen vertrauens, so der Herr dissfalls zu mir sezen thuet müglichsten Fleiss anwenden, ob allerhöehst gedacht Ir Kaiserl: Majestet gehorsambst willfaren werden möchte, mit angehenkten Bitten, er wolle mir nit zu ungnettem nehmen, dass ihm diese Antwortung so spat zukomt, seitemalen es kein ander vrsach halber verblieben, dann dass ich *vier ganzer Wochen* mich nicht anhaims befunden, sondern mit dem gemeinen *Visitations Wesen*, und andern sachen diese zeither ziemlich vil zu thun gehabt habe. Souil den herrn Prälaten zu *Crembsmünster* betreffen thuet, hat derselb bey dieser ordinari von mir gleichfals einschreiben zu erfahren, dess getröstens, er werde sich für dissmal damit sättigen lassen, wollte ich dem herrn (deme ich angenehme nachparliche dienst zu erweisen ganz genaigt verbleibe) fraindliche Mainung nit pergen und thue damit samentlich dem Segen des allmechtigen trewlich Befehlen. Geben Im Gottshauß Weingarten den 7. Oct. An. 1614.

Vltima quoque Octobris die in eadem causa ad *D. Vicecancellarium* alias dedit Litteras, in quibus propiorem Apostolorum petitorum spem facit, proposito interim *P. Gallo Sandtholzer ottoburae Professo*, qui, vt ait, *Administratoris* officium integra fide, & cum omni Episcopi *Augustani* adprobatione aliquot annos in Monasterio *Faucensi* gessisset. Ad quas Dominus *de Vlm* ita respondit:

Hochwürdiger etc. hab Baide seine Schreiben vom 7. und lesten October wohl empfangen. Vnd E. H. E. gutwilligkeit *heütt im gehaimen Rath der Röm: Kayß: Majestet unserm allergnedigsten Herren referiret, und geriembt.* Die seindt nun theils des Erfolgs gewerttig, theils aber werden die Ersuchungsscreiben an dem Herrn Prälaten *von Ottoburen* und seinen *Ordinarium* umb die fürgeschlagene Person erfolgen. Vnd soll sich mein Herr über niemands Beklagen, sonder vil mehr erfreüen, daß ein *Römischer Kayser* aus seinem *Seminario*, das er selbst gepflanzt, *seine fürnembste Clöster Begert zu-*

ersezen.

 

erſezen. Vnd das *Weingarten* an izo praeſtirt, was vor viel hundert Ja *Fulden*, *Lorſch*, *Hirſchau* etc. pro diſſeminanda Religione & Religioſorum Re la mitt ewigem lob erwieſen. Idque ex regula naturali & morali: quod o bonum ſit ſui communicatiuum. allerhöchſt gedachte Kay: Majeſtät wer es umb Eür HochErwüden und dero Gottshaus in Kayſerlichen Gnaden kennen. Vnd ich bin und pleib E. H. Ehrwürden *dienſtwilliger Knecht* I *wig von Vlm*. Datum Wien den 12. Nov. 1614.

Ad initium anni ſequentis tertio Januarii die *Jacobus Fuggerus* I *Baro de Kirchberg* ad Abbatem noſtrum perſcripſit, petiitque, vt, quum no priori die 28. Februarii cum maxima animi ſui laetitia *tres Fratre Augiam diuitem* deſtinaſſet, jamque vnus eorum aegrotare coepiſſet, alium ejus locum ſubrogare velit. Eodem Anno 1615. Fr. *Guilielmus Aecom Vrſinenſis* rerum temporalium curam pertaeſus a ſuo Abbate Facultatem *uas*, Siritus recuperandi cauſa, proficiſcendi repetitis precibus. *Carolus* bas petitioni tam aeque & ſanctae ſatisfacturus, a Georgio noſtro ſuſcepti gratiam rogauit, & obtinuit. i)

Pari cura & Sollicitudine *Leopoldus Archidux Auſtriae Epiſcopus Arg nenſis etc.* apud Abbatem noſtrum pro Viris, qui in *Alſatiae* Monaſterii Benedicti leges priſtino vigori reſtituerēt, ſollicitauit. Prima quidem h petitio pro Abbatia *Murbacenſi* priori jam Anno 1614, facta eſt; Verum q Georgius emtam paucos ante Annos *Ordinis S. Joannis* domum in *Veld* in Prioratum erigere animo ſtatuiſſet, atque ſuis adeo Monachis ipſe ind ret, hanc ſibi prouinciam pro hac ſaltem vice deprecari debuit. At quum idem ipſe Epiſcopus poſt quatuor annorum decurſum eadem petita Monaſterio *Gengenbacenſi* repeteret, ſuasque etiam preces *Joannes* loci A ad jungeret, repulſam denuo Scribere non eſt auſus Abbas, ſed *duos* ex Fratribus ad praedictum Monaſterium ablegauit, dato negotio, vt ſe prius *Archiducem* conferrent, atque juxta ipſius praeſcriptum omnia dirige Menſe igitur Majo Anno 1619. *PP. Placidus Keſſering*, & *Maurus Bal* viri praeſtantiſſimi, vt infra audiemus, Benedictione paterna muniti, iti ſeſe accinxerunt, & ſexta die *Enſishemii* adpulſi, ad Colloquium Sereniſſimi miſſi ſunt. Porrectis ab Abbate Litteris, iisque ab Epiſcopo perlectis *Plac Priorem Maurum* autem *Subpriorem & Nouitiorum Magiſtrum* gratioſiſſimis bis conſtituit, eosque redditos de ſua gratia & praeſidio ſecuros, comit

i) *Tom.* 31. *fol.* 382.

bus DD. *Adamo Peetz Suffraganeo, & Vicario Generali*, atque *P. Columbano Tſchudi* Vicedecano Murbacenſi *Gengenbachium* dimiſit, qui eos Abbati & Capitulo praeponerent, atque in ſua officia Epiſcopi nomine Conſtituerent. Negotium Reformationis primum haut ex voto ſucceſſiſſe, probant Litterae *Leopoldi* ad Patres noſtros decimo ſtatim Junii die ejusdem Anni 1619. in hanc ſententiam datae: *Leopoldus Dei gratia Archidux Auſtriae, Epiſcopus Argentinenſis & Paſſauienſis: Adminiſtrator Monaſteriorum Murbacenſis & Ludrenſis, Dux Burgundiae etc. Comes Tyrolis etc. Alſatiaeque Landgrauius etc.* Religioſis Fratribus *Placido* & *Mauro* Salutem & gratiam noſtram.

Dolenter ſane intelleximus vos obſtacula quaedam inueniſſe in Monaſterio *Gengenbach*, quibus ſanctum Reformationis opus, ad quod a nobis Gengenbachium ablegati eſtis, praepeditur. Verum cum ea ſint, quae ſperamus amoueri poſſe, hos noſtros nobis fideles Conſiliarios Suffraganeum, & *Sarcandrum* ad vos deſtinauimus, a quibus mentem & ſententiam noſtram pluribus intelligetis. Magno igitur ſint animo, & in Domino confiſi ſuſtinete paululum, ſentietis mutationem dexterae Excelſi - ille enim qui dedit vobis velle, dabit vobis perficere, vt aliquando cum gaudio ſperatum fructum ſentiamus.

Si poſthac aliqua vobis oriatur difficultas, in abſentia noſtra recurrite ad hos noſtros Conſiliarios Eccleſiaſticos, apud illos conſilium & auxilium, vt confidimus, inuenietis. Interim nos ſemper vobis ad gratiam inclinatos habebitis. Datum *Friburgi Brisgoiae* 10. Junii 1619. *Leopoldus* mppria.

Leuiori poſt haec Brachio, & feliciori etiam ſucceſſu in hac viena laboratum eſſe, teſtis eſt ſequens data ad Placidum, & Maurum Epiſtola. Pax Chriſti. Venerabiles & Religioſi in Chriſto Patres, & Fratres dilectiſſimi! cum gaudio audiuimus in opere Reformationis progreſſum; Deus adſit Conatibus veſtris: quibus haut dubie benedicet, & ſua diuina gratia ſemper aderit, & faciet cum tentatione prouentum. Si enim in opere mox ex voto non ſuccedat, non deſpondeant animo. Virtus in infirmitate perficitur. De *Breuiario reformato* introducto gaudemus. In dubio de *paruo officio B. V. Mariae* ne haereant, habent *Bullam Pii quinti* Breuiario Romano praefixam, habent etiam rubricas ante idem officium poſitas, ſecure ſequantur illa, & abunde ſatisfacient. Vt in *Miſſali* & in aliis ritibus expeditius progredi poſſitis, propediem



vobis *Coeremoniale Romanum* transmittam, aut adferam, ex quo omnia vob fcitu neceffaria percomede haurietis. R. D Praelatus, non dubito, de fi omnia conferet, quae ad reformationis opus conducent; Patres & Fratr Conuentuales etiam faciles erunt, & conabuntur collapfa fenfim reftaurai Scripfimus fuae Reuerendiffimae fereuitati, certum gauifurum de progreffu. I terim curate & gnauiter pergite, vti coepiftis, armis fpiritualibus hoftes Eccl fiae expugnare. His belle valeant, & pro nobis etiam orent. Datum *Molsh mii* 12. Julii 1619. RR. VV. paratiffimi *Adamus Suffraganeus Argentinenfis*, *Nicolaus Sarcander.*

Proximo Anno 1620. Abbas *Gengenbacenfis* datis ad Abbatem noftru 16 Maji Litteris, gratias ampliffimas pro fuis ibidem exiftentibus Patribus eg fimulque petiit, vt inminuto grauiter vel aliorum morbo, vel aliorum mor in Choro numero duobus *tertium* quoque adjungere colonum velit. Georgi felici reformationis inceptae fucceffu motus, *Bartholomaeum May* peregi proficifci, fuasque operas *Gengenbachio* locare jubet. Verum laetum hoc nuncium triftius infequenti mox anno infequebatur, recrudefcente prin Aemulationis inuidia; adeo vt Epifcopus per fuos Commiffarios alias int leges has quoque in Capitulo pleno promulgari praeciperet: Tres Religi Weingartenfes has fufcipiant functiones diligenter exequendas: Primo *F Placidus Prioris* officium ficuti hactenus retineat, Fr. *Maurus Subpriorem* aga tertius vero Weingarttanus Fr. *Maurum* abfente Priore, & Fr. Mauro circ *Prioratum* occupato in inftruendis *Nouitiis* juuet, coeptumque Reformation opus omnes ftudiofe profequantur.

Secundo Praelatus in ea, qua eft Abbatiali dignitate permaneat, & lic fupremum Monafterii caput fit, ferio tamen mendamus, & diftricte praecip mus, vt praefatus Abbas in Oeconomicis & temporalibus nullas expenfas fa cere, nullos cenfus dare aut recipere fiue quidpiam aliud, fine confilio & au xilio P. Prioris expedire praefumat, fed omnia, antequam fiant, eidem com municet. Si (quod non fperamus) inter Abbatem & Priorem aliqua in ne gotiis gerendis Monafterii, ac decidendis difcrepantia & Contentio orta fueri rei Decifio (fi res moram patiatur) ad Concilium Ecclefiafticum vel aliquo a nobis ex eodem Concilio fpecialiter nominandos deuoluatur, & pro r qualitate ibidem decidatur ect. —

Han

Hanc noſtram vltimam voluntatem eſſe Subſcriptione & ſigilli noſtri Archiducalis appreſſione teſtatum fecimus. *Enſishemii* 11. Februarii Anno 1621. *Leopoldus*, ad Mandatum Sereniſſimi ac Reuerendiſſimi Arch. Arg. & Paſſ. Epiſcopi proprium *Joan Balthaſar Schlegel*.

Coactis hosce in limites animis, Reformatorum labores breui optatam germinarunt ſegetem, adeo vt paucos intra annos Viri adoleſcerent omni Commendatione digni. Cultis igitur in tantam fertilitatem terris, vnitoque cum *Congregatione Alſatica Monaſterio*, noſtri domum redierunt, Litteris Saepiſſime ab Abbate honorati, & gratiis.

Sed ab occidente rurſus ad Orientem vertendus eſt oculus; nam & inde, *ex Styria* nempe, Litterae venerunt, ex eadem Cauſa confectae. Primae ex Monaſterio *Admontenſi* Georgio delatae, ſic ſonabant: Conſideranti mihi Admodum Reuerende in Chriſto Pater, ac Domine, Ordinis noſtri magna ſimul & laudabilia — — — occurrit illud veritatis praeſagium: Meſſis quidem multa, operarii autem pauci — — Quapropter admodum etc. ego ad ſuam R. Paternitatem, ad Sacram velut anchoram — — ad eum, quem omni Benignitatis & proximum juuandi Zeſo incenſum multorum & grauium virorum Sermonibus cognoui, ad eum, qui nobis omnibus in hac diuina Meſſe operariis deſtitutis ſuccurrere poſſit, ſi velit, accedere hisce non vereor, rogans ſimul & obſecrans, vt nouellos diuinae vitis, Chriſti videlicet, palmites, licet in *exteris nationibus*, quod laudi eſt, in Monaſterio mihi concredito *Admontenſi*, per *tres Sacerdotes* (quorum altero pro *Priore*, altero pro *Nouitiorum Magiſtro*, tertio pro meo *Confeſſario* vti poſſim, quartum ſi addere voluerit, non abnuo). Propagare non dedignetur, vt hac videlicet ratione rerum omnium Dominus non ſolum detrimenta *gregis ſui* nobis omnibus commiſſi non patiatur, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat, & laetetur. Quod quam Deo futurum ſit gratum obſequium, R. P. S. ſuoque venerabili Conuentui honorificum, nemo eſt, qui neſciat.

Quo vero commodius id fieri poſſit, ordinariam Ordinarii mei Illuſtriſſimi videlicet, nec non Reuerendiſſimi Archiepiſcopi *Saliſburgenſis* & permiſſiuam licentiam & vna cum his, vel certe breui poſt has R. S. P. recipiet; hisce; me R. Paternitati ſuae velut filius annuentem Patris exoptans vultum licet ignotus, ſuorumque precibus commendo. *Ad Montes* 13. Februarii

 Anno



Anno 1617. Admodum R. P. T. Obſeruandiſſimus *Fr. Matthias Abbas Admontenſis.*

Et vero Ordinarii *Marci nempe Sittici* Archiepiſcopi Salisburgenſis etc. Epiſtola decem poſt dies 23. Februarii ſcripta, quam habèmus, huc delata venit, verum has vtriusque preces ſolita a ſe Excuſatione amoliebatur, quod nempe vltra 20. ſuorum jam vel Reformationis cauſa In aliis Monaſteriis, vel ſtudiorum neceſſitate in Academiis commorentur, & ideo, vt addebat, ſe nec *Leopoldi Archiduci*, nec *Nuncio Apoſtolico Lucernae* reſidenti, aliisque eadem poſtulantibus reſpondere pro votis quiuiſſe. Sperare itaque, nec Archiepiſcopum ſibi ſuccenſurum, nec Abbatem vitio ductum, ſi hac ſaltem vice optimae voluntati non poſſet obſequi. Datae in Weingarten vltima Februarii 1617.

Anno 1621. quarto Octobris die *Jacobus* Epiſcopus Conſtantienſis pro Monaſterio k) *Petruſano* P. *Georgium Oxner*, Prioris officio functurum, poſtulauit: Anno ſequenti Martii D. *Placidus* Abbas *Brigantinus* pro exhibitis Nouitio ſuo, *Dominico* gratiis gratias agit, eumque l) vlteriori curae, & Inſtitutioni paternae commendat. Anno denique 1623. 13. Januarii a *Bartholomaeo* Abbate *Ochſenhuſano* litteras accipit hujus tenoris: Admodum etc. m) accepi nuper a Sereniſſimo Duce & Domino *Leopoldo* Litteras, in quibus petitur, vt pro Monaſterio *Schutterenſi* — — pro inſtituenda Reformatione aliquos ex Conuentualibus noſtris transmittam, & iſthinc duos alios recipiam. Quid factu optimum ſit, ignoro. Si R. P. tua inpartes meas transſire, hancque in ſe ſuſcipere velles prouinciam, libenter concederet Epiſcopus. Hanc ob cauſam meum tabellionem ad R. P. V. expedio, vt abſenti daret, quod praeſenti non negaret conſilium. P. V. in diuinam Protectionem Commendo. Deus nobiscum. Datae *Ochſenhuſii* 13. Jan. Anno 1623.

Jam Anno 1609. P. *Franciſcus Dietrich* & alii quatuor ad Monaſterium *S. Petri in Sylua Hercynia* miſſi ſunt, uti jam ſupra dictum, verum vt totum cohaereat, hic quoque meminiſſe juuat, quod anno 1624. aliam quoque pro dicto Monaſterio Coloniam expetiit Jacobus *Fuggerus* Epiſcopus; verum quum eodem ſtatim anno (neſcio qua de cauſa) iterum domum reuocaretur, hoc mandato Monachi S. Petri, quaſi Pugione confoſſi, haec ad Priorem noſtrum Franciſcum, Abbas loci *Petrus* transſcripſit Lamenta: Salutem & obſequia paratiſſi-

k) *Tom.* 32. *fol.* 78. l) *Ibid. fol.* 104. m) *Ibid. fol.* 153.

paratissima Pater Reuerende, & Prior plurimum obseruande. Praeproperam & inopinatam RR. PP. & FF. vestrorum auocationem non sine magna admiratione percepi; dubius interim haerens egoue vel PP. & FF. mei incommoditati huic ansam aliquam praebuerint? at Litteras R. V. diligentius inspiciendo tandem (vt firmiter reor) talia, tamque ardua, Reuerendissimo vestro, totique venerabili Conuentui incidisse negotia, quibus expediendis omnium RR. PP. Conuocatione & matura deliberatione opus & necessum sit. Qua tamen in parte libentius (praesertim tempore tam importuno & quasi in Reformationis medio) Reuerendis PP. vestris, mihi & meis passum fuisset, vidissem. Interim tamen optima spe fruens, illos negotiis confectis & sine longiori mora, commode ad nos reuersuros; eorum enim praesentia, opera, consilio non modo propter Nouitios, verum etiam ob quaedam alia ad Reformationem continuandam necessario requisita, longiori tempore indigemus; de quibus ipsimet coram plura.

Eapropter Reuerendissimum Dominum vestrum Praesulem Dominum meum gratiosissimum, Reuerentiam vestram, reliquosque venerabilis Conuentus Fratres humiliter & obnixe rogatos volo, opus tam arduum & maxime Deo & SS. Patri nostro Benedicto gratum, mihi & Monasterio commisso necessarium & perutile, imperfectum & mancum relinqui non patiantur. Quod si fiat dubio procul Dominus Deus sibi ipsi praestitum putabit, & omnibus id procurantibus & in eo fideliter laborantibus largus existet remunerator, egoque PP. & FF. mei. curabimus, vti grati semper inueniamur, & de nobis dici nequeat in ingratos beneficium Collocatum. Hisce me meosque obsequiose & humiliter commendo. Datae 27. Januarii 1625. Reuerentiae vestrae ad omnia paratissimus Fr. *Petrus* Abbas Monasterii *S. Petri in Hercinia Sylua* Mppr.

Patres nostros illuc rediisse, ibidemque monasticam disciplinam restituisse infra dicemus.

Eodem anno 1624. easdem preces pro Monasterio S. *Trudperti* in eadem *Sylua Hercinia* idem Episcopus Jacobus Fuggerus repetiit, ac tandem post multas ambages in certas leges conuentum fuit, Subscribentibus *Andrea Dornsperg*, Canonico Constantiensi, & F. *Jacobo Abbate S. Trudperti*, Actum in Weingarten 1624. 28. Februarii.

Anno



Anno 1625. iterum ad Conclaue Abbatis noſtri deferebantur Litterae, ab Abbate *Fuldenſi Bernardo*, calamo humaniſſimo in hunc ferme modum exaratae: *Joannes Bernardus Dei* & Apoſtolicae ſedis gratia Abbas Eccleſiae *Fuldenſis, Diuae Auguſtae Archicancellarius, per Germaniam & Galliam Primas, Sac. Rom. Imp. Princeps etc.*

Salutem & Amicitiam noſtram, Reuerende in Chriſto Pater, Amice ſincere nobis dilecte.

Reuerende P. V. innotuiſſe neutiquam dubitamus, quam praeclaros olim fructus Eccleſia haec *Fuldenſis*, noſtrae modo Curae commiſſa, quamdiu a D. Patris noſtri Benedicto Sanctiſſimo Inſtituto ſeſe dimoueri paſſa non eſt, tum ſacro huic Ordini, tum etiam vniuerſae Eccleſiae Catholicae protulerit: Verumtamen prô dolor accidit temporum ac haereſeon injuria ita paulatim *libertatis* froena Laxari, adeoque cum tectis ac aedificiis diſciplinam quoque monaſticam collabi, vt exigua veteris inſtituti veſtigia hic loci ſupereſſe videantur. Vnde cum injuncti nobis officii ratio omnino exigeret, huic ad praeſens animarum periculum longius gliſcenti malo debitum afferre remedium, eumque in finem non ſolum paſſim diuinum cultum modis omnibus promouere, ſed etiam ſaepe dictum Inſtitutum D. Patris Benedicti, quod profeſſi ſumus, praeſertim in majori *Baſilica* Ciuitatis noſtrae Fuldenſis juxta normam ab eo praeſcriptam denuo reſtaurare: prout id ipſum a ſacra *Apoſtolica ſede Romana*, vti & a *Caeſarea Majeſtate* ſpecialiter nobis injunctum fuit; Ideo de perſonis ad inſtituendam ejusmodi Reformationem idoneis prouidendum duximus. Quia vero fama ad nos delatum eſt prae caeteris in Monaſterio R. Paternitatis veſtrae regimini commiſſo regularem obſeruantiam ac monaſticam diſciplinam non parum efflorescere, plurimosque reperiri, qui aliis juxta S. Benedicti diuina Inſtituta laudabili Exemplo praeire, eosque ad juſtitiam erudire valeant: Idcirco R. Paternitatem V. ita exigente Eccleſiae noſtrae ſtatu, *pioque*, quo tenemur propoſito, per praeſentes interpellare volumus, eandem benigne & amice rogantes, vti ex venerabilis ſuae Congregationis numero quinque aut ſex perſonas Spectatae virtutis, ac probitatis; atque inter eos, quoad fieri poteſt, aliquos ex *antiqua & nobili familia progenitos*, qui generis ſui Nobilitatem juxta morem in Eccleſiis Cathedralibus receptum ad 8 aut 16. *gradus docere poſſent;* inprimis autem F. *Joannem Simonem a Bodenaw* (Bodmann) (qui nobis multis nominibus ſingulariter commendatus fuit) aliquantiſper ad nos huc deſtinare non dedignetur, qui propoſitum noſtrum ope & opera

ſua,

ia adjuuare ac prouehere, & ad Regularis disciplinae obseruantiam alios sibi ommittendos verbo & Exemplo erudire debita vigilantia allaborent. Nobis iciſſim curae erit, vt interea temporis, dum *noua*, quam intendimus, *Fabrica* d summum deducatur, conueniens ac commoda ipsis habitatio, caeteraque ad ictum & vestitum necessaria abunde ministrentur. Sicut autem a R. Paternitate '. huic nostrae petitioni, vtpote quae solum diuini Nominis gloriam, Sacrique rdinis nostri propagationem directa est, benigne delatum iri confidimus; ita ab adem per latorem praesentium certum desuper responsum auide exspectamus, ı eumque euentum (dum tamen R. P. vestrae idem placuerit) e nostris aliuem illuc ablegare constitutum est, qui non solum R. Paternitati V. nostram oluntatem pluribus significet, sed etiam Religiosos illos, quos eidem P. V. uc ablegare placebit, nostris expensis in itinere deducat. Nos id ipsum erga L. Paternitatem V. grato animo animo agnoscemus, eidemque interim ad uaeuis amicitiae & Beneuolentiae officia nos promptissime offerimus. Datae n Ciuitate nostra *Fuldensi* 2. Augusti Anno 1625. Reuerentiae vestrae addictissimus *Joannes Bernardus Abbas Fuldensis* Mppr.

Post Scriptum. Quodsi litteris hisce nostris R. Paternitatis vestrae titulus pro debito praefigi non potuit, amice rogamus, vti R. P. V. bonam in partem suscipiat. Speramus etenim ampliorem posthac nobis occasionem datum iri, per quam cum R. P. V majorem inire notitiam, eidemque constantem amictiam nostram reipsa pluribus modis exhibere valeamus. Et sicut omnino confidimus R. Paternitatem V. nostrae petitioni non grauate concessuram: ita viciſſim rogamus, vt nobis simul transscribere non dedignetur, quaenam illic pro Conuentualibus *lectorum instruendorum* sit ratio, tum an *singulis sui cibi separatim*, an vero *aliquot personis simul in communibus patinis ministrentur*, vt mature, & ante aduentum ipsorum necessaria Suppellex juxta morem in monasterio vestro hactenus obseruatum, procurari possit. Nec dubitet R. Paternitas vestra nos ad hoc omni ope annisuros, vt non solum personae huc designandae statui suo congruenter alantur, sed etiam hoc, quod a R. Paternitate vestra speramus, beneficia debita semper gratitudine recompensetur. Vt in Litt. Joannes Bernardus Abbas Fuldensis. Mppr.

Responsio Abbatis nostri his fuit concepta verbis:

Illustrissime, ac Reuerendissime in Christo Pater, Princeps, ac Domine Domine obseruandissime.

Illu-



Illuſtriſſimae ac Reuerendiſſimae Dominationis veſtrae Litteras, qua decet obſeruantia, accepi, ex quibus ea, quae prius de Reuerendiſſima D. V. ardenti erga Deum, ejusque majorem vbique propagandi gloriam animo, fama ferebatur, reipſa vera eſſe, agnoui, & de tanto erga Religioſae diſciplinae reſtaurandae Zelo, vehementer, vt debui, Laetatus ſum. Benedictus Deus, qui huic Fuldenſi tam antiquae, & tot Sanctorum Virorum altrici, Domui ſuae diſpenſatorem tam fidelem conſtituit, qui licet, etiam perturbatiſſimo tempore, veterem tam Religioſi Inſtituti normam referre, & in Eccleſia ſibi commiſſa vbique efformare & velit, & omni ope, & opere nitatur. Caeterum quantum de tam Religioſo & vere pio Illuſtriſſimae D. V. Propoſito laetor, tantum viciſſim, quod tam juſtae & laudabili petitioni ejusdem, hoc tempore, ob cauſas non nullius momenti ſatisfieri a me minus poſſit, ex animo doleo. Et vero animus mihi numquam defuit, nec adhuc deeſt, Religioſum Inſtitutum vbique promouendi & propagandi, obſtat tamen huic meae promptiſſimae voluntati ante alia, aetas non tam Senio, quam *quadraginta annorum*, quibus huic Monaſterio profui, fracta laboribus; & quod ſummum eſt, Superioribus annis, morbi quodam accidente ita contrita, vt de Abbatiae Munere abdicando, non tantum cogitarim, tentarim, ſed ipſo etiam opere praeſtitiſſem, niſi temporum iſtorum, & bellis & aliis Incommodis notiſſimorum, injuria, impedimento mihi exſtitiſſet. Et quoniam cum ob ſenium tum vero maxime ob morbi jam dictum accidens, nulla me hora ſecurum praeſtat; In eo caſu, quo vel ſedatis bellis, me de Reſignatione iterum cogitare, vel in meo e vita Exeeſſu Fratres meos de ſucceſſore conſtituendo, deliberare, neceſſitas vrgeret (quorum alterutrum differri vix diu poterit) facile & prudenter Illuſtriſſimam & Reuerendiſſimam D. V. proſpicere, mihi perſuadeo, in tanta locorum diſtantia, in tam grauis momenti negotio, in quae & quanta pericula Monaſterium meum conjiceretur? Accedit, quod ex Fratribus mihi commiſſis non pauci ſint *ſenes*, alii *morbis* etiam fracti, & proinde huic reformationis labori minus idonei. Eſt etiam nobis Membrum quodam in oppido *Veldkirch*, in quo etiam non pauci degunt: vtrobique vero tam hic, quam ibi populus, & ſubditi eo jam Dei munere, partim Concionibus, partim Confeſſionum auditionibus aliisque ſimilibus Exercitiis aſſueti ſunt, vt certatim maximo numero concurrentes, his ſpiritualibus Exercitiis, non ſine magno, pio tamen & religioſo labore, juuari omnibus modis feruentiſſime appetant. Cui deſiderio, in tot meorum in alias partes miſſione qua ratione ſatisfieri commode amplius poſſet, vix perſpicio

icio. Sunt praeter has etiam aliae non paucae causae, propter quas quantumcumque animus meus alias ad similia officia promtissimus in rationibus disquirendis, etiam Reuerendissimae D. V. in petita reformatione succurrendi desuet, hoc tamen tempore vere deficiat. Quod Illustrissima ac Reuerendissima Dominatio vestra aequi bonique consulere & acceptare ne dedignetur. Deus Opt. max. Eundem Rvmdma D. V. & in diuini Honoris propagandi zelo fortem & Ecclesiae suae, Familiaeque Benedictinae sospitem conseruet ad multos annos. Ex *Weingarten* 20. Augusti Anno 1625. Illustrissimae ac Reuerendissimae D. V. Seruus in Christo Fr. *Georgius Abbas* ibidem.

Jam supra diximus, *Joannem Georgium* vtriusque Monasterii *Murbacensis* & *Ludrensis* Abbatem ab Abbate nostro per P. *Christophorum Hamerer* Conuentualem nostrum petiisse, vt ex Nouitiis suis non Neminem in Nouitiatum Weingartensem pro addiscenda Disciplinae Monasticae Obseruantia ad aliquot annos recipere dignetur. Adjunximus etiam Georgii ad hoc petitum responsionem, quae in hoc posita erat: Dilingae apud Patres Societatis Jesu Juuenes Religiosos melius institui, informarique, quam in quocunque Monasterio, posse. Quieuit pro hac Vice Princeps; atuero anno 1607. iisdem precibus rediit, & ne Georgius Excusationem in eandem partem verteret, addidit; Se minime n) dubitare, quin Scholae Dilinganae Religiosos egregios producerent; verum quum praesens Nouitius Humaniora jam *Brundisiae* apud eosdem Patres absoluisset, & ipse *Monachum Benedictinum*, non *Jesuitam* habere cuperet, iteratis se precibus adesse, vt dictum Nouitium ad vnicum saltem annum inter suos recipere, & curare dignaretur se ad alia quaeuis officia paratissimum esse. *Gebvillarae* in ciuitate nostra anno 1607. 14. Julii.

Quinquennio jam ante in coelo *Murbacensi* Bernardus *S. Galli* Abbas nubes minis turgidas videbat; & ideo has ad Abbatem o) nostrum dabat litteras. Pax Christi! Reuerendissime in Christo Pater ac Domine. Non dubito, quin recenti adhuc memoria teneas, quod meus *Decanus* non ita pridem meo nomine tecum locutus sit. Ante paucos dies audiebatur typanum, bellicum, conscribebaturque Miles pro *Galliae Rege*, sed jam continuit. Dices, mittatur in *Hungariam* per me licet. Scribit ad me *F. Jodocus* Roma, Negotium *Murbacense* 10. Martii decisum, denuo in Controversiam

n) *Tom. 30. fol.* 519. o) *Ibid. fol.* 114.



versiam esse vocatum. Si recte assequor, de Monasterio murbacensi de se non est quaestio, aut difficultas, sed tantum de *Vnione Ludrensi*, quae valde impugnatur. Timeo, ne — — Deus conseruet, & augeat Monasteria, semperqve nobiscum maneat. Datae ad S. Gallum 4. August. Anno 1602.

Et sane quod secundo hujus seculi anno *Bernardus* futurum praesagiit *Ludouicus Adriae Episcopus* Abbati nostro factum septimo decimo significauit his ad eum datis lucerna Litteris: Perillustris & Admodum Reuerende Pater! Nouerit procul dubio Dominatio tua in Monasterio *Murbacensi*, nobilissimo *sedis Apostolicae ac Imperii Membro* ob inueteratas illius Abbatis ac Monachorum Discordias Disciplinam Monasticam omnino esse collapsam; quae quidem Discordiae effecerunt, vt tam Abbas, quam Monachi ejusdem Abbatiae *Murbacensis*, ac *Lutrensis* ipsi Serenissimo *Archiduci* LEOPOLDO *perpetuam Admiuistrationem obtulerint*, quam Celsitudo sua serenissima accedente Sanctissimi Domini nostri Consensu suscepit, promittens sanctitati suae, nobisque his in Partibus ejus vices gerentibus, & palam profitens, se Abbatiae, ac Monasterii tam spiritualia, quam temporalia in pejus in horas singulas ruentia pro viribus esse reparaturam, & restauraturam. Ad quod quae est ejus summa Pietas, zelusque, animum sensim adjecit. Nam hac de causa personaliter *Schwilorium* se transtulit, eo animo, vt dictum Monasterium *Murbacense* pristino statui ac splendori restituat. Quod vt facilius praestare possit, nostro arrepto consilio veteres succidere, & nouas ibi plantare arbores, quae suo tempore fructus dignos afferre possint, constituisse videtur. Eam ob rem nuperrime suis ad nos datis Litteris idem serenissimus a nobis instantissime petiit, vt hinc in Monasteriis *Heluetiae & Sueviae*, nostrae legationi subjectis saltem duos Monachos juuenes, nobiles, bonae Indolis, bonis Moribus, Litterisque praeditos, ac Regulam S. Benedicti Viros professos, qui illuc mitti possent, quaerere non grauaremur. Cui petitioni eo libentius annuimus, quo & nos ex officii nostri nostri debito dicti Monasterii Reformationem, & rem SS. Domino nostro gratissimam promouere tenemur. Monemus propterea Dominationem tuam, ac rogamus, vt si in isto tuo Monasterio duo Monachi vere S. Patris Benedicti Imitatores, qui ex *nobili stirpe* ortum ducant, existant, ad dicti Serenissimi, vel ad nostrum nutum *Murcachium* destinandos auinctos habeat, nos interim, quam primum certiores reddendo, si nostri voti compotes, vel secus esse possimus.

Et

Et quoniam Difficultas forsan fubierit in inueniendis duobus Monachis upra scriptis qualitatibus ornatis, antiqua praefertim, & *ingenua Nobilitate*, juam illud *Monasterium eximiam requirit*, nos ideo eidem fereniffimo Domino Archiduci *Leopoldo* infinuauimus fatius fore, fi vnum tantum Monachum acerdotem ex hisce *Monasteriis nobis fubjectis* deduci curaret, qui tamen honeftis parentibus effet ortus, aetete effet prouecta, Eruditione ac Doctrina xcellens, bonis Moribus, ac Difciplina ecclefiaftica probatus, & in obferuantia regulari, maxime fui Ordinis diu & probe verfatus, qui Praefectus t *Magister Nouitiorum* conftitueretur, ac diceretur a nemine alio, quam a Celfitudine fua fereniffima dependens, & hoc jacto fundamento feptem, cto vel plures poftea Adolefcentes ex *Alfatia* & circumjacentibus locis ad abitum & Religionem S. Benedicti admitteret fub dicti Patris Magiftri ura & Difciplina. Quod fi dictus Sereniffimus Archidux hanc noftram promuerit fententiam, fignificet, ftatim Dominatio tua, an faltem talem Monachum ifthinc a fuo Monafterio obtinere poterimus. Cui interim operam mnem noftram paratiffimam offerimus, omnemque felicitatem a Deo preamur. *Lucernae* 11. Martii 1615. Perilluftris ac admodum Reuerendae Dominationis tuae vbi fuerit valde ftudiofus & ad omnia commoda paratiffimus *Ludouicus Episcopus Adriae Nuncius Apostolicus.* Mppria.

Duos jam ante Menfes Abbas nofter ab ipfo Archiduce Litteras ferme usdem cum Nuncii tenoris acceperat, nifi quod ille Georgio optionem renqueret, Monachos aut *Murbachium* ex Vineis mittendi, aut ex *Murbachio in Vineas* recipiendi, aut denique *Juuenes nobiles pro Murbachio in Notiatum Weingartensem* admittendi. Primum & fecundum fibi Abbas deprecatus eft. Et illud quidem propter propriam Monachorum inopiam, iftud item, quod Monachi Libertatibus femel adfueti, vix aut ne vix quidem l ftrictiorem viuendi normam fe flecti patiantur. *Duos tamen Juniores* fuis ggregandos Nouitiis libenter fe fufcepturum pollicetur, fi modo 12. aut 13. nnum nondum exceffiffent. Datum Weingarten 13. Jan. 1615. Et ideo uncio in hanc ferme fententiam refpondit:

Illuftriffime ac Reuerendiffime Domine, Domine obferuandiffime. Quas uftriffima ac Reuerendiffima Celfitudo veftra ad me dedit Litteras fub die L Martii fcriptas, ea, qua decet, reuerentia XXI. ejusdem Menfis accepi, quibus Celfitudo veftra fignificat a Sereniffimo Archiduce Leopoldo quaeri



duos Monachos pro Monasterio *Murbacensi, qui nobiles sint nati*. & apti ad introducendam isthic disciplinae Reformationem; cupit proinde Cessitudo vestra, vt hinc ex meo Monasterio suppetias feram, & si nobiles aptos non habeam, minimum ministrarem alium, honestis parentibus natum, eruditum, & maturum.

Ex his Illustrissimae etc. Celsitudinis vestrae Litteris plus satis apparet, quantum erga Religionem monasticam gerat zelum, & quam dignum sit, vt tam piae petitioni satis fiat, atque vtinam mei Monasterii Conditio pro tempore ea esset, meam vt opellam offerre possem, nihil desiderari permitterem. Verum non possum eandem Celsitudinem vestram celare quod dictus Serenissimus Archidux *Leopoldus* Dominus meus Clementissimus ipse de hoc argumento ante duos circiter menses, litteras etiam ad me dedit, id ipsum postulans, quod Celsitudo jam vestra postulat, sed non sine maximo animi dolore coactus fui me erga serenitatem suam excusare, quod nimirum *alii jam praeuenerint*, hincque Monachos petiuerint, & acceperint, vt sane hoc tempore *Viginti ex meis* foris sint in diuersis Monasteriis & locis dispersi: alii, qui domi supersunt, adeo necessarii sunt ad functionem quisque suam, vt indigeamus potius, quam vt carere vel vno possimus, praesertim, quod inter hos sint senes, vel Valetudinarii, minime ad labores amplius apti. Spero autem serenissimum Archiducem Excusatione mea contentum esse, cum ob eandem causam, prout eidem serenitati intimaui, neque *Sacrae Caesarae Majestati*, quae & ipsa non ita pridem hinc aliquos Monachos pro *Austria* abs me petiit, gratificari, & pro debito meo seruire potuerim.

Restat ergo, vt & Illustrissimam etc. Celsitudinem vestram, orem, prout humiliter oro, quatenus hanc meam & veram Excusationem benigne accipiat, meque nihilo minus ac Monasterium meum commendatum habeat, cujus manum reuerenter exosculor, eidemque omnia foelicia ex animo precor. Ex Weingartensi Monasterio XXII. Martii Anno MDC. XV.

Jam supra ex Nuncii Apostolici Litteris audiuimus, propter ortas Abbatem inter & Capitulum discordias *Administrationem* utriusque Monasterii *Murbacensis & Ludrensis* in Archiducem *Leopoldum* Episcopum *Argentinensem* & *Passauiensem* delatam fuisse. Instrumentum desuper erectum, & in viginti & octo

cto puncta diuisum, cujus apographum coaeuum prae oculis habemus, anno 614. 15. die Maji *Isenburgae* tam Episcopi, quam etiam singularum capitularium propria Subscriptione, & Sigillorum adpressione munitum atque roboratum fuit. Capitulares sequentes erant: *Joannes Henz* *) *Brimbsis ab Herbingen Decanus*: *Gallus Rinck a Baldenstein*: *Joannes Rud. a Flachsland*: *Petrus Jacobus a Bruinighofen Cantor*, *Joannes Sebastianus a Baden*: *& Joannes Valtherus a Greüth*. In Instrumento vi Conditionis 16. 17. 19. & vigesimae statutum erat, vt I. sequens Electio & Capitulum deuolueretur: II. Vnio vtriusque Monasterii *Murbacensis* & *Ludrensis* numquam dissolueretur. III. Vt Episcopus se *Administratoris* munere in nullius, nisi Capituli favorem abdicaret; & IV. denique vt nullam *extraneam Reformationem* absque Capitularium Consensu admitteret. Quam egregie vltima conditione adimpleta fuerit, partim in sequentibus vberius visuri sumus. Quum enim Abbas noster harum Abbatiarum historiam ex integro perspectam haberet, atque suos Monachos tantis inuoluere turbis nollet, speciosa se Excusatione his molestiis expediuit. Quare Episcopus ad Abbatem *S. Galli* conuersus, duos Monachos, scilicet. *P. Columbanum Tscudi*, & *Paullum a Lauffen* ad incipiendum Reformationis opus obtinuit, illum sub Nomine *Vice - Decani* temporalibus, hunc sub *Superioris* adpellatione spiritualibus praeficiendos, datis hisce ad Capitulum Litteris: „Nos *Leopoldus* Archidux Austriae, Episcopus Argentinensis & Passa„uiensis, Administrator Abbatiarum Murbacensis & Ludrensis etc. pro bono „ordine & Regimine Capitularium Negotiorum Abbatiae nostrae Murbacensis „Ordinamus, statuimusque, vt, quae deinceps ad Capitulum Murbacense de„inde referenda erunt, in Monasterio quidem ipso Murbacensi, ea omnia re„ferantur per Vicedecanum tantum, & ipse dein petat singulorum Capitula„rium tam Sacerdotum Murbacensium, quam S. Gallensium (qui etiam in „omnibus erunt pares) suffragia, seu vota. Quae Vota si disparia sint, aut si „Capitulares alias concordare non possint. Nos definiemus Negotium, secun„dum quod in Domino judicauerimus expedire. Extra Monasterium vero, si „Gebwilae, aut alibi tractanda sint cum interuentu aliquorum de Capitulo, & „inter eos adsint Decanus, & Vice - Decanus, tum Decanus praesideat, & „proponat. Datum in Ciuitate nostra *Gebwileriana* die 27. Martii Anno 1616. *Leopoldus*. Mppr.

 Quum

*) *Henz seu Heinricus.*



Quum autem postea Anno 1626. Leopoldus Romam profectus, se vtroque Episcopatu in gratiam *Leopoldi Wilhelmi*, sui ex Fratre Nepotis, Filii scilicet Ferdinandi II. vna cum dicta administratione abdicasset, Capitulares in partes scissi, denunciata in primam Julii diem Electione, alii *Joannem Brimbris Decanum* Coadjutorem nominabant, alii *Leopoldum Wilhelmum* promotore Abbate *S. Petri*, p) Administratorem postulabant. Praeualente posteriore, vtpote Saniore Parte Abbas noster Georgius a *Ferdinando II.* Imperatore datis 5. Augusti ad Capitulum *Murbacense*, & eodem etiam ad Vineas litteris, *Commissarius* constituitur, qui Nomine Imperatoris, ejusque *Filii secundo geniti Leopoldi Wilhelmi* Possessionem q) adiret, addita Substitutionis clausula, vt scilicet, si per se non posset, alium sufficeret. Datae Viennae 5. Augusti 1626. Regnorum nostrorum, Romani decimo, Hungarici nono, & Bohemici decimo anno. FERDINANDUS. *Petrus Heinricus in Stralendorff.* Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium *M. Arnoldin a Clarstain.* Mox quoque binae ab ipso *Leopoldo Wilhelmo* literae *Oeniponto* adferebantur, aliae 14. Augusti, aliae 16. ejusdem Mensis datae, in prioribus significat Abbati, ipsum in delato Negotio *Georgium Dietrich* consiliarium suum & Ceremoniarum Magistrum atque Ecclesiae Cathedralis *Constantiae Decanum*, socius habiturum, in posterioribus indicat Pacta inter se & Nuncium Apostolicum ratione Administrationis *Murbacensis* inita. *Leopoldus.* Ad Mandatum Serenissimi Domini Archiducis proprium *Joannes Balthaser Schlegel.*

Eodem quoque octauo decimo ejusdem Mensis Augusti die Georgius noster a *Georgio Dietrich* Epistolam accipit, in haec verba: Reuerendissime Domine Praelate! Quid hac ipsa hora a Serenissimo Hero meo accipiam, videbit ex ipsis Litteris Originalibus. Quare cuperem, ut adme rediret, vel ipse *Germanus meus*, *P. Franciscus Dietrich* noster immediatus, vt videbimus. *Georgii* in Abbatia Weing. Successor vel certe Dominus *Secretarius*, cum quo reliqua ad Commissionem necessaria conferrem, ego libenter, sicuti heri etiam me obtuli, assistam, & de tempore, ac modo deliberamus. Haec paucis cum mei recommendatione. Datae raptissime *Constantiae* 18. Augusti Anno 1626. Reverendis-

p) *Ex Litteris Ferdinandi II. ad hunc Abbatem datis, quarum apographum habemus.*

q) *Autographum adest; sicuti & cetera, de quibus heic*

verendissimae suae Dominationis obseruantissimus *Georgius Dietrich.* Ego propter peremptoria Capitula excurrere non possum. Habito igitur proxima statim die Conuentu, statutum vtrinque fuit, Declarationem super quaedam puncta in Instructione, vt vocant, contenta ab Archiduce esse petendam, & dein Nuncio Scribendum, vt Electionem *Joannis Brimbsbis* ad Commissionem subleuandam irritam & nullam declararet. Vtrumque praestitit Abbas, datis eodem die, vigesimo tertio Augusti & ad Archiducem, & ad Nuncium Literis. Illarum ad Nuncium haec erat summa: Reuerendissime atque Illustrissime Domine. A sacra Caesarea Majestate superioribus diebus commissio ratione Monasteriorum *Murbach* & *Luders* mihi demandata est, qua Augustus Imperator vult & jubet, vt quamprimum ad dicta Monasteria me conferam, & nomine Serenissimi *Leopoldi Guilielmi etc. Filii sui* a dictis Monasteriis in Abbatem, seu Administratorem postulati possessionem accipiam, & a subditis Consuetum Homagium exigam. Ad quam Commissionem Imperatoriam minori cum difficultate exequendam, praestaret *Heinrici Brimbsin* hactenus Decani nuperam Electionem, qua in Coadjutorem a dictis Monachis *contra Concilium Tridentinum* nulliter suffectus est, ab Illustrissima Dominatione vestra prius irritam declarari. Idcirco hunc proprium Tabellarium ad Illustrissimae Dominationis vestrae opem implorandam ablegare volui, eum etiam atque etiam rogans, vt hac in parte suo officio non desit, sed ea circa dictum *Brimbsin*, quae e re Monasterii fore videbuntur, & vt *Commissioni meae* cum spe fructus initium facere possim, quamprimum decernat. Quae omnia ex *D. Georgii Dietrich electi Decani Constantiensis* Litteris praedictorum Monasteriorum personarumque plenam Cognitionem habentis, quocum Serenissimi Archiducis *Leopoldi* jussu hoc super negotio contuli, fusius, intelliget. Illustrissimae Dominationis vestrae me cum manuum osculo impense commendans. In Monasterio meo *Weingarten* XXII. Augusti Anno Domini M. DC. XXVI. Hae Literae Nuncium ex Visitatione *Murbacensi* reducem Gebwilerae offenderunt. Ad quas sic respondit: Reuerendissime Domine. Litteras vestrae Reuerendissimae Paternitatis 22. elapsi mensis ad me datas accepi 30. ejusdem in *Gebweiller* eo ipso puncto, quo illuc redii *absoluta jam mea Visitatione in Murbach.* Et quoniam ex ipsis intellexi, quod Reuerendissimae Paternitati vestrae videbatur per me faciendum, vt Commissionis sibi a S. Caesarea Majestate factae, faciliorem, & foecundiorem fructum ipsa sperare, ac percipere posset; nempe vt prius irritam declararem nuperam Electionem D. a *Brimsing* in Coadjutorem *Murbacensem;* ad hoc breuiter respondeo, existimasse me de jure non posse,

nec



nec debere dictam declarationem emittere, nisi audito Domino de Brinsing; cum nempe ex ipsius Electione aliquod jus se acquisiuisse praetendere valeat; quo pacto potest justus Judex & aequus illud jus, quale sit ab eo indefenso tollere? at puto me satis per aequipollens meritum vestrae Reuerendissimae Paternitati obsecundasse, absque ipsius a Brimsin, & alicujus alterius injuria; sub finem namque dictae meae Visitationis commisi authoritate apostolica Administrationem Monasteriorum temporalem *Murbach* & *Luders* Patri *Columbano Tscudi Vicedecano* ibidem pro interim, & quamdiu per S. D. N. ad quem totum hoc Negotium dalatum est, aliter fuerit ordinatum; sit factum est, vt Monachi illi non fuerint offensi, imo hujusce meae Deputationis sese contentos esse demonstrauerint, & ideo ex hoc capite spero nullam se inuenturam difficultatem in Executione *Commissionis Caesareae*; ad quam tamen Executionem, vt felicius & majori cum quiete & Reuerentia illorum Monachorum deueniatur, crederem sane perutile, imo etiam necessarium, si Reuerendissima Paternitas habeat ab Inuictissimo Imperatore Facultatem & Mandatum ad id sufficiens promittendi DD. Monachis constantem solutionem eorum, quae in aliis Concordatis inter Serenissimum Dominum Archiducem *Leopoldum* & ipsos continebatur; audiui namque aliquot ex dictis Monachis conqueri, quod ad hanc executionem deueniendum sit, antequam cum ipsis conueniatur, de certo aliquo subsidio annuo sibi dando ad victum & vestitum Monachorum, & alia necessaria, pro regimine & sustentatione dictorum Monasteriorum, qua in re licet aliquibus ex ipsis dixerim, quae existimaui ex re, & de Jure esse; tamen non ita quietos illos reliqui in hoc, quin dubitem aliquid difficultatis in dicta Commissionis Caesareae executione ex parte dictorum Monachorum suborituram, quam sperarem cessaturam, si tali facultate Augustissimi imperatoris munita eo iret, vel mitteret pro exequenda saepe dicta Commissione. Ante meum discessum dictos Monachos Murbachenses & vnumquemque ipsorum serio hortatus sum, ne Mandatis S. D. N. & menti caesareae Majestatis sese opponant, quod efficaciter hortatus fui Patri Vicedecano, quando illum a me dimisi, etiam praesente Domino *Hennot*. Atque vestrae Reuerendissimae Paternitati cum solito meo studiosissimo erga ipsam affectu Seruitia mea defero, ac longaeuam & felicem vitam adprecor ett. *Friburgo Brisgouiae* 2. Septembris 1626. Vestrae Reuerendissimae Paternitatis studiosissimus *Alexander Episcopus Campaniae & Nuncius Apostolicus* Mppr.

Acceptis

Acceptis hisce ab *Alexandro Scappio*, Nuncio Apoſtolico nunciis, adlatisque ab Archiduce Declarationibus, & litteris (vt vocant) credentialibus, ſeu fidem facientibus Georgius noſter *P. Franciſcum Dietrich* p. t. Monaſterii Weingartenſis Priorem *P. Carolum Curtium & Albertum Euerhard* vtriusque Juris Doctorem, & Conſiliarium ſuum *Murchbachium* ablegauit, vt delegato ſibi Munere fungerentur. Ibi die ſeptima decima Menſis Septembris adpulſi, etiam *Monachos Ludrenſes* aduocari jubent. Morem geſſit Vicedecanus *P. Columbanus Tſchudi;* uerum iſti in haec verba reſponderunt: Dilectiſſimi in Chriſto Confratres. Accepimus hac ipſa hora ueſtras 18. hujus menſis datas Litteras, quibus nos certiores facitis de aduentu Subdelegatorum Reuerendiſſimi Abbatis a *Vingarte*, nobisque ſcribitis, vt ad diem 21. ejusdem menſis *Murbacum* accedamus, vt inuicem reſoluamus, quid agere, & quomodo nos gerere debeamus. Et ſane nos quidem cupimus, veſtro deſiderio, quantum poſſumus ſatisfacere, nec non Caeſareae Majeſtatis, ejusque Sereniſſimi Filii Juſſionibus, quo decet, reſpectu & Conſideratione correſpondere, ſed poterimus difficulter ad vos venire ante *Diem Martis* proximam, tum negotia imminentia, tum ob valetudinem. Conabimur tamen, quam primum licebit accedere ad vos, & inuicem fraterneque conferre circa ea, quae noſtrorum Monaſteriorum vtilitatem & conſeruationem concernunt. Sed hac Exſpectatione vos omnes, & ſingulos ſalutamus, Deoque omnipotenti commendamus. Datae *Ludrae* 19. Septemb. Anno 1626. Veſtri dilectiſſimi & ſtudioſiſſimi Confratres, *Prior* caeterique *Religioſi Lutrenſes* Fr. *Philibertus* *) *a Cleron*, Fr. *Abraam de Hou*, Fr. *Joannes Claudius a Trouſſet.*

Poſt quam igitur praeſtituta die *Murbachii* aduenerunt, habita inter ſe vtriusque Monaſterii Monachi Conſultatione tandem cum Comiſſariis congreſſi ſunt, poſitisque certis Conditionibus, atque iis a Commiſſariis propria ſubſcriptione & ſigillorum adpreſſione firmatis obedientiam & fidelitatem ſtipulata manu promiſerunt. Subſcripſerunt e latere dextro Fr. *Franciſcus Dietrich Prior Weingartenſis*, & *Georgius Dietrich* Sereniſſimi Archiducis *Leopoldi* Conſiliarius & *Eleemoſinarius:* e latere ſiniſtro autem *Albertus Euerhard* a *Miltenburg* Sac. Caeſ. Majeſtatis, & Abbatis Weingartenſis Conſiliarius, atque *Sera-*

*) *Sic ego quidem lego, quamuis in Capitulatione, vt ajunt, inter Andream Auſtriacum & Monachos Ludrenſes anno* 1592. 1. *Nouembris facta Philippus dicatur, cujus Exemplum coaeuum habemus.*

 

Seraphinus Hennot Sereniſſimi Archiducis *Leopoldi Conſiliarius Camerae*, & Praefectus Murbacenſis in *Gebweiler*. Dein Capitulares hoc ordine:

Fr. COLUMBANUS TSCHUDI, *Adminiſtr. Murb. & Ludr.*
Fr. PAULUS a LAUFFEN, *Superior Murb.*
Fr. PHILIBERTUS a CLERON, *Ludr.*
Fr. SEBASTIANUS a BADEN, *Murb.*
Fr. ABRAAM d'HOU, *Ludr.*
Fr. AMBROSIUS a MELISE, *Murb.*
Fr. JO. CLAUDIUS a TROUSSET, *Ludr.*
Fr. CONRADUS ab OFFTERINGEN, *Murb.*
Fr. PLACIDUS a PFOR, *Murb.*
Fr. MAURUS a LICHTENSTEIN, *Murb.*
Fr. BENEDICTUS a WANGEN, *Murb.*
Fr. SIMPERTUS KEMPFF.

Conſtituto dein, vel confirmato potius in Adminiſtrationis officio P. *Columbano Tſchudi*. ſumtoque a ſubditis Fidelitatis Sacramento domum regreſſi, nedum laudem rei optime geſtae, ſed & gratias tam a Caeſarea Majeſtate, quam a Sereniſſimo Archiduce retulerunt. Vt ex Litteris a Ferdinando II. ad *Franciſcum*, Mortuo *Georgio*, Abbatem electum datis intelligitur. Ferdinand der ander von Gottes gnaden Erwälter Römiſcher Kayſer, zue allen Zeiten Mehrer des Reichs etc. etc. Erſamer, gelehrter, lieber, andächtiger, vnnd getrewer, Wür haben aus deines des Abbtes nächſten anteceſſoris Abbt Geörgens zu Weingarten, vnns vnderm dato den zehenden Nouembris des ſechzehenhundert Sechs, vnnd zweinzigiſten Jahrs eingeſchikhte Relations Acten vber die, demſelben wegen Einnemung der Poſſeſſion vnnd Huldigung, bei den beeden *fürſtlichen ſtüfftern Murbach vnnd Luders*, für vnnſers freundlich- geliebten *Sohns*, *Erzherzog Leopold Wilhelms* zu öſterreich Liebden als poſtulirten vollkhomenen Adminiſtratorn, vnnd oberhaubt beſagter Stüffter aufgetragene, vnnd durch eüch als *Subdelegierten Verrichter Kayſerl. Commiſſion*, mit mehrerem gnädigſt gern vernomen, vnnd vns fürtragen laſſen, mit waz getrewen ernſtlichen Vleiſ, vnnd Eyfer Ihr euch dieſe Kayſerl. Commiſſion vnnd Subdelegation angelegen ſein laſſen, vnnd was dabei allerſeits verrichtet, vnnd verabſchidet worden.

Wie

Wie wür nun ab diser ewerer Verrichtung, vnnd dabey erwisenen sonderbaren Vleis, vernunfft, und Dexterität ain gnädigistes Dankhnemiches gefallen tragen, vnnd so wohl die von Eüch, zwischen obbemelten beeden fürstlichen stüften aufgerichte *Capitulation* worauf zu allen thailen das Juramentum erstattet, als auch dasienige, was ihr der *Interims Administration* halber abgehandelt, vnnd für Verordnung gethan, im namen ermelts vnnsers freündlich - geliebten *Sohns Erzherzogen Leopold Wilhelms* L. allerdings confirmiert unnd besteetet.

Als wollen wür iezt angezogenen Ewren hierunder gebrauchten Vleis, müehe vnnd Embsigkheit in Kayserlichen Gnaden, damit ihr vnns ohne das Wohlgewogen habt, anderweeg zu erkhennen ganz vnuergessen halten. Geben auf vnserm Königlichen Schloss *zu Prag* den Sechsten Aprilis Anno Sechzehenhundert acht vnnd zweinzig, vnsrer Reiche des Römischen im neünten, des Hungerischen im zehenden. Vnd des Bömischen im ailfften. *Ferdinand.* Ph. von *Stralendorff* ad mandatum Sac. Caes. Majestatis proprium *M. Arnoldin v. Clarstain.*

Saepius, & fortassis etiam ad nauseam usque audiuimus, quoties, & a quantis Viris Religiosi Weingartenses in causa restaurandae Disciplinae petiti, & frustra fuerint. Vt autem pateat, has repulsas non ex obstinato Abbatis animo, sed ex unico Impossibilitatis fonte promanâsse, suppetias, quas & quibus locis hac in re Georgius tulit, succincto eoque *Coaeuo Calamo* huc transscribam. Et primum quidem ad Monasterium *S. Blasii* Dioecesis Constantiensis anno 1595. missi sunt *P. Andreas Wieland Subprior*, qui aliquot post annis in his verbis: laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus, exspirauit, & *P. Joannes Rieber*, vir doctissimus, & Biblithecae Weingartensis custos meritissimus. II. Anno 1599. in *Augiam majorem*, vulgo *Brigantium* destinati sunt *P. Matthias Lang* hic Subprior, ibi Prior factus, de quo inferius plura, *P. Andreas Wieland*, *P. Georgius Viedenman*, & *P. Georgius Oxner*, qui postea factus est Monasterii Weingartensis Subprior, & dein in *Veldkirch* Prior ac demum in *Mariaeberg Administratoris* officio functus est. III. Anno 1601. 5. Octobris prima Consultatio instituta est de Monasterio *Mariae Montano* juuando, & dein anno 1602. 2. Februarii decreta dicti Asceterii Reformatione, 24. Aprilis ejusdem anni huc profecti sunt *PP. Nicolaus Deuring*, *Matthias Lang*, *Antonius Spon*, *Al-*



bertus Moz, *Placidus Keſſering* cum duobus pueris & famulo. Mox anno inſequenti 30. Julii ibidem adpulſis *PP. Georgio Oxner*. *Wolffgango Bartter*, & *Oſwaldo Baur*, *PP. Matthias*, *Antonius*, & *Placidus* redierunt. Anno 1606. 24. Aprilis *PP. Matthias Lang*, & *Georgius Oxner*, qui paullo ante in Vineis aduenerat, *iterum Montem S. Mariae* petierunt, quos 22. Maji inſequuti ſunt *PP. Georgius Widenman*, *Michael Faber*, & *Bernardus Han*. IV. Anno 1609. die ſeptima Decembris in Monaſterium *S. Petri* in *Sylua Hercinia* ablegatus eſt *P. Franciſcus Dietrich* poſtea in Monaſterio noſtro Prior, & demum Abbas cum quatuor aliis Patribus, nempe *P. Georgio Raſsler*, *Martino Henſler*, *Chriſtophoro Hamerer*, & *Morando Mohr*, quorum hic in *lingua graeca*, ille in *hiſtoria* verſatiſſimus erat. V. Anno 1614. 28. Februarii ad petitionem Epiſcopi *Conſtantienſis* in *Augiae diuitis* Inſulam mandati ſunt *PP. Maurus Baldung*, & *Wolffgangus Bartter* cum *Fr. Hieronymo Rainold*. VI. Anno eodem 4. Auguſti reuerſo ad nos *Georgio Oxner*, qui aliquot annos Adminiſtratoris officio in *Monte S. Mariae* functus erat, illuc diſceſſit jam tertio *P. Matthias Lang* (cum *PP. Benedicto Molitore*, & *Andrea Gaiſt*, *Hirsaugienſi* poſtea Abbate) anno 1615. die 27. Menſis Octobris in dicti Monaſterii Abbatem poſtulatus. Quis & quantus hic *Matthias* fuerit, vel ex eo ſolo manifeſtum fit, quod eum uno eodemque anno 1608. nedum duo Monaſteria *S. Petri* ſcilicet in *Sylua Hercynia*, & *S. Georgii in Tyroli Adminiſtratorem* peterent, ſed & ipſe Georgius noſter anno 1613. 18. Maji cum totius capituli gratulatione in *Coadjutorem* adſumeret. Erat is Frater Germanus *Joannis* Abbatis Ochſenhuſani, & P. Prioris *Caeſarienſis* (Kaiſershaim). Abbas igitur in *Montae S. Mariae* non ſine intimo Weingartenſium dolore factus, Monaſterium ibidem, & Eccleſiam a Fundamentis exſtruxit. Anno 1640. die 20. Maji Meritorum plenus pie in Domino obiit, in nouo ſuo coenobio non ſine vberrimis lacrumis ſepultus. VII. Anno 1619. die 10. Maji ad inſtantiam (vt ſcriptor coaeuus loquitur) Sereniſſimi Archiducis Auſtriae *Leopoldi* Epiſcopi Argentinenſis, & Paſſauienſis ad reformandum Monaſterium *Gengenbach* miſſi ſunt *PP. Placidus Keſſering* Prior ibidem, & *Maurus Baldung* ſubprior & Nouitiorum Magiſter conſtitutus. Quos breui inſequutus eſt P. *Bartholomaeus May* Auguſtanus, ſtudiis Juniorum Praefectus. Hi *Gengebacenſium* ipſorum teſtimonio Monaſterium tam in Spiritualibus quam temporalibus bene conſtitutum reliquerunt, & fundamenta Congregationis poſtea in *Alſatia* conſtitutae prima poſuerunt. VIII. Anno 1622. 19. Junii tres Patres

petente

ıetente eodem Archiduce e Monaſterio *Apri*, vulgo *Ebermunſter* in coenobio ıoſtro regulariter inſtituendi ſuſcepti ſunt.

IX. Anno 1624. 13. Februarii P. *Joannes Fridericus Ongmus* Prior in *Schuttern* rogatu jam dicti Archiducis pro Diſciplina addiſcenda aliquamdiu ıpud nos commoratus, ampliſſimis gratiis habitis, domum reuertitur.

X. Eodem anno & 28. ejusdem Menſis die Abbas *S. Petri* huc veniens ıouos e Viena noſtra ad ſuam Colonos petiit. Quo 7. Maji *PP. Maurus Baldung Prior*, *Hieronymus Rainold* RR. Patrum *Confeſſarius*, & *Dominicus Layman Nouitiorum Magiſter* ibidem futuri. XI. Eodem anno, eodemque lie & ex eadem cauſa Abbas *S. Trudperti* huc delatus obtinuit *PP. Placidum Keſſering*, *Bernardum Han*, & me (*Gabrielem Bucelinum*) Nouitiorum Magiſtrum ibidem conſtituendos. Septima die Maji cum iis, qui ad *S: Petrum* deſtinati ſunt, diſceſſimus.

Adeo ſane Georgius Abbas noſter in reformationis opus (quemadmodum :oaeuus Scriptor concludit,) incubuit, vt Reuerendiſſimus Epiſcopus *Sebaſteñſis*, & Suffraganeus Conſtantienſis *Joannes Jacobus Mirgelius eum ſuae Dioeceſis Reformatorem* adpellaret. Quum igitur omnes, praecique Ordinis S. Beıedicti Abbates Exemplo Georgii ducti, lapſam propemodum Diſciplinam ıd priſtinam reuocare ſeueritatem adlaborarent, in Congregationem a Clenente VIII. adprobatam congreſſi, ſaepius in Vineis noſtris conuenerunt, & ıt aequabilitas cum in Officio diuino, tum in omni Oeconomiae genere eſſet, ıedum de Conſtitutionibus condendis, ſed etiam de Breuiario corrigendo & mprimendo cogitare coeperunt. Quod vtrumque auctore praeſertim, & Promoore *Hieronymo Comite de Portia* Nuncio Apoſtolico egregie praeſtiterunt.

Vt autem Fabrica, quam conſtruere moliebatur Abbas noſter, firmo ni:eretur, & ſtabili Fundamento, ſuos Religioſos omni ſcientiarum genere pro cujuscumque captu imbui voluit, ſciens, indoctos difficilius ad Bonum trahi, quod ignorant, & otioſos numquam in eo confirmari, quod auerſantur. Qua le cauſa nedum ipſe Fratres ſuos ad *exteras Academias*, & praecipue *Dilinganam* tum celeberrimam miſit, & domum reuerſos ad inſtituenda quotidie le rebus litterariis Colloquia adegit, ſed certam quoque pecuniarum ſummam :onſtituit, quae ſingulis annis ad Scientiarum & Bibliothecae incrementum

 im-



impendi a ſuis ſucceſſoribus deberet. Salutaris ſane & oppido neceſſaria conſtitutio, quum exortum nuper Incendium tantam in rem librariam depopulationem inuexiſſet, & quemadmodum ipſe non tantum praecipere in vlla vmquam re absque Exemplo voluit, ſic hic quoque primus erat, qui huic ſeſe Legi ſubjecit.

Vt enim nihil de ea librorum copia dicam, quos ſingulis annis ex Nundinis *Lipſienſibus*, *Francofurdenſibus*, *Salisburgenſibus* aliisque locis, quorum deſignationem nobis ſolertiſſimus Bibliothecae Cuſtos *P. Joannes Rieber* propria deſcriptam manu reliquit, venire fecit, ingentem Codicum rariſſimorum theſaurum, ab *Joanne Piſtorio* a & in Reichenweiller Equite, Comite Palatino, S. C. M. & Electoris Colonienſis Conſiliario quinque Millium Florenorum pretio oblatum, r) comparauit. Tantos certe ſub ejus regimine Bibliotheca noſtra ſiue librorum raritatem, ſiue copiam ſpectes, progreſſus fecit, vt, ſi ſucceſſoribus, ejus ſequi veſtigia vel per agrorum abundantiam, vel per Pacis tranquillitatem licuiſſet, ſibi ſimilem, & forſan fruſtra quaereret. Aſt cara ſane, & turbulenta tempora manum ſimul, & voluntatem contraxerunt.

Hactenus, vt audiuimus, Religioſi Juuenes *Dilingam*, non ignobile ad Danubium oppidum, Ordinariam Epiſcopi Auguſtani ſedem, vbi *Otto Truchſeſſius Cardinalis* anno 1549. Academiam inſtituit, & anno 1564. Collegium Societati exſtruxit, ad proſequenda ſub horum Patrum cura Litterarum ſtudia miſſi abjerunt. Quum ergo poſtea tantus non Monachorum tantum, ſed ſecularium etiam concurſus fieret, vt anno 1600. ducenti, aut plures quoque *Conuictores* in vna de S. Hieronymo dicta domo numerarentur, Abbates Benedictini, haut dubie ex *Julii Priſcianſis*, & aliorum dictorum Patrum inſtinctu de condendo nouo *pro ſolis Religioſis Collegio* deliberare coeperunt. Praecipue quod Andream Auſtriacum Cardinalem & Epiſcopum Conſtantienſem erga ordinem benedictinum mire adfectum, egregium hac in re adjutorem ſe habiturum crederent; verum quum poſtea ex Nuncio Apoſtolico intelligerent, Andream pridie Iduum Nouembris anno 1600. defunctum, Jeſuitis ne obulum quidem legaſſe, & aliae plures Difficultates emergerent, a Propoſito Abbates quidem, non autem Jéſuitae deſiſtebant. Quum enim hi Patres plurimum apud Georgium noſtrum & gratia & auctoritate valerent, atque ipſius apud Ceteros Abbates, praecipue apud *Petrum*

r) *Tom. 31. fol.* 95.

trum Salemitanum Exiſtimationem probe noſſent, nihil intentatum relinquebant, quo Abbatem noſtrum, & per ipſum ceteros ad conferenda pro exſtruendo *Conſtantiae Collegio* ſubſidia permouerent. Inter ceteros anno 1603. 12. Aprilis ſic ad eum perſcripſit *P. Melchior Degenhart S. J.* ſacerdos: s) Reuerendiſſime in Chriſto Pater. Pax Chriſti etc. — — Opto Reuerendiſſimam Paternitatem veſtram valere, poſt diuturnam & moleſtiſſimam curam, quam optime ob plurima tum in nos, tum in noſtrae catholicae Religionis bonum merita. Quia reuera in dies experior reipſa, quod non ſemel Reuerendiſſimae Paternitati veſtrae memini me fateri, bonum ac Incrementum hujus Collegii ab ejusdem Reuerendiſſimae P. V. ſtudio, Authoritate, liberalitate pendere, ita, vt quod olim Cicero de Catone, hoc in ſimili de Reuerendiſſima P. V. ſaepe mecum ipſe diſcurrendo ſoleam fateri. Etenim ſi Cato, inquit ille, minus Roma, Roma certe opus habet Catone. Obtulit nuper Reuerendiſſimus *Campidonenſis* Reuerendiſſimo noſtro Epiſcopo per Litteras pro Collegio, florenorum tria Millia, hac tamen conditione, vt ſibi integrum ſit, vel ipſam Summam Capitalem numerare, vel Cenſum annuum. ſtehen alſo auch in dieſem an, vnd wiſen nicht, weſen ſich Ihre H. G. werden erkhlären. Tranſit interim tempus & occaſio auſpicandae fabricae. Reuerendiſſima V. P. quaeſo ſuccurrat noſtrae huic neceſſitati, vnd wöllen ſich ſo vil bemühen, des ſolche Summa in Khürze vns möchte zu khommen wollte mich in caſu neceſſitatis *ſelbſten zu einem Pothen brauchen laſſen.*

Reuerendiſſimus noſter *) hodie primum poſuit lapidem futuri templi *PP. Capucinorum* in magna populi frequentia. Mihi certe non minus ipſa ſolemnis proceſſio placuit, quam actus, propter Cleri & Nobilitatis multitudinem, quae Proceſſionem hanc comitata eſt per ciuitatem. Habita fuit concio quoque a Domino *Doctore Brendel*, quae per horam ferme durauit. Jam mihi denuo indicitur Profectio cum Reuerendiſſimo noſtro, quae, vt audio, perendie fiet. Praeparo igitur me, & Reuerendiſſimae P. V. me meosque in Chriſto Patres & Fratres iterum iterumque humiliter commendo. Conſtantiae 12 Aprilis Anno 1603. Reuerendiſſimae P. V. in Chriſto Seruus *Melchior Degenhart.*

Quid mirum igitur accedentibus ad natiuam, & quaſi inſitam Propenſionem, Nuncii Apoſtolici Precibus, Abbatem noſtrum rem eo deduxiſſe, vt

s) *Tom.* 30. *fol.* 170.

*) *Jacobus Fuggerus L. B. de Kirchberg & Weiſſenhorn Ep. Conſt.*



vt Abbates infra fcripti ad Vineas petracti de *Collegio Constantiensi* adjuuando in fequentes leges conueniret: zewiffen, nachdem die Hochwürdige vnd geiftliche, des hay: Rom. Reichs freye, vnd in diefem Biftumb *Constanz* gefeffene acht vnterzeichnete herren Prälaten Anno fünfzehen hundert neün zig vier, vff anfuchen der Päbftlichen Hayligkeit Nuntii herren *Hieronymi gravens zu Portia etc.* wegen vff vnnd anrichtung eines Collegii, vnd refp ctiue Seminarii in der ftatt Coftanz, vermüg eines darumb Infonderhe verfertigten Abfchidts zwölf taufend gulden zu unterhaltung armer, zu de ftudiren qualificirter khnaben, zegeben verfprochen, und gleichwol dazemal len, was ein jeder ahn follcher Summa erlegen folle, fich freündlich mi einander verglichen, aber Ire gröfl. gnaden vf geöfnete händt ahn heüt da to, Ir Mainung aus bewegender vrfachen, nit alleine in deme geändert, das der von angeregter Suma Jährlich zefallende zins *nit auf arme khnaben*, fonder uf die *Patres Societatis Jesu*, oder die *Praeceptores*, wöllche fy khünftig *aus den Irrigen ad docendum* jederzeit verordnen follen, Sonder vf des Hochwürdigen Fürften vnd herrn herrn *Johan Georgen* Bifchovens zu Coftanz, vnnd Herren der Reichenau etc. befchehen fernern vnd ftarckes zuemutten, letftlich bewilliget, vber *obangedeütte zwölf* noch 4. vnnd alfo in allem 16000. fl. *hauptguettes* zegeben, Auch fich deffen gegen Ir Frl. Gdl. hieher abgefandten Rhäten, vermüg der Beylag, fo von allen herren vnderzaichnet und verförtiget, mit gewiffen Conditionibus erklärt, alles vnd damit ein jeder wiffe, war er, oder da fich die vorhabende vfrichtung des Collegii vnd Schulhaltung noch fo lang verziehen follte, eines jeden Succeffor, khünftig an follich bewilligten hilf, für fein portion zeraichen fchuldig, haben Ire grl: Gden: für ein Nottdurft gehalten, fich gleieh an jezt defwegen mit einander zuvergleichen, Innmaffen Sy dann follchen puncten freündtliche vnderredung letftlich dahin verabfchidet, das das Gottsha *Salmenfchweil* für fein portion 4000 fl. die gottshaüfer *Weingarten* und *Ochfenhaufen* 6000. fl. zu gleich thailen, So dann die *vier* Gottshaüfer *Praemonftratenfer Ordens* 5400 fl. auch zugleich vnter fich zu verthailen, und le lich das Gottshaufs *Petershaufen* für fein portion 600. fl. bezahlen vnnd r tig machen, oder da eines gelegenhait nit fein wurde, das hauptg alsbalden die herren Patres anfangen werden ze docieren, zu erle das alsdann der oder die fchuldig feyn folle, meinem gdl. Herren zu *manfchweil*, als erbettenen *Collectori*, wegen gebürender zinsraichung g fame verficherung zethun.

I

Deſſen zu mehreren Urkund haben hochwohlgedachte meine gdl. Herren mtlichen dieſen Abſchid mit eigenen handen vnderſchriben, vnd Ir Jeder in minder Abbtey Secret hiefür trükhen laſſen, So beſchehen im Gotts- ıus *Weingarten* den 26. Septembris Anno 1602.

FR. PETRUS, *Abbt zue Salmanſchweil.*
FR. GEORGIUS, *Abbas Weingartenſis.*
FR. CHRIST. *Abbas in Ochſenhauſen.*
FR. BALTASARUS, *Abbas Rothenſis.*
FR. JACOBUS, *Abbas Augiae minoris.*
FR. LUDOUICUS, *Abbas Sorethanus.*
FR. JACOBUS, *Abbas Marchtalenſis.*
FR. ANDREAS, *Abbas Petridomus.*

Nec id vnicum erat, quod in *Collegii Conſtantienſis* commodum & Per- ſtionem contulit *Georgius.* Praeter plurimam *Librorum vim*, quis Biblio- ecam ditauit, majorem quoque *Campanam* ſuis ſumptibus fundi curabat, ıta ſemper erga Societatem Beneuolentia & Liberalitate vſus, vt, quem- nodum ex Ipſius rationibus diſcimus, in ſolius hujus Collegii bonum & ıamentum praeter jam dicta tria millia, *quinque adhuc millia florenorum* im- ıderet, aut ſi mauis, dilapidaret.

Interim quoque *Conſtantinus Cajetanus Abbas Caſſinenſis* S. Baronti de eri- ıdo Romae pro ſtudentibus noſtri Ordinis Religioſis Collegio meditatus, pro bſidio a noſtrae Congregationis Abbatibus obtinendo has ad Georgium no- m transmiſit Litteras t) Dominus Conſtantinus Cajetanus Abbas Caſinen- S. Baronti ſalutem & Charitatem in eo, qui eſt vera Salus & Charitas. ıgularis veſtra humanitas, Reuerendiſſimi Patres, mihi hanc fiduciam mi- trat, ut, *tametſi nihil promeritus*, audeam tamen veſtrum officium libere uirere; velimque nunc exiſtimetis, quod propono, id ejusmodi eſſe, vt & nobiorum veſtrorum, & totius Religionis noſtrae honor & decus maxi- pere augeantur. Extat *Romae* Eccleſia, quae olim S. P. N. Benedicti, genitorumque ejus *Aniciorum* domus fuit. Eo igitur in loco Collegium, quo Benedictinae familiae Patres ex omni natione diſciplinae monaſticae litte-

) *Tom. Congr.* 7. *fol.* 504.



litterarumque ſtudiis, atque negotiis, ſi opus fuerit, operam nauent, erigere decreui. Jamque ad hanc rem aliquot domuum ac locorum illi Eccleſiae contiguorum coëmptio facta eſt. Sed cum S. P. N. Benedicti gloria propaganda in primis ad ejus Alumnos jure ſpectet, quaeſo Reuerendiſſimi Patres, vt tantum opus omni pietate perficiendum curetis, & ſumptus non nullos, qui animorum veſtrorum amorem erga communem Parentem non modo demonſtrabunt, verum etiam in veſtrorum Monaſteriorum vtilitatem cedent, ad me quamprimum deſtinare non negligatis. Opus quidem facietis pro veſtra benignitate inſigne ac omnibus ſeculis glorioſum: eoque praeſertim, quod hoc Collegium omnibus ad vrbem aduentantibus, ex Monaſteriis veſtris, monachis erit *hoſpitium*: atque etiam ſi juuenes a vobis ad ſtudia fuerint miſſi, humaniſſime recipientur. Valete Reuerendiſſimi Patres; plura adſcribam, cum, quas vna cum largitatis ſubſidio auide exſpecto veſtras, aliquando accepero. *Romae* ex Palatio Apoſtolico 3. Kal. Julii Anno Milleſimo Sexcenteſimo decimo quinto. *Conſtantinus Cajetanus Abbas S. Baronti*, Congregationis Caſinenſ. Ord. S. Benedicti.

Non multis poſthac anis ſubſidium quoque non tam pecuniarum, quam virorum pro Gymnaſio primum, tum etiam pro fundata anno 1622. a *Paride* Lodronio Archiepiſcopo Vniuerſitate Salisburgenſi petebatur. Sic enim *Syluanus Herzog* absque loci & anni expreſſione, ſed certe Prior Monaſterii *Ottoburani*, & Primus Gymnaſii Salisburgenſis a *Marco Sittico* fundati Rector 27. Julii, anno, vt ominor, 1621.*) ad Georgium Raſsler Conuentualem noſtrum u) ſcripſit: Salutem & Pacem etc. Reuerende Pater! nactus certam Scribendi occaſionem pro veteri noſtra conſuetudine tribus verbis placuit Salutare Reuerentiam veſtram, cui proſperum rerum ſuarum Succeſſum ex animo precor. Viuo ego jam quarto anno inter montes Salisburgi fruens optima valetudine, & meliori quam vnquam alibi. Aer enim in his partibus Saluberrimus eſt, nec deſunt nobis aliae commoditates neceſſariae. Principem habemus, qui non minus, quam Anteceſſor, Benedictinus eſt, & Deo ſint laudes, omnia bene ſuccedunt. Vnum eſt, *quod mirantur omnes*, nimirum

*) *Nam anno 1617. Salisburgum profectus eſt, vt habet Hiſtoria Vniuerſitatis Salisburg. opera Presbyteri S. Blaſii edita.*

u) *Tom. Congr.* 7. *fol.* 346.

**) *Error Calami.*

rum *Patres Weingartenses*, qui tantam copiam doctissimorum Virorum habent, huic Instituto deesse. Causa erat, quod *Jesuitis* omnia deferret simplicissimae mentis & verae fidei vir Abbas Georgius, quem illi, utpote ad assentationem eruditi, prope fascinauerant. Sed spero illos successu temporis compensaturos hunc defectum & vindicaturos hanc notam. Certe nihil aliud hic quaeritur, & intenditur, nisi honor Benedictinus, & augmentum Ordinis, cui promouendo nos omnes pro viribus incumbere debemus, & tenemur. Quis enim majori jure hoc praestare debet, quam illi, qui se filios S. Benedicti fatentur? Optarem, Reuerentia vestra coram intueretur occasionem bene merendi de S. Ordine nostro, scio discessuram magno feruore promouendi Institutum Salisburgum. Sed haec satis, plura, vbi Reuerentia rescripserit. Mitto salutis loco primitias nostrae Philisophiae*), & Reuerentiam vestram viuere & valere jubeo felicissime. Obsequia paratissima Reuerendissimo vestro, ceterisque RR. Patribus mihi notis, & D. Doctori Euerhard Salutem, & officia promptissima. Salisburgi 27. Julii Reuerentiae vestrae Seruus *P. Syluanus.*

Verum Abbatem nostrum domi haud habuisse, quos mitteret, ex dictis sat abunde patet. Quum alias totus, quantuscumque erat, in id vnum incumberet, qua potissimum via aut Ordinis benedictini gloriam propagare, aut Monasteriis pressis succurrere posset. Vnde fiebat, vt nedum nostri, sed & aliorum Ordinum, & statuum homines in suis curis Georgii opem, aut certe consilium implorarent. Ex innumeris id genus Casibus vel paucos adducemus. Anno 1586. Pridie Kalendas Majas ex Carthusia *Itingensi* hae adferebantur Lirterae w): Salutem ab eo, qui est omnis fons salutis, & origo, & humillimas nostras ad Deum preces. Cum anno praeterito circa Vindemiam Reuerendissimo Praesul, magnam rerum nostrarum jacturam fecerimus, ipso nostri Monasterii horreo cum magna frugum & foeni parte exusto, non aliqua incuria sed H - - - - (quos maxime his regionibus infestos habemus) furore & inuidia; compulsi fuimus, non modo ad nostri Instituti Patres, sed & vicinorum Monasteriorum Praelatos pro subsidio confugere. Quos quidem perquam benignos in penuria nostra subleuanda experti sumus. Habebat autem is, cui hoc supplicandi officium commisimus, in manda-

*) *Error calami.*

w) *Tom.* 28. *fol.* 114.



mandatis, vt Idem in Reuerendissimae Dominationis vestrae Monasterio exsequeretur: sed cum illo tempore eidem grauiora negotia incumberent, ob *noui reginimis* (quod vt prosperos successus habeat peroptamus) onus R. D. V impositum, res in commodius tempus dilata fuit. Quam ob rem R. D. vestrae animi Beneuolentia, quam in omnes (maxime religioni addictos) habet, freti, ea modestia, qua decet, R. D. vestram summis, quibus possumus, modis rogamus, ne grauetur aliquid frumenti, vel auenae, vel quidquid illud sit, inopiae nostrae conferre; gratificatura in hoc Deo optimo maximo, apud quem Munificentia, praesertim injuria pressis exhibita, numquam sua mercede caret. Sed & nos conabimur, vt hujus beneficii perpetua in Orationibus nostris maneat memoria. Cogit vero nos ad R. D. V. opem implorandam non solum haec nostra inopia, verum etiam pauperum & subditorum, quibus si eleemosynam dare non possimus, deteriora nobis timenda erunt. Commendamus itaque nos nostramque domum R. D. vestrae, cui etiam cum suis prospera quaeque a Domino Deo precamur. Datae ex Carthusia nostra *Itingen* prope Constantiam Pride Calend. Majas anno reparatae salutus 1586. Reuerendissimae Dominationis Vestrae deuotissimi Fr. *Petrus Prior, & Conuentus.*

Anno 1587. 10. Octobris alias quoque Litteras ab *Andrea Wendelstein* Celsissimi Principis & Episcopi Constantiensis *Marci Sittici* S. R. E. Cardinalis in spiritualibus Vicario generali accepit quibus cura *Monialium Altdorffensium* ei quam officiosissime committitur, data facultate, eis nedum Sacramenta administrandi, sed etiam eas pro arbitrio reformandi, visitandi, omniaque faciendi, quidquid e re ipsarum fore, ipse judicauerit. Insuper quoque eidem concedit potestatem Matrem & Sorores regendi, puniendi, in muniis & officiis constituendi, deponendi, Nouitias suscipiendi, & ad Ordinem admittendi etc. Quum igitur nedum Fundationis jure, sed etiam Episcopi voluntate paternam in eas obtinuisset potestatem, paternam quoque eis exhibere curam, & sollicitudinem voluit. Quare quum injurias non antiquas tantum nosset, sed nouas etiam in dies querelas audiret, datis ad Curiam Constantiensem Litteris petiit, vt hujus Parthenonis inimicos poenis ecclesiasticis coërcere, eosque ad restitutionem eorum, quae in rusticorum tumultu contra fas & nefas abstulissent, compellere dignaretur. Vtrumque Magistro Michaële Rubein a) Procuratore, & Notario consequutus est,

a) *Tom.* 28. *fol.* 288.

eft, pronunciata ex Cathedra Ecclesiae paraecialis in *Altdorff* anno 1587. in festo *S. Catharinae* in obstinaces Excommunicationis sententia. Opem quoque Georgii implorarunt Fr. *Joannes* Carthusiensis ordinis Visitator prouincialis & Prior Carthusiae *Pontis B. Mariae in Ostheim*, & Fr. *Dominicus* Vicarius Carthusiae in *Buxheim* totusque conuentus. Litterae, quae breuitatis gratia omittuntur, datae sunt in Carthusia Aulae B. Mariae in Buxheim 3. Aprilis 1589. b).

Anno 1599. *Martinus* Episcopus *Segouiensis* 13. Januarii datis Litteris pro acceptis in Comitiis Ratisponensibus fauoribus gratias amplissimas Abbati Georgio agit, factamque sui apud Styriae, Carinthiae, & Carniolae status commendationem allegat, adjecta qua Lutheri asseclae torquerentur formidinis suspicione c).

Anno 1602. 26. Julii actum est in Capitulo nostro de Monasterio S. Georgii in *Isne* pecuniis juuando. Eodem anno 13. Nouembris Priorissa & Conventus Parthenonis ad S. Mariam Magdalenam Friburgi Brisgojae pro restaurando Monasterio subsidium petierunt *) Anno 1604. 1. Nouembris a P. Christophoro Krenzing S. I. Presbytero hanc epistolam accepit Georgius: „Beatius esse dare, quam accipere, animaduerto Reuerendissimam Paternitatem vestram omnino persuasum habere. Etenim cum nihil a nobis acciapiat, tribuit tameu animo manuque liberalissima. Deum precabimur, nostris facultatibus quod deest, Ipse ex Thesauris Abundantiae benignissime „compenset, cum in hac, tum in altera vita. Nos interim erga tam liberalem Benefactorem, animum gratum gerere non negligemus. R. P. Julius veletudinis plane inconstantis est: Veretur Medicus noster, ne aliquando ex improuiso extinguatur. Deus sanctissimae gratia illum muniat. „Reuerendissimae Paternitati vestrae constantem a Deo, & felicissimam incolumitatem precor, eique me & totam Societatem Jesu humiliter commendo. Dilingae etc. **). (Ibid. fol. 251.)

Eodem anno eiusdemque Mensis Nouembris quarta die alias obpositi prorsus argumenti accepit Abbas Litteras. Tales erant: „Salutem ab ipso „salutis

b) *Tom.* 28. *fol.* 384. c) *Tom.* 29. *fol.* 525.

*) *Tom.* 30. *fol.* 144. **) *Ibid. fol.* 25.



„ salutis fonte etc. Reuerendissime in Christo Princeps, Domine Clemen„ tissime! Natione Westphalus, inter Hereticos Lutheranos, sub quibus na„tus eram, & educatus, pastorali officio per triennium sum functus; sed „ tandem cum diuina inspiratione ad Sanctam Romanam Ecclesiam essem „conuersus, relicto pastoratu offensisque omnibus agnatis Haereticis *Pragam* „ me contuli, ibidemque ab Apostolico Nuncio sum absolutus, vt Litterae „meae testantur. Sed paulo post in hydropisin pedum incidi, adeo, vt ex„ haustis meis loculis praedictus Nuncius VI. taleros ad curandum me expo„ posuerit, mihique cibum & potum in ipsius mensa largitus fuerit. Jam „vero cum iter meum sit Friburgum Brisgojae apud D. *Pistorium* Juniorem „ per hyemem commorandi, donec a D. Parente ipsius, qui circa verem „eo venturus est, ad sacerdotale munus promouear; in hoc meo itinere „ ordo quoque vestram Reuerentiam tangit.

„ Summis igitur precibus ad eandem contendo supplex, ne aliquo ho„ norario Clementer mihi subuenire dedignetur. Compensabit Deus; ego quo„que in precibus meis ad eundem, Dei param, omnesque Sanctos meriti „ non cessabo. Valeat diu, ac feliciter. 1604. Mense Nouembri die quarta „ vestrae Reuerentiae subditissimus Magister *Ludolphus Soael* Paldensis West„ phalus Supplicans. (Ibid. fol. 252.)

Anno 1610. 13. May *M. Catharina* Nobilium Virginum in *Schenis* subsidium ad restaurandum Monasterium 29. Aprilis subjecto, & hora prima pomeridiana exorto igne vna cum pago integro deuastatum petit, (Tom 31. fol. 97.) & 26. Julii ejusdem anni pro accepto per dilectum fratre suum *Berchtoldum Brimsy ab Herblingen* Principalis Constantiensis Domi in *Gottlieben* Praefectum gratias agit. (Ibid. f. 106.)

Anno 1615. 7. Januarii ab *Elisabetha* Praeposita & Conuentu *Isni-sensi* petito, & etiam obtento auxilio (ibid. fol. 335.) praeces meruit. (*fridus Wiblingae* Abbas eodem anno 17. Augusti Fratres suos exhila animi gratia ad nos mittit, quos his comitabatur litteris: Mitto Adm R. Paternitati vestrae currum, vti petiit, satis onustum, non tamen e finem, vt rependantur officia Charitatis, Fratribus vestris isthac transeu exhibita, cum illa omnia exigua admodum & parua fuerint, & multis nibus ad multo majora me vna cum meis obligatum probe sciam.

vt paternus Reuerentiae vestrae in me affectus, & Charitas paterna & fraterna inter nos omnes confirmetur, & in dies magis magisque crescat. Quo ad me habebit Admodum R. P. V. me excusatum; animus quidem fuisset promptissimus, sed negotia nimis multa.

Mitto Fratres meos sine certo termino, quod aliò neutiquam fieret; rogo tamen ne diu nimis detineantur. Dormiam securissime; scio enim quo mittam, & cui committam. His admodum R. Paternitati V. me meosque commendo. Deus nobiscum. Bene valeat ad Nestoreos annos etc. etc. (ibid. fol. 365.).

Anno 1620. Abbas noster Abbati *Nöresheimensi* significari fecit, Monasterium suum & ipsi & fratribus peruium esse, si forte alio migrare hostili manu compellerentur. Verum *Benedictus* actis pro optima voluntate gratiis, sic concludit: *Nondum constituimus ex nostro Monasterio decedere, nec forte statuemus, quaecumque fortuna futura sit: Diuisio tamen si necessaria est, non excludetur etc. sed bene speramus omnes de Diuina Bonitate, nec vllus meorum Fratrum agitur etc. Nöresheim* 27. *Aprilis Anno* 1620. *Benedictus Abbas.* (Tom. eod. fol. 586.)

Verum temporis haut multum fluxit, quum oblatum Beneficium & libenti accepit, & grato solvit animo, his post Fratrum suorum reditum transmissis Georgio litteris: *Fratres mei, qui* 18. *Julii ad me redierunt, vestrae Reuerendissimae Paternitatis Beneuolentiam & fauorem multum depraedicant; quapropter ego, quas possum, gratias ago, paratus etiam si vmquam potero, omnibus sibi commissis referre. Vtinam tam soluendo essem, quam me obligatum sentio. Periculum, vel metum ab hostibus adhuc apud nos esse, doleo. Nostra loca intuta reddunt Equites frequentes a Durlacensi dimissi, qui Norimbergam tendunt. Multi suspicantur, ne se denuo in montibus clam colligant. & nouam irruptionem tentent. Bonus Dominus post tempestatem tam atrocem, tranquillitatem & optatam pacem reducere dignetur. Commendo nos utrinque diuinae gratiae, me & meos pristino fauori etc. Nöresheim* 1622. *die Julii* 20. *Vestrae Reuerendissimae Paternitatis in Christo Seruus & Filius F. Benedictus Abbas* Mppr. (T.32. fol. 116.)

Tanta in omnes Pietas, tantumque omnibus succurrendi studium tantam ei peperit famam atque existimationem, vt a primae Nobilitatis & Dignitatis Viris vel Praesentia sua, vel certe litteris honoraretur. Anno 1594. 25. Octo-



25. Octobris Litteras ab *Hieronymo* d) *Comite de Portia* Nuncio Apostolico accepit hujus tenoris: „Admodum Reuerende Domine! Occurrit nobis ex „improuiso negotium aliquod considerabile Dominationi vestrae communican-„dum. Quare cum in itinere simus, & non vsque adeo multum a Mona-„sterio vestro distemus, statuimus iter nostrum eo modo instituere, vt cras „sub vesperam Dominationi vestrae, per Dei gratiam adesse possimus. In „quam sententiam eo facilius fuimus, quo magis credidimus Dominationem „vestram vindemia, aliisque negotiis grauioribus occupari. A quibus tan-„tum abest, quod ipsum auocari voluerimus, vt etiam paratissimi simus, „ipsam in commodis suis promouendis juuare. De hac nostra erga Domina-„tionem vestram promptitudine & Beneuolentia, vt ipsam neutiquam dubi-„tare confidimus, ita etiam speramus aliquam nobis occasionem dandam, qua animum nostrum declarare possimus. Interim Dominatio vestra recte va-„leat etc. Datum in *Zimaringa* 25. Octobris 1594. Admodum R. D. ve-„strae ad commoda paratissimus *Hieronymus Comes P. Nunc. Apost.*

Nuncius vix ex Vineis rediit, quum aliae ab eodem adferebantur e) Litterae, his conceptae verbis: „Admodum Reuerende Domine! „Vt tan-„dem manum ad negotium Monasterii *S. Galli* admoueamus, & Summi „Pontificis mandata postulant, & temporis vrget occasio. Expetiti enim „hinc jam non adeo vrgentibus occupationibus detinemur, quae nos a tam „proficuo opere pro tempore remorari possint. Ad cujus faciliorem commo-„dioremque expeditionem cum Dominationis vestrae consilio & assistentia in-„digere videamur, ipsam rogatam velimus, vt prima opportunitate se ad „Sanctum Gallum confere non grauetur, vbi nos die 24. hujus, aut 25. „affuturos speramus. Interim D. vestra recte valeat, & Deum opt. Max. suo-„rum Consiliorum ac laborum Remuneratorem Largissimum & Sanctissimum „Dominum nostrum eorumdem immemorem *futurum* nobis credat. Datum in „*Veltkirch* XXI. Januarii MD. XCV. Admodum R. D. vestrae ad commoda „paratissimus Hieronymus C. Portiae N. A.

Confectis vix hisce in *S. Gallo* Negotiis, Nuncius in *Hungariam* profi-cisci jussus, alias *Ratisbonae*, alias *Graecii*, easque mediante *Julio Priscia-censi* ad Abbatem nostrum transmisit Litteras f). Posteriores hujus tenoris erant: „Vix credas, quam multa oportuit, atque adhuc oporteat curare „me,

d) *Tom.* 29. *fol.* 294. e) *Ibid. fol.* 305. f) *Tom.* 4. *fol.* 492.

ıe, poſtquam ingreſſus ſum in has prouincias auſtriacas, in quibus catho-
ca religio redacta eſt ad perpaucos, eosque perfrigidos, vt hinc fugere,
edum diſcedere percupiam. Vereor hic in finibus *Vngariae* & *Croatiae;* vbi
: hoſtis, & incuria contra nos pugnant, vt, ſi Dei Miſericordia erga Chri-
ianos non ſeſe oſtendat, euadere vix poſſimus. Oſtendit illa ſe tantum
uper in Praelio vltimo ante *ſtrigonium*, atque in Expugnatione Ciuitatis
ſuarum, quae duae res & difficillimae & admirandae fuere, in quibus
irtus *Comitis Mansfeldii* omnem opinionem ſuperauit *). Reliqua miſera
nt; vt etiam *Milites circulares* ſiue naturae vitio, ſiue ita a ſuis Princi-
ibus inſtructi neque pugnare, neque parere velint. Atque hoc dico ob
euerendiſſimum Dominum Abbatem *Weingartenſem*, aliquosque Eccleſia-
icos Dominos; qui male ſane ſuos hic ſumptus locant, ſicut & *Bauari* &
eteri. Ego hic in his miſeriis verſor, quaedam vt promoueam, quaedam
t impediam. Ad reliquas occupationes illa neque minima accedit, vt,
uemadmodum juſſus ſum, aſſiſtam huic nouo Archiduci, eumque in no-
ıo hoc regimine juuem, conſtitutum in medio Prouincialium Haereti-
orum, ac pene rebellium, & contumacium; vt vigilare valde me opor-
eat, ac deflere has Religionis, ac principum calamitates, in quas ipſi ſua
: culpa redigerunt. In Auſtria eſt initium quoddam belli ruſticani: Se-
tem decemue Parochiae, in Epiſcopatu *Paſſauienſi*, ac prope *Linciam* ita
ımultuantur, ut Parochos inde omnes exegerint, inſtinctu, vt putatur,
'rouincialium Haereticorum; neque interim Caeſar quidquam contra de-
ernit. Idem ego in hac Vicinia exſpecto, vt etiam tandem aliquis Nun-
ius non procul a Martyrio abſit.

„Jam octo dies melius habeo, cum initium dederim potandae aquae —
aud tamen ſcio, an hoc remedium ſtomacho meo humidiori, etiam curis
ogitationibusque hisce *germanicis* infecto; ſuffecturum ſit.

„Puto deſiderare te aliquid boni ac certi de rebus noſtris bellicis ex
ıe audire. At profecto intutum valde eſt ſibi aliquid polliceri, aut judi-
io fidere, vbi praeſertim tam multum erroris, tam parum ordinis cernitur.
„Taceo

*) Carolus Mansfeldius *dum profligatis Turcarum* 50. *Millibus* Strigonium *obſidet morbo correptus*, Comorrum *translatus* 14. *Auguſt.* 1595. *moritur. ſtrigonio paullo poſt a noſtris expugnato. Buc. in Annal. Germ. Breuiario.*



„Taceo non carere nos periculo proditionum per Confiliarios, militesque „*Caluiniſtas*. Putantur tamen hoc anno res noſtrae in *Vngaria* feliciter ſuc„ceſſurae, cum aliquo nimirum progreſſu fortaſſe *Budam* vsque aut ad *Al*„*bam regalem*. Quae loca ad Autumnum tentabuntur, niſi *Turca* magno „omnino numero contra occurrat, quod tamen futurum non putatur, quum „totam ſuam vim in *Vallachiam*, adverſus *Tranſuluanos* conuerſurus videatur. „Si ita agatur ſub hyemem dabitur opera recuperando Taurino, quod per „ſeipſum obſeſſum manet ob diuturna arma, grauiaque damna ejus Regionis, „hac aeſtate illata. Atque haec de *Vngaria* cogitationes. — — In *Croatia* „fieret aliquid Progreſſus, etiam *Sigetum* vsque, ſi aliquid ſubſidii & opis a „Caeſare ſubminiſtraretur, ſed neque pecunia adeſt, neque homines. Sunt „etiam regiones illae vaſtatae, & ne ſuos quidem indigenas pane alere poſ„ſunt, ita omnia cremata & abſumpta ſunt. Noſtri tamen ibi loco ſunt po„tius Superiore. Illud etiam; ſub Roſa, dicere poſſum, ſpem eſſe aliquam, „*Epirotas*, turcae ſubjectos, & ipſos arma contra capturos, ſicut & *Valla*„*chi*, & *Moldaui* fecerunt. Atque haec quidem opera Religioſorum Collegii „*Illirici* & S. *Hieronymi*, qui Roma venerunt, vnde etiam aluntur: idem „quoque cum *Moſco* tentatum eſt. Deut noſtris conatibus faueat, ac bene„dicat haereditati ſuae.

„*Romam* ſaepius ſcripſi de Congregatione, Priuilegiis, & aliis; reſcribunt „ſe deliberaturos & reſponſuros. Veniet forte tandem ille Pater *Viſitator* „*perpetuus* bonas noſtras Cogitationes perfecturus. Verum ſummus Pontifex „duo habet prae manibus negotia, quae duas poene Romas occuparent, „*Bellum* nimirum hoc *turcicum*, & *Galliae* ſalutem. Cetera vix poſſunt „expediri, aut etiam ſatis percipi. Ego tamen nunquam hujus mei debiti „obliuiſcar.

„Pater Generalis *Ciſtercienſis*, & ipſe in hoc pelago verſatur, in *Bohemia*, „opinor, & *Auſtria*. Scripſit, ſe ad me venturum; at meo judicio, nihil efficiet. „Hi nimirum Abbates occulte impedient omnem fructum & etiam ipſas Vi„ſitationes. Mihi ſane videtur is nimis multa velle complecti, ſatis nunc eſ„ſet tres illas hujus corporis partes curare, *Sueuiam*, *Franconiam*, *Bauariam*. „quae tres abunde *Prouinciale Capitulum* conficerent. Harum Exemplo Lice„ret deinde has quoque juuare. Dicam libere, ſi ad me venerit.

Parum

„Parum abfuit, quin his diebus *Madonnam* nostrum huic Archiduci proponerem in Cancellarium & Consiliarium intimum. Sed quia cogitabam me sic Domino Abbati & ditioni illi incommodaturum, abstinui, ne deinde dicerer vnam aram spoliare, vt alteram vestirem. Hic sane erat occasio magnae & honorificae Conditionis, sed continui manum, & verba propter hoc tantum. *Cardinalis Austriacus* misit ad me proprium hominem, multaque de suo Episcopatu scripsit, atque inter alia de Controuersia *Wettingensi.* Videtur namque ille Abbas Pistorianis mandatis parere nolle. Non satis assequor. Offendit me tamen ista res non parum, quod videam Abbatem illum, neque quod recepit & verbo & scripto, neque parendi officium erga *sedem Apostolicam*, erga Abbatem *Solemitanum*, erga suum *Generalem* seruare velle. Impulit me hoc, vt at eum scriberem duriuscule. Tu nactus occasionem Domino Abbati *Salemitano* miserum illum locum commendabis, sicut & *Madonnae*, hujus rei bene conscio. Petebat idem Cardinalis instinctu suorum Consiliariorum scriptum illud RR. DD. Abbatum imperialium nihil respondi.

„Coëmi aulaea quaedam *Comitis Cimbrii* bonae memoriae, ea fortasse apud Dominum Abbatem Weingartensem deponentur, vt ante indicaui Domino *Bertis*, Italo, *Messkirchii* commoranti; id si fieret, velim per te rogatum Dominum illum Abbatem, ea accipere & Costodire ne grauetur, ita tamen vt a Muribus Monasterii ne laedantur: vbi accepero ibi ea esse, pluribus ad illum Praelatum scribam, ad quem atque etiam *S. Galli*, hac ipsa hebdomade, cogito aliquid scribere, quamuis parum, neque enim multum possum, vt debeo, propter multos *Italos* in *Vngaria*, propter *Pragam*, *Romam*, *Venetias*, ac propter quatuor aut sex Episcopatus hic vicinos. Excusa me, meque conserua in *Praelatorum illorum amicitia*, quibus *semper gratificari atque inseruire sane quam paratus sum.*

Hisce a *Julio* sibi communicatis vix perlectis Abbas alias ab Ipso Nun-
», alias a *Wilhelmo Bauariae Duce* propriis manibus scriptas accepit litteras.
s, quod nihil extra dicta praecipuum contineant, omissis, harum Compen-
m habe! significat nempe Dux, se statuisse cum conjuge sua ad S. Ere-
m sine strepitu & Comitatu proficisci; & quum pro sua erga *SS. Sangui-*
n, ceterasque reliquias deuotione, suaque in Abbatem & Monasterium ad-
tione Vineas praeterire non posset, se cum conjuge sua, Filia, quinque

 aut

 

aut ſex aliis Matronis, Confeſſario, Medico, & aliquot famulis perendie ad futurum. Addit demum: Auch liber Herr von Weingarten, wöllet euch in der ſtill, da Irs nit zuuor wiſſet, erkhundigen, ob der Herr Cardinal *Anndre* zu *Merſpurg* ſeie, oder wann Er etwann ſolle anhaim khommen, welches wir darum gern wiſſen wollten, daſ wir villeicht derſelben Orth reiſen mechten, deſſen wir zwar noch nit entſchloſſen, ſonder erſt mit eüch diſſals reden wöllen, Sonſt wöllet auch bei den Eüren darob ſein, damit nit vaſt lauthmeer werde, *das wir uns diſsorts aufhalten*, da wir durch *Eur Jurisdiction* etwan ain beſſern, als den gemainen Weeg haben könndten, ſo wöllet auch vnbeſchwert Jemand verordnen, der uns gemelten guetten weeg belaitte, weil meiner gemahl der Böſe rauhe weeg etwas Vebel zu ſtatten khombt etc. Ottobeüren den 8. Septembris 1595. Willhelm. Mppr. (g).

Has prope adſequuta eſt Epiſtola *Piſtorii* in hanc ſententiam ad Abbatem noſtrum ſcripta. (h) *Admodum Reuerende Domine. Cum viam in* BAVARIAM *ingrederer, die Lunae fuit mihi ab optimo viro nuntiatum, Sereniſſimum Ducem Bauariae Seniorem appuliſſe Weingardam, & cogitare ad Eremum Heluticam: eoque praemiſiſſe aliquem, qui viae conditiones cognoſceret, & diuerſoria pararet. Ego igitur dubius conſilii: tamen cum vix crederem, perrexi Sigmaringam: vnde Curſorem iſtum ad vos mitto, Dominationemque veſtram Admodum Reuerendam officioſiſſime rogo, quantumcunque Serenitas ſua profectionem Celatam eſſe cupiat, tamen vt quoquo modo poteſt; Litteras concluſas exhibeat. Res eſt permagni momenti, & ad Religionis catholicae incrementum pertinet, & Serenitas ſua jam diu nouit. Non indigne feret tradi Litteras, imo gaudebit: quo minus indignationem metuet Dominatio admodum Reuerenda veſtra. Si Serenitas nondum veniſſet: ventura tamen eſſet: rogo rurſus infinitum in modum, vt Curſorem detineat, quousque commodum ſit. Spem in Dominatione veſtra permagnam habeo: In Serenitate illius longe maximam. Vti poteſt Admodum Reuerenda Dominatio veſtra interceſſore Reuerendo Domino Patre Torrentino, qui ſine dubio ſimul veniet. Dediſſem ipſe me in viam, ſi curſum equorum celeriorem ferre poſſem. Tamen veniam, quando & quo vocabor. Apparere igitur Reuerenda admodum Dominatio veſtra Benignitatem in me ſuam hoc exemplo ſinat, & credat me viciſſim ipſius cauſa facturum omnia: quod ſerio confirmo. Deus nos ab incommodis omnibus defendat. ex Sigmaringen 12. Sept. Anno 95. Reuerendae Admodum Dominationis veſtrae Seruus fidelis & amicus paratiſſimus Piſtorius. Quidquid ſerenitas ſua reſpondebit,* vel-

g) *Tom.* 4. *fol.* 447. h) *Tom.* 29. *fol.* 346.

tametſi fortaſſis nihil reſpondebit :; tamen Litteras tradet Dominatio Admodum uereuda veſtra, quod plurimum oro.

Abbas noſter tanti Hoſpitis gratioſiſſima ſimul & gratiſſima Praeſentia peditus, reſponſum ad Nuncii Apoſtolici binas Litteras differre in trigeſi- am vsque Septembris diem debuit, quod ſic ſonatat: i) *Illuſtriſſime ad Re- endiſſime Domine! Binas ab Illuſtriſſima D. V. accepi, vnas Ratisbonae, alte- Graecii datas, vtraque veteris in me Beneuolentiae pleniſſimas; nihil ego red- li hactenus, ignarus vbi Illuſtriſſima D. V. verſaretur, & deinde quod non ha- em, per quem ſcriberem. Doleo certe aduerſam Illuſtriſſimae Dominationis ve- e valetudinem, meliorem Deus reſtituat. Doleo etiam, quod perpetuis ita curis & otiis diſtrahatur, quae res non poteſt non eſſe perquam moleſta, & Valetudini no- . Vt video, non ſolum Illuſtriſſima D. V. cognoſcere debet Controuerſiam inter . Societatis Jeſu, & PP. Carthuſianos ortam, ſed & ſimile quid Vratislauii um inaudio, cum qua miſeria occupatus dicitur Illuſtriſſimus Dominus Nuncius agenſis, Canonicis Vratislauienſibus forte non adeo gratus. Mirum videri poteſt, s Canonicos, quorum plerique Romae educati ſunt in collegio germanico, non erga Benefactores ſuos gratiores.*

Conſtantiae nullum adhuc apparet Fundamentum erigendi Collegii, quae mora batibus, aegre ſuam taxam contribuentibus, non diſplicebit.

His diebus incognitus & ſine multo comitatu tranſiuit hac Sereniſſimus Baua- e Dux Wilhelmus cum conjuge ſua, profectus ad Eremum heluetica m. Eundo redeundo ſerenitas ſua ad nos diuertit, & ne a Conſtantienſibus exploraretur, ndo hinc in Hofen venit, atque in illo miſero loco pernoctauit. Redeundo ſimi- r in Hagnaw in noſtra domo pernoctare ſtatuerat, ſed cognitus a Mörſpurgen- s ad arcem illam abſtractus fuit.

Narrauit mihi his diebus Dominus Piſtorius allatum eſſe ex Vrbe ad Illuſtriſ- um D. Cardinalem Epiſcopnm noſtrum, Breue apoſtolicum, ad Inſtantiam Illu- ſſimae D. V. directum, in quo S. D. N. decernat, ne poſthac Monachi — — — Diſſimulaui me aliquid hac de re cum Illuſtriſſima D. V. egiſſe, re- ndi tamen mihi conſilium probari, & maturandam eſſe executionem.

 Vicinus

) *Tom.* 7. *Congreg. fol.* 476.

 

Vicinus Abbas Augienſis Praemonſtratenſis ordinis vita defunctus eſt, & ei ſuffectus meus olim Conuictor Dilingae, qui bonae jam tunc erat Exſpectationis. Nondum ſcio, quis ejus ordinis Viſitator jam ſit futurus. Ciſtercienſium prouincialis Conuentus ſolutus eſt quadriduo, vt dicitur, quod tempus audiendis ſtatutis a Reuerendiſſimo P. Generali conſcriptis, vix ſuffeciſſe credendum eſt. Dominus Salemitanus Viſator eſſe conſtitutus dicitur, qui bene habebit, quod agat, ſi hanc Jurisdictionem ſuam exercere volet.

Mei duo Fratres ex S. Blaſio reuerſi ſunt, bene iſthic ſemper habiti, & cum bona Venia ac gratia domum dimiſſi. Ille bonus Dominus Abbas humaniter me invitauit, paratus coram mecum amicitiam inchoatam confirmare. Hactenus tamen itineris difficultas me abſterruit, vt gratificari nondum potuerim. In dies exſpectamus finem conuentus ſpirenſis Ordinum Deputatorum. Pleraque in aliud tempus rejecta ſunt, quae difficulter, & non ſine periculo Religionis noſtrae decidi potuiſſent. Igitur foeliciora tempora exſpectemus. Si quid memoratu dignum noſtri legati attulerint id cum Illuſtriſſima D. V. communicabo.

Agitur de noua Contributione in Vngariam pro noſtris Militibus deſtinanda, quae utinam fructuoſe expenderetur, qua de re tamen multi diſcurſus fiunt, non ſine aliquibus ſuſpicionibus, alioquin exhaurimur fere.

Sparſum aliquid eſt apud nos de reditu P. Viſitatoris noſtri Benedictini, quod tamen imaginari mihi nunquam potui, nec meo judicio aliquis fructus ſperari poſſet, niſi prius etc. — —

Dominus Abbas S. Galli inuitauit nos in Sueuia Benedictinos Abbates ad S. Benedictionem, quae inſtituenda eſt in Feſto ejusdem S. Galli.

Aliud quod ſcribam, non habeo; reſtat, vt me more ſolito quam deuotiſſime Illuſtriſſimae D. V. commendem, in qua colenda & obſeruanda non patiar vllum inueniri, qui me ſuperet. Eam Dominus Deus diutiſſime nobis incolumem conſeruet. Ex Weingartenſi Monaſterio vltima Septembris Anno 1595. Illuſtriſſimae D. V. addictiſſimus Fr. Georgius Abbas.

Non potuit pro ſua Modeſtia, & antiqua ſui, & ſuorum Parentum in noſtrum Monaſterium gratia & Benignitate, quin pro exhibita nuper hoſpitalitate,

ite, tanti Hospitis certe minime digna, gratias ageret Meritis nostris majores ddita in grati animi signum *cistula reliquiis plena*, quam hodiedum inter Cimea adseruamus. *) Habemus non tantum has, sed & alias hujus Principis literas, quae nobis semper Serenissimae Domus & memoriam refricabunt, & Venerationem. Abbati etenim nostro anno 1586. 10. Decembris Dignitatem Abbatialem gratulatus Wilhelmus Dux Bauariae **) Xenium, duo scilicet dolia

*) Von Gottes genaden, Wilhelm Pfalzgraue bey Rhein, Herzog in Obern vnnd Nidern Bayrn etc.

Unnsern grues zuuor, Ehrwürdiger in Gott, besonder lieber vnd gethreüer; Als wir Jungst auf vnser Ainsidlischen Rays bey Euch gewesen, habt Ir vnns ganz wol tractiert, vnnd allen guetten Willen erwisen, darumben wir euch nochmalen gl. Dankh sagen, vnd vberschickhen Euch hiemit ain trüchlein mit Reliquien, die vnns von guetten Ortten einkhommen, vnnd Ir testimonium, da Irs begerth, Eüch hinach vberschickht werden soll, Genedig begehrend, Ir wöllet damit für lieb nemmen, vnnd vnser dabey gedenken, Vnd wir bleiben Euch vnnd Eurem Gottshaus mit gnaden vnd allem guetten vorders wol gewogen. Datum in vnser Statt München den 28. Junii Anno 1596.

**) Von Gottes genaden Wilhelm, Pfalzgraue bey Rhein, Herzog In Obern und Nidern Bayrn etc. etc.

Vnsern gunstlichen grues zuuor, Erwirdiger In Gott, Besonder Lieber und getreuer. Aus Eurem an vnns gethanen Schreiben haben wir verstanden, welcher massen sic der nechst Eur Vorfar Abbt *Johann Christoph Raithner*, aus etlichen Ine darzue bewegenden Vrsachen, der Prelatur allerdings begeben, und Ir, wie wir enntlich unnd on zweiflich darfür halten, aus sonder schickhung des Allmechtigen, zum Vorsteer unnd Prelaten des Gottshaus Weingarten an seiner stat erwöllet worden. Winschen euch anfangs von dem Höchsten, zu angenomner Euer dignitet seinen Heiligen segen vnnd gnad, also das Ir, wie vnns nit zweifelt, solchem Eurem beruef Standt vnnd Ambt, so wol In Geistlichem als Zeitlichem zu Aufnemung vnnd nuz des Gotshaus: vnd wolfart der Vnnderthanen viel Jar lang vorsteen möget.

Was dann den vbrigen Inhalt angeregt Eures schreibens belangt, wissen wir vnns wol zu berichten, wie es *weilend vnnsre geerte vorsarn Lobseliger gedechtnus, vnnd wir nach Inen bisheer, gegen Euren vorgewesten Prelaten, dem Conuent und Gottshaus* ye



lia vini, alterum rubri, albi alterum, cum piscibus fumo exficcatis, & Caseo heluetico *pro more veteri* mitti folitum benigne accepit, & carnes ferinas (duos plerumque apros, totidemque Ceruos) eodem, quo fuperius commemorata aduenerunt, plauftro cum Litteris gratiofiffimis remifit. *)

Anno 1604. Kalendis Julii datis Idem *Wilhelmus* Litteris Abbati noftro *Johannem Wilhelmum Heluetium* ex Praecone Lutherano ad Catholicos reuerfum impenfius commendat, rogatque vt huic viro ejusque filio de loco, officio

ye vnnd allmal mit fondern gnaden gemaindt vnnd Heergebracht haben, welchen gueten Verftand wir nit weniger gegen Euch vnnd Euren Conuent vertreülich vnnd genedig fort zu pflanzen entfchloffen, vnzweiflicher Zuuerficht, Ir werden euch für Eur perfon gegen vnns ebenmeffig aller gebür verhalten, vnnd zu Ychte anderm fo wenig alls Eure Vorfarn ye gethan haben, auch nit Vrfach geben.

Bedankchen vnns fonft der berueffung zu vorfteendem Eurem Ambt ganz genedig, weil wir aber nit gelegenheit haben, demfelben beizuwonen. Wellen wir vnns verfehen, Ir werden Vnnfer, vnnd der vnnfern nichts weniger In Eurem gebet vnnd Ambt der Heyligen Meff yezt vnnd fortan getreulich Ingedenkh zefein nit vnderlaffen. Wollten wir euch hinwider nit verhalten, vnnd bleiben Euch Eürem Conuent vnnd Gotshaus mit gnaden wol genaigt. Datum München den 10. Decembris Anno 1586.

*) Von Gottes genaden Wilhelm, Pfalzgraue bey Rhein, Herzog In Obern vnd Nidern Bayrn etc.

Unnfern gunftlichen grues zuuor, Erwirdiger in Gott, Befondcr lieber vnnd getreüer, Wir haben vermüg eurs Schreiben die gewonlich verEerung von Wein vnnd Schweizer Khäs, wie auch die gefchickhten Vifch wol empfangen, thuen vnns folcher eurer diemütigen guetwilligen erzaigung genedig gegen euch bedannckhen, Schickhen euch hiemit hingegen vier Pannzen Wildpret, nemlich zwen Schweine, vnd zwen Hirfche, zue erzaigung vnnfers genedigen Willens, Die wellet von vnnfren wegen mit den eurigen verzeren, vnnd vnfer dabei, wie auch fonft in eurem gebet Jederzeit im heften gedennckhen, Das feien wir gegen euch vnnd eurem Gottshaus hinwider in genaden vnnd gueten zuerkhennen genaigt, vnnd wollten euch difs in Anntwort nit verhallten, Datum in vnnfer Statt München den 7. Februarii Anno 1590.

cio, & alimentis prouidere velit. *) Excusat se apud Principem Georgius, se nullam, quam ei spartam committeret, hactenus inuenisse causatur. Sed

*) Von Gottes Gnaden, Wilhelm Pfalzgraue bey Rhein, Herzog in Obern vnd Nidern Bayrn etc.

Vnnsern gunstlichen grues zuuor. Eerwurdiger in Gott, besonder Lieber vnd gethreüer. Vnns ist wol bewusst, was eyfer Ir zu der Catholischen Religion traget, daher wir nit zweifln, Ir seyet gegen denen, so von der falschen Lehre, zu vnsrm allgemainen Catholischen allainseeligmachenden glauben, durch sonderbare schickhung Gottes, erleicht vnd bekhert sein, sonders affectionirt, vnd derselben Wolfarth zu befürdern genaigt, Nun khönden wir Eüch nit verhalten, das Zaiger diess, Johannes Wilhelmus Heluetius, ain Prediger der widrigen Lehre gewesen, vnd aber von den gnaden Gottes, zu dem wahren glauben bekehrt ist, vnd darum bis dato bestendig vnd eyfrig ersunden wirdet, diesen erhalten wir, sambt seinem Weib, auf guete recommendation fast ain ganzes Jahr in vnserm Costen, vnd weren wir zwahr nit vngenaigt geweſt, vnd noch, Ime zue ainem dienst alhie vndterzehelffen, an diesem aber ist nit die geringste hindternuss geweſt, das er seiner angebornen sprach halben etwas vnuerstentlich, daher er zu Gericht vnd Stattschreiberey, oder andern dergleichen Diensten, die Ime ehrlich wehren, nit wol hat mögen promouirt werden; wann ime aber selbsten, also lenger müessig ze bleiben, ganz beschwerlich fallen will, vnd vast begert, dass er sein talentum, so Ime von Gott vertraut, besser anlegen mecht, wir auch diss fals ain Christlichs mitleiden mit Ime tragen, und Ime zu seinem intent vnd Wolfarth so vil möglich gern verhülflich seyn wollten, Als haben wir nit vmbgehn wöllen, Euch als ainen recht eyfrigen Catholischen vnd furnemmen Prälaten, disen Conuersum in optima forma zu recommendiren, vnd ist vnser gunstl. gsynen an euch, Ir wöllet In von der Catholischen Religion: vnd dann von vnsertwegen euch lassen beuolchen sein, vnd seiner so vil annemmen, ob Er, wo nit vndter Eur, Jedoch anderer Grauen vnd Herrn (die euch wol bekhannt sein, vnd Ir beu Inen vil vermügt) iurisdiction, mechte ain dienst vnd anstandt bekhommen, wie wir dann mainen; da Ir vnserm gnedigsten verthrauen nach, das beste bey der sachen thuen werdet, es solte an gelegenhait nit manglen, damit diser guete Mann fur sechen werde.

Zum Andern hat gedachter Johannes Guilhelmus ainen Sohn zu Costanz, den er aber vnuermögenhait halben lenger alda zu cösten nit vermag, da ersuchen wir Euch abermals, Ir wöllet aus Barmherzigkhaitt gedachtem Knaben bey eurm Closter ain Oertl vergonnen, vnd bey der schuelen, oder zu wem er sonst tauglich



Sed & quum nuper Consecrationi Episcopi ante 14. circiter dies Constantiae adfuisset, ubi frequentissimus conuenisset Nobilium concursus, se neminem reperisse, qui hujus in se viri patrocinium suscipere voluisset. Veram autem hujus molestiae causam ad P. *Torrentinum* his verbis perscripsit: *Reuerende in Christo Pater! Harum Latorem a Serenissimo Duce Guilielmo mihi commendatum conatus sum omnibus modis ad aliquam conditionem promouere: Sed nulla inueniri potuit, quantumuis diligenter quaesita, nec inuenietur, si bonus viri ita pergat in sua intemperantia. Certe excessit saepius, & nimis crasse, seque gessit parum aedificatiue. Hujus rei ipsi vestri Patres hic praesentes testes esse possunt. Satis est haec attingere, plura non scribo. Reuerentia vestra pro sua prouidentia ad hominis Emendationem hac informatione vtetur, meque apud Serenissimum, ad quem ipse etiam scripsi, data Occasione excusabit, atque eidem Serenitati me humiliter commendabit. Deus sit nobiscum. Ex Weingarten 4. Augusti Anno* 1604.

Anno 1608. 18. Julii rursus idem *Dux Wilhelmus* nostri Monasterii, & Abbatis amantissimus nos sua Praesentia dignatus, *SS. Sanguinem* religiosissime colit. & quoniam *Vinum acronianum*, vt mos dicemus, etsi hodie apud exteros tam male audiat, prae ceteris amaret, etiam anno 1600. 8. Octobris Abbatem rogauit, curam gereret, vt *bis mille vites* melioris notae ad se in *Bauariam* peruehantur. Quod autem Principis palato id genus vini prae reliquis sapuerit, vel ex Epistola *Burchardi* Medici in Aula *monacensi* primarii conjicere Lector poterit. Sic habet: *Reuerendissime Domine Domine mi, & Patrone Colendissime. In mandatis habeo Serenissimi mei Litteris etiam has indoctas adjungere, & tanto majores agere. & habere gratias, quanto onustior vectura erat, quam serenitas sua a Reuerendissima Dominatione vestra accepit. Commendantur Pisces & vina, quae pro haustu vel* POTU POTIUS SELECTO *usque ad tempus aestiuum diligenter reposita sunt. Tam grandis tamen portio licet a liberali manu procedens, nimia & modum excedens reprehendenda fuisset; podamici enim pisciculi etiamsi non parum sitibundi, longe minori tamendosi fuissent contenti, & submersionis periculo longe minus expositi. Deus aliunde large refundet, donec sua serenitas ipsamet rependendi occasionem arripiat, & Reuerendissimae Dominationi vestrae*

lich aufkhommen lassen. Daran thuet Ir Gott ain wolgefölliges werckh, welches sein Allmacht hie vnd dort nit vnbelohnt lassen wirdet, vnd wir begeren es vmb euch vnd eür Gottshaus zu gnaden, damit wir eüch wol gewogen sein, zuerkhennen. Datum München den ersten Julii. Anno 1604.

ae talionem reddat, quam incolumem ad annos nestoreos conseruare velit. Illi humiliter commendo, & offero pro debili posse. Datum Monachii quinto Id. br. anno 1602. Reuerendissimae D. V. humilis & obligatissimus Seruus J. rchard. Mppria.

Eodem anno 1600. 10. Decembris a *Maximiliano* Comite Palatino, & iusque Bauariae Duce Abbati nostro adlatae sunt Litterae, quibus petit, quum nuper Episcopus *Ratisbonensis* obierit, atque sedi vacanti alius prone inponendus esset, ipseque de *Joanne Jacobo Fuggero* promouendo Coaret, testes ad se Litteras de ipsius Moribus perscriberet, &, an in Praepora Constantiensi constitutus tanta contraxisset debita, quanta rumor sparet?

Is ipse quoque *Maximilianus* Comes Palatinus Rheni, Dux vtriusque uariae & Elector *Credentiales*, vt vocant, Litteras ad Georgium nostrum ttit, speratque eo promtiorem fore Abbatem, quo grauior esset res, de a tractanda cogitaret.

Sed & Serenissima Princeps Bauariae *Magdalena* Wilhelmi Bauariae cis, & *Renatae* Lotharingiae Filia, anno 1612. *Wolfgango Wilhelmo Neogensi* nupta, per epistolam sua manu subscriptam Reliquias S. *Mariae Magenae* olim coram visas obtinere nititur. *)

*) Von Gottes genaden. Magdalena Pfalzgrefin bey Rhein, In Bayrn, zu Gulich, Cleue vnndt Berg Herzogin, Grefin zu Veldenz, Spanhaim, Mark, Rauensberg vnndt Mörs, Frauen zu Rauenstein, Gebohrne Pfalzgrefin bey Rhein, in Obern und Nidern Bayrn Herzogin etc.

Vnsern günstlichen grues zuuor, Erwürdiger besonder Lieber, Demnach wir vnns noch guter massen erinneren, welcher gestaldt wir einsmals eine Rippe von der heyligen Maria Magdalenen, so bey euch custodyrt vnd aufgehalten wirdt, in eurem Stifft gesehen, vnndt aber zue dergleichen Reliquien sonders grosse Lust vnndt begierte haben, dieselbe auch hoch halten, Dahero vnns zur grossen Dankhnemen gefallen geschehe, das vns mit bemelter Rippe sambt dem testimonio wilfahret werden könnte, Alss ersuchen wir den Herrn hiemit genädl. Er wolle vnns (im fall es sein khan) damit gratificiren, oder aber Vnns zur nachrichtung ehnbe-



Juuat hoc etiam Loco Hospitum praecipuorum mentionem facere, in quibus adducendis non Dignitatis, sed aduentus ordinem obseruaturi sumus

Anno 1595. 1. Martii *Hieronymus Comes de Portia* Nuncius Apostolicus Monasterium nostrum visitat, & statuta salutaria condit, connitente inprimis Reuerendissimo nostro, & suis hac ratione mirum consulente.

Anno 1601. 10. Nouembris Constantiensis *Joannes Georgius* ab *Halweil*, ab *Alis* siue *Alarum villa*, *Andreae* Cardinalis Successor, Pontificum suae aetatis miraculum ad nos venire, & Crastina Festum Tutelaris nostri nobiscum celebrare voluit, sub prandio in triclinio Fratrum Oratione *Latina & Graeca*. nec non *Poëmate* salutatus.

Anno 1603. 14. Junii Archiducissa Domina *Anna Catharina Ducis Mantuani Wilhelmi* Filia, & *Ferdinandi II.* Archiducis, & Comitis Tyrolensis altera post *Philippinae* Mortem Conjux in Vineis pernoctans, Constantiam defertur; quo tertia Julii rediens nos iterum gratiosissima sua Praesentia beare dignata est, in Monasterium & Abbatem nostrum ad vsque mortem optime jadfecta; id quod ex multis ad Abbatem nostrum datis Epistolis sat abunde patet, vel vnam adduxisse sufficiat. k) *).

Suo

ohnbeschwerth ehist schrifftlich aduiciSirn, wessen wir Vnns desswegen aigentlich zu getrosten, vnndt do es bey dem Herrn einigh bedenkhens oder difficultet geben solte, seindt wir erbietig, Ime vff begehren, hingegen ander heyligthumb, so auch authentic, wiederumb dafür zukommen zu lassen, Wollen es auch zu begebender gelegenheit anderwerts vmb Ine hinwieder beschulden, vnnd thun denselben Göttlichen gnedigen schuz damit befehlen, Datum Munchen den 11. Januarii, Anno 1615.

k) *Tom.* 31. *fol.* 178.

*) Wir von Gottes genaden Anna Catharina Erzherzogin zu Oesterreich, geborne Herzogin zu' Mantua vnd Montferäth etc. Wittib. Ehrwirdiger in Gott Lieber Andechtiger. damit E. E. dannoch verspüren mögen, das wir derselben nit vergessen, ob wol im negstuerschinen Jahr mit khainem zaichen es erwisen, dannoch Iner der sondern Naigung, vnnd Willens sein derselben alle Vns mügliche Willfehrigkaiten zu erweisen, Als senden Wir E. E. bey fürweisern Potten etwas wenigs von vnsern heürigs Jahrs gemachten Kütten Electuari vnd sonsten etwas auf jezt

vorste-

Suo in Comitatu Princeps Serenissima habuit Filiam suam *Annam Julia-m* Coenobi nostri, nostrumque non minus, atque ipsa, amantem. Haec atris optimae imitata Excmplum & SS. Sanguinem ardentissimis precibus, Patres nostros amplissimis Promisis prosequebatur, datis saepiusfcule Litte-s animi gratiosissimi testibus. Ex pluribus vnas habe l) *).

Eodem quoque anno 26. Augusti ad nos diuertit Reuerendissimus Archi-iscopus *Cracouiensis*.

Anno 1607. 10. Januarii Princeps & Episcopus *Ratisbonensis*, atque Prae-situs *Eluacensis Wolffgangus ab Hausen* Constantia domum rediturus suum bati denunciat aduentum m), misso cum Litteris cubiculorum aulicorum signatore, in quibus Personarum simul & Equorum numerus exprimi-r: **)

 Celsissi-

vorstehende Fasten zeit. Nebens gnedigen Ersuchen wellen E. E. solches, dero Wir gleichwol vil bösser gönnen mechten, von vnsert wegen verzeren, wie wir dann ain sondere freüdt vnd Wolgefallen hetten, da es derselben anmüettig were, damit thuen vns vnd vnsere geliebte tochter zu E. E. vnd ganzen Conuendt andächtigen gebetten bey Gott dem allmächtigen fleisig beuehlen, vnd sein derselben mit gnaden vorderst wolbewogen, Datum *Innsprugg* den 6. tag Februari Ao. 1611

ANNA CATHARINA. Mppria.

l) *Tom.* 31. *fol.* 260.

*) Erwürdiger in Gott Lieber Andächtiger. Auf das E. E. sehen, das Ich Irer frisches angedenkhen habe, thue Ich derselben hiemit wiederumben was weniges eingemachter Sachen bey diesen Potten vberschickhen, ist gleichwoll nicht vill, so werden es doch E. E. zue gueten, vnd den Willen, für das Werkh annemen, auch main in dero gebett nicht vergessen. hiemit vns dem göttlichen Seegen beuehlend, vnd verbleibe derselben mit allen gnaden. Datum Insprugg den 26. Februari 1613. *Schwester Anna Juliana von österreich vnwürdigste dienerin der dienerin vnser Liebe Frau.*

m) *Tom.* 30. *fol.* 415.

**) Der Hochwürdig Fürst, und Herr Herr Wolffgang Bischoff zu Regenspurg Probst vnd herr zu Ellwangen. Herr Doctor Johan Scharb Thumbherr zu Regenspurg.



Celfiffimus Princeps per triduum hic commoratus, non fine animi moerore Lares noftros reliquit, relicto nobis maximo fui defiderio.

Hunc paullo poft infequutus eft *Jacobus Fuggerus* Epifcopus Conftantienfis, apuod nos & Saepiffime, & Libentiffime diuerfatus. A primo etenim momento, quo huc venerat, & loci fitu, & Difciplinae confuetudine captus adeo fuit, vt monafticae folitudinis amore, fefe Pontificatu abdicare ferio conftitueret, facta pro fufceptione inter lacrumas petitione. Verum Abbas nofter quum Ecclefiam tam vtili, & follicito Paftore fraudare nec poffet, fimulato confenfu preces fufcepit, ea tamen conditione, vt, quum ipfe noffet, primum Monafticae Perfectionis fulcrum obedientiam, & propriae voluntatis abnegationem effe, ab hac, fi candide vellet, virtute inciperet. Libenter annuit Princeps. *Ergo* inquit Abbas: *Si meo viuere arbitratu & vere, & fincere fpopondifti, Tibi in virtute S. Obedientiae praecipio, vt ftatum perfectiffimum Epifcopatus retineas, nec mihi quidquam obloqui praefumas.* Dolo pio fe circumuentum fentiens piiffimus Praeful, obtemperauit quidem, fed eo pacto, vt ipfe fibi in pafcendis, & dirigendis ouibus cum juffis, tum confiliis Pater adeffet, & adjutor. Solitus exin quot annis faepius ad Monafterium peruenire, tanta in confratrum fuorum (fic enim Monachos vocitabat) corona perfundebatur laetitia, vt ab eis Neceffitate cogente non tam difcedere, quam diuelli videretur. Diuo Benedicto, ejusdemque Filiis adeo deuotus, & addictus erat, vt prouentus annuos ex Monafterio *Augienfi* ad fe devolutos in nullos alios, nifi Coenobii ufus conuerti voluerit, honorem fibi maximum arbitratus, fi Afceterio tam antiquuo & muros reftituerit, & Difciplinam. Quod vtrumque etiam egregie, & ad aeternam fui Nominis memoriam laudabiliter perfecit, *nolens* (vt ipfe ajebat) *me in mortis articulo Diuum Benedictum*

H. Joachim von Haufen, Fr. Regenfpurgifcher Rath und Pfleger zue Hohenburg aufm Norgew. H. Cafpar Plarer von Wartenfee Fendrich, Hof Juncker. H. Gibertus Horftius Canonicus zuer alten Kapeln in Regenfpurg, HofCaplan. H. Ludouicus Bezel Vicearchidecanus zue Pondorff. Georg Blatner frl. CamerSecretari. 1. Edelknab. 1. Camerdiener. 1. Leibbalbierer. 2. Laggeyen. 1. Mundkoch. 1. Cappeldiener. 2. Rayfigeknecht. 2. Leihgutfchier. 1. Rayfiger Jung. 3. Knecht zum Rayfwagen. H. Doctor Scharben 1. diener. H. Pflegers zu Hohenburg 2. diener. Summa 25. Perfonen. Pferdt. Ihr frl. gnaden Rayfige Pferdt. 9. Leibgutfchen Pferdt 6. Pflegers zu hohenburg Pferdt 3. Pferdt zum Rayfwagen 6. Summa Pferdt 24.

m habere accusatorem, quem in hoc periculoso momento percupio Patronum, ac nsorem.

Eodem quoque anno 1607. ad nos diuertit Serenissimus Austriae Archi-, & Episcopus Passauiensis & Argentinensis *Leopoldus*, qui nostros adeo it, vt ab anno 1607. vsque ad annum 1624. vigesies omnino (quemad-um Bucelinus noster in suis Ephemeridibus adnotauit) plerumque 80. etiam 100. Personis, totidemque ferme equis stiputus adfuerit; immo › 1619. quum ex *Tabernis* suis *Oenipontum* proficisceretur cum 204. per-, & 112. equis, quorum descriptio Tomo 31. Litterarum antiquarum 569. exstat, adfuit. Interdum magnos quoque secum adduxit viros; nadmodum anno 1620. 16. Septembris *Carolum* Archiducem, anno 1623. Iaji Nuncium Apostolicum, anno 1624. 11. Augusti Episcopum *Osnabrüg-m a Zollern*; & anno denique 1627. *Claudiam a Medicis* sibi desponsa-. Aestimauit hic Princeps (inquit P. Bucelinus) plurimum Ascetas no- & Abbatem, atque Mensam regularem omnibus conuiuiis praetulit. m aliquando nobiscum a caena surrexisset, atque in Dormitorium cum ate *Georgio* adscendens, diutius etiam post *Completorium* colloqueretur; *Joannes Spies*, cui, vtpote viro disciplinae regularis tenacissimo, visitanda demandata erat, aliquos inter se colloquentes animaduertens, vt eosdem sacri silentii ruptura, & Violatione sua praesentia auerteret, atque se in Cellas recipere compelleret, propior accessit, & quum ii nihilo minus in discursu pergerent (commonente scilicet Abbate Archiducem de viri offi-atque Zelo) suamque nihil personam curare simularent, ipse aperta later-lumen vtriusque vultui proxime admouit, atque detecto errore subridens aec ipsa lingua teutonica erupit: *Botz, sedts nur ihr, Ergo vos tantum* ? nimirum qui legibus Regulae non tenerentur. Cetera vir fuit P. Joan-Spies reuera omni honore dignus, qui a D. Parente Ministro Austriaco asterii inimicissimo, sed in extremis mire poenitente, SS. Sanguini cum nis liberis emancupatus, Fratres habuit duos PP. *Placidum Spies* Priorem *enhusanum*, & *Modestum S. Galli* Monachum, *Roschachii* Praefectum. Sic ucelinus noster in Ara funebri.

Anno 1608. 18. Julii *Wilhelmus* Bauariae Dux: 15. Septembris *D. Ca-Schoppius*, seu *Scioppius* fatis, & libris notissimus, de quo inferius plura,

&

& 24. Octobris nostri amantissimus Episcopus *Augustanus* cum 20. equis ad nos diuerterunt.

Anno 1609. *Carolus Marchio Burgouius* datis per Dominum *Schrenck a Notzing* 24. Nouembris Litteris significat Abbati, se proxima die Pentecostes *Stockachio* discessurum, seque *Salemii* pernoctaturum, & quum exinde Vineas statuisset iter, petere se, vt pro septuaginta & vna Personis atque octoginta & sex equis diuersoria parata haberet. n)

Anno 1613. 10. Junii *Renata Ducis Wilhelmi Bauariae Conjux*, nata Princeps *Lotharingiae* ad nos peruenit, quam ipse *Wilhelmus* 6. Augusti insequutus cum filia *Magdalena* fuit.

Anno 1615. 27. Decembris Legio Baronis a *Griechingen* hoc & sequentibus diebus transiit, & hodie quidem Dominus ab *Ossa*, multis deinceps modis cognitus, supremus hujus Cateruae legatus in Monasterio nostro cum equis 40. aut etiam 50. totidemque personis pernoctauit, 28. Decembris e. a. D. *Hundstein* legionis Griechinganae Capitaneus cum non nullis peditum Vexillis hac transiens ad nos venit cum triginta equis, & quinquaginta circiter personis, quas Crastina adsequutus est *D. Reich a Reichenstein* Vexillifer in Coenobio aeque hospitatus.

Anno 1619. 18. Aprilis apud nos pernoctare dignatus est *Albertus Bauariae* Dux cum conjuge sua, atque octoginta & tribus Personis totidemque equis, ad *Eremum Heluеticam* profectus. Rediens 28. Aprilis rursus apud nos nocturnam quietem habuit.

Eodem anno die 7. Junii D. Colonellus ab *Hebersdorff* ad nos venit cum equis circiter sexaginta, & octoginta Personis, quieti crastinam daturi. Mox 18. scilicet ejusdem mensis D. Colonellus ab *Ehrwidt* rebus postea praeclare gestis meritissimus cum Praefectis Equitum tribus, Dominis nimirum *Khrüen*, *Endtenfuoss*, & *Capell* cum quinquaginta Equis, & octoginta Personis per biduum ad nos diuersatus, *Vexilla equestria* sacrari ab Abbate nostro petiit, & obtinuit. Paullo post 22. Junii e. a. *Carolus Alexander* Dux de *Croy* Princeps

Arscho-

n) *Tom.* 31. *fol.* 80.

rſchotanus etc. cum aula ſua, perſonis circiter nonaginta & ſexaginta equis nos diuertit, per vndecim ſerme dies hic commoratus.

Anno 1622. 4. Maji apud nos pernoctauit illuſtriſſimus Marchio de *Monte gro* Archiſtrategus, Vercellenſi obſidione notiſſimus, cum 40. Perſonis, & trita equis. Eodem anno 2. Octobris idem Marchio ex *Alſatia* redux, *Pragam* ntendens, hoſpes cum 30. Perſonis & viginti equis exceptus eſt.

Sequenti anno 1623. 12. Maji Lares noſtros cum duodecim Perſonis, totemque equis inuiſit Marchio *Henriquez de Vallſuentes* Hiſpanus Catholicae ajeſtatis ad Imperatorem legatus, & craſtina die Ss. Sanguinem inſigni m Religione & Pietate veneratus, habitis gratiis quam ampliſſimis diſſit.

Anno 1625. 19. Aprilis ad nos diuertit magnus ille Germaniae Alexanr, Illuſtriſſimus *Godefridus Henricus Comes a Pappenheim* cum conjuge ſua, rſonis aliis ſeptuaginta & triginta quatuor equis, quum Exercitum in *Itam* duceret, aeternitate digniſſima tam illic, quam poſt reditum in Germa geſturus, cuius virtutes miraculis proximas nemo digno atramento dexerit, quae auro ſolo dignius connotarentur. Cras diſceſſit.

Anno 1625. 2. Maij ad nos diuertunt illuſtriſſimi Principes *Wilhelmus* m conjuge ſua, & *Albertus* Marchiones *Badenſes*, ac *Chriſtophorus Comes rſtenbergicus*, cum 25. equis, qui Craſtina ſumto prandio diſceſſere.

Anno 1626. 13. Februarii aderat Illuſtriſſimus D. *Jannes Jacobus* Praeſitus Eluacenſis cum 24. equis, paullo poſt 18. Nouembris Legatus Apolicus cum nouem equis, & vigeſimo quarto denique ejusdem menſis & ni Nuncius Apoſtolicus.

Anno 1627. 25. Julii D. Colonellus ab *Illow* cum 32. equis, ex Italia lux apud nos diuerſatus eſt. Hactenus P. Bucelinus.

Praeter hos aliosque inferioris ordinis ac conditionis hoſpites qui aliquando o anno vltra bis mille numerati ſunt, vidit etiam, & veneratus eſt Abbas ter Georgius (vti ex alio Diario diſcimus) Abbates, Comites, & Barones

 

nes confines omnes, Principem Abbatem a) *Fuldensem*, Principem Abbatem *Campidonensem* b) Patrem *Generalem* Capucinorum cum vndecim Sociis c) ac denique venerabilem P. *Dominicum* Carmelitam d); vt adeo mirum sit, vnde Abbas noster in hac temporum caritate & iniuria pro tanta hominum multitudine victum inuenire potuerit. Vt enim frequentissimos militum transitus, qui a nobis alendi erant, silentio inuoluamus, agrorum tanta sterilitas erat, vt anno 1622. 18. Martii vnus *Medimnus* tritici triginta duobus, & auenae 12. florenis *Rauenspurgi* steterit, aucto statim eodem anno vix non in duplum pretio. Nam 7. Septembris Medimnus tritici septuaginta, & 2. Octobris septuaginta sex, auenae vero viginti nouem, & triginta florenis venditus, nec libenter, fuit.

Et sane ab infelici illa, & armata Doctoris *Martini Lutheri* Reformatione Germania nostra numquam satis, & ex voto pacata fuit: semper vel periculo territa timuit vel milite obsessa gemuit. Rusticorum tumultus foedus Schmalcaldicum hoc *Vnio* Heilbronnae in Sueuia anno 1610. sancita, hanc denique anno 1619 Turbae Palatino-Bohemicae insequebantur, vt nihil de tricennali Suecorum bello, de quo in sequentibus acturi sumus, nihil de Nuptiarum Parisinarum effectibus, nihil denique de turcarum motibus dicamus, omnia obliuioni Libentissime consecraturi, nisi quae nobis Litterae ad Abbatem nostrum his super rebus datae perpetua esse voluerunt. Anno 1590. 27. Aprilis *Joachimus* Abbas *S. Galli* ad *Georgium* nostrum haec perscripsit e) *Reuerende Domine, & Frater amantissime. Heri hora quinta vespertina tuas accepi. Gratissimae, quia a te profectae fuere. Quod scribis de nouis ex* VRBE, *mirum, scito hispanicas vires in Gallia omnes esse disjectas: Nostri Heluetii, qui sanctam Ligam (vt dicunt) sequuti sunt (inuitus scribo) partim fuga elapsi sunt, partim Nauarraeo supplices manus dedere, qui domum hisce diebus uenere, miserrime venere. Certum est mihi, Hispaniarum Regem Gallos etiam Catholicos infestissimos habere, & vt multi apud nos rerum Gallicarum peritissimi ominantur, bella ex Gallia in Hispanicas ditiones transferetur.*

Legatus Pontificis, qui hactenus Parisiis commoratus est de pace ineunda, & vita propria conseruanda est sollicitus. De vrbe Parisiensi, & Rotomago exspectamus subinde noua, nam suos Legatos ad Nauarraeum misisse nec dubitamus, qui

vt

a) 1626. 14. *Oct.* b) 1603. 6. *Feb.* & 1620. 26. *Aprilis.* c) 1621. 2. *Julii*
d) 1621. 27. *Martii.* e) *Tom.* 29. *fol.* 27.

plurimum medio Majo in potestatem Nauarraei sint venturi. Ipse, vt omnes mili-, qui rediere, narrant, in rem Catholicam valde propendet, & omnes, qui Catholi- sunt Religionis, ipsique supplices fiunt, humanissime tractat. Nullo, quod certe ɔ, indiget externo milite, plus nimium abundat Gallico & Heluetico. Quare si xo quid molitur, caulat sibi Lotharingius & Hispanicae partes. Nos Heluetii, catholici sumus, propter turpem cladem, quam Guisianus Dux accepit, cum nmo animi dolore tacemus, Haeretici triumphant. Sed tamen ego nil abjecti imo meo foueo, modo Nauarraeus, quod plane spero, Catholicus fiat. Non ti-o in nostra hac Germania hoc anno graues tumultus bellicos: Inferior vero ma-is exposita est periculis. Haec noua misissem explicatius libenter ante 14. dies ad ustrissimum Principem Bauariae, sed quia Dux Dumainaeus ipsi affinitate est ijunctus, id facere non sum ausus. — — — Ego in plenam refor-tionem domus meae incumbo, sed postmodum plura. Me tuis orationibus com-ndo, & te optime valere exopto. Si qua mea opera indiges; impera. Apud Gallum etc.

Mortuus est interim Abbas *Joachimus*, Luis grassantis victima anno 1594. stus, & Successorem, quem in vita concupiuit, post Mortem obtinuit *Ber-rdum*, is sane sentire incepit, quas ante aliquos annos de Longinquis gionibus Praedecessor narrauerat, belli injurias. *Sumus hic*, scribit ille . Martii anno 1606. ad Abbatem nostrum, *sumus hic in Heluetia plurimis, auissimis atque periculosissimis negotiis. Deus Clementissimus omnia bene ver-:.* f) Quaenam autem illa negotia fuerint, infra videbimus.

Inter hos bellorum tumultus, qui modo ex *Belgio*, modo ex *Hungaria*, odo ex *Gallia* aut aliis locis adferebantur, nihil ab incepto Disciplinae re-tuendae studio remissum est, quare quum inter *Sueuiae* & *Heluetiae* Abba-s de edendo nouo Breuiario, eoque Iconibus decorando conuentum esset, *Joanni Riebero* Conuentuali nostro negotium datum fuit, vt hac super re m P. *Carolo Stengelio* ad SS. Vdalricum & Afram Augustae Vindelicorum ofesso conferret. Hic ad ipsius quaestiones haec in responsis dedit g): *ax Christi. Reuerende & Charissime Domine Pater Joannes. Quam primum ihi hodierna die Litterae Reuerentiae vestrae sunt redditae, mox in eam curam cubui, vt id, quod in iis petebatur, quam studiose exsequerer. Habemus autem c Augustae (praeter ceteros ex turba) in Vuiuersum septem celebriores Calco-graphos.*

f) *Tom.* 30. *fol.* 347. g) *Ibid. fol.* 444.



graphos. Quorum primus & ceteris antiquior in vrbe est Alexander Mayr, qui fere videtur in rebus tantum minimis, & Scripturis incidendis excellere. Raro quidem profert imagines, & est aliquantum negligentior in operibus suis absoluendis, quae etiam eam ob causam minus curat, qui est vnus ex Praefectis Archytectorum, qui singulis Septimanis, certis diebus, per ciuitatem circumeunt, & lustrant aedificia recens fabricata. Ejus manus est imago D. Sebastiani. Porro Dominicus Custos fere nihil amplius in aes incidit, sed tantum dat impensas pro incisione suis duobus filiis. Lucae Kiliano & Wolfgango Kiliano, cum quibus hodie primum locutus sum, (eorum manu sunt ceterae imagines) item fratri suo Raphaeli Custodi. Alii duo Christophorus Greiter & Mauritius Mittnacht vix videntur sufficientes ad tantum opus praestandum. Ceterum Monachii est quidam celebris Sculptor Raphael Sadeler, habet etiam filium ejusdem omnino nominis, sed eum in BELGIUM *profectum audio. Porro vix puto illum operam suam Locaturum sine Licentia Serenissimi Bauariae Ducis, & jam valde occupatur, immo a tribus, quatuorue vel amplius annis in Bauariae Ss. Imaginibus in aes incidendis, ad quas etiam Eulogia seu Inscriptiones P. Matth. Rader conficit. Ego certe non audeo meam in hac re proferre sententiam. Difficile nam, & periculosum est multorum Seruire Ingeniis. Si vero placeret ex nominatis hoc labore occupare, posset delineari forma & magnitudo alicujus imaginis Breuiario conuenientis, & sic prototypon non vni, sed forte etiam pluribus artificibus proponi, quanto nempe pretio hic vel ille operam suam locare vellet. Vt qui sic constituto pretio eligeretur, vnam tantum incideret, & secundam prius non inciperet, quam certo constaret opus hujusmodi Reuerendissimis Dominis Abbatibus placere.*

Inuentores quod concernit, habemus certe insignes & exercitatos. Celeberrimos Pictores duos Joannem Rettenhaimer, & Matthiam Kager, *) *qui non solum nostratibus, sed etiam externis Calcographis hac in re operam suam locant. Quod ad Typographos Mediolanenses attinet, vt ingenue fatear, vix vidi aliquid praeclari illic impressum, quod multum excellere videretur. Porro atramentum fuligineum, quo in imprimendis Libris vtuntur, non tam bene conficiunt Itali, quam Germani: Veneti tamen melius reliquis; adhibere dicuntur aliquam materiam venenosam, quam noctium ad lucernam Legentium oculos offendere Medici perhibent. Ego si in aliquo horum quocunque tandem negotio inseruire potero, numquam deero.*

Est

*) *Hujus opus est Tabula S. Franciscum Seraph. exprimens in Parthenone Altdorffensi, curante nostro P. Jacobo Plaz tum Confessore ordinar. picta & illic in altari Principe collocata.*

Est hic Augustae jam per aliquot dies Legatus Venetorum Contarenus satis gno comitatu, jam ter aut quater lustrauit nostrum templum. Proficiscetur ali- is ob causas in Belgium, vt puto ad status Hollandicos propter Nauigatio- n. Quod ad Bellum futurum attinet, videntur apud nostrates res longe meliori o esse nostrarum partium, quam aduersariorum, quandoquidem valde egere di- itur non solum pecunia, sed etiam reliquis rebus necessarriis. Ratisponenses e omnes suae vrbis portas excepta vna & altera occlusas tenent, ad Monasteria im Excubias agunt ne forte occulti introducentur milites. Fuit etiam hic Au- stae Praefectus Equitum Lotharingicorum Mentsur de Ramae, qui sub Duce ercurio *) *quondam iu Hungaria eorundem Ductor erat; gloriatur se cum tre- tis suorum Equitum, cum tribus Millibus aduersariorum audere congredi. nfecta hic Auguste sunt plurima Vexilla pro illis ex Damasceno; cum pulcris nblematibus, quae hic describere libuit, quorum adhuc recordor. I. Maria rgo:* REGINA COELI PROTEGE NOS. II. *In altero S. Michael depictus cum hac scriptione:* SUPER ASPIDEM ET BASILISCUM AMBULABIS. III. *Exercitus depictus:* CQUIRUNTUR, AUGENTUR, ET CONSERUANTUR MILITE IMPERII. *In alio* TA- EM. *Rursus in alio Anchora depicta:* CONSTANTER. *In alio S. Georgius.* ON HABEMUS REGEM NISI CAESAREM. *In alio:* AEQUITATEM. *In alio Leo nprimens Serpentem:* SIC. *In aliis S. Petrus:* APERIAM. *S. Paulus:* RIAM. *Manus in Nubibus:* INUENIAM. *Ridiculum est, quod Aduersarii di- itur habere:*

Zichen wir den Pfaffen die Kutten nit auf,
So müssen wir zum Land hinauf.

Verterunt Catholici:

Lasst ihr den Pfaffen dKutten Bleiben,
Man möcht euch sonst auf dem Land verdreiben.

m in alio Vexillo est Aquila cum quinque R. nempe

R. R. R. R. R.

c explicant:

Rudolphus Rex Romanorum Recte Regnauit.

 Pro-

*) *Philippo Emanuele Lotharingio Duce de Mercoeur.*



Processio hesterna sereno coelo satis celebris fuit etc. etc. Quaestio R. V. haec boni consulat, & Verbositati atque ineptiae meae det veniam; scripsi nam valde properanter. Valeat in Domino 20. Aprilis 1610. R. V. in Christo Fr. & Seruus Fr. Carolus Stengel Mppr.

Eodem anno 20. Octobris Georgius noster ab Abbate ad S. Gallum has accepit Litteras h): *Reuerendissime in Christo Pater, ac Domine, honorande Amice. Libenter intellexi, quod hac saltem vice milites Protestantium fines nostros non attingerint. Deus eos semper auertat, & Longissime propellat. Doleo intrinsece & vehementissime quidem res nostras esse tam perturbatas & periculosas. Deus det breui meliora! aliequin spiritus malus, & insolentia ac vires haereticorum accrescunt; nostra Dominia, regna, & quod super omnia dolendum, Religio decrescit: quod cum amaro animi mei sensu scribo. Cetera referet praesentium Lator. Deus semper nobiscum. Orate pro me. Raptim ad S. Gallum 20. Octobris Anno 1610. Reuerendissime P. V. Amicus studiosissimus Fr. Bernardus Abbas.* Mppr.

Similis argumenti Epistolam eodem anno 28. Nouembris Georgius noster a *Simone Feurstain* suffraganeo *Brixinensi* accepit, quibus inter alia sic loquitur i): *De Protestantium Milite plura jam, quam cupiebamus, inaudiuimus; vtinam innocentes ab ejus furore, rapinis, & oppressionibus eripiat, & Insolentiam breui compescat Deus. Ceterum dolemus hac etiam occasione pati Dilinganae Academiae studia, & clauso Emporio studiosos Religiosos maxime, auocari subinde, & quaquauersum dispergi; Pax tamen, quae Principes inter Catholicos & Protestantes pacta & stabilita dicitur, maturae reclusionis & reuersionis bonam spem facit. Qui eidem Reuerendissimae Dominationi vestrae omnem a Deo felicitatem precamur ex animo. Brixinae 28. Octobris etc.*

Ad malorum cumulum accessit quoque tristissima de peste redeunte fama. Quum enim haec lues Anno 1583. in partibus helueticis, & vltra lacum Bodamicum maximam vbique stragem ederet, jam anno 1588. terrae praesertim hujus incolae veriti, ne pristina miseriarum facies rediret, relictis laribus ad tutiora sese receperunt. Quare *Marcus Sitticus* Episcopus Constantiensis, & S. R. E. Cardinalis, Curiam quoque suam praesenti periculo erepturus, datis 9. Nouembris hoc ipso anno ad Abbatem nostrum Litteris

h) *Tom.* 30. *fol.* 451. i) *Tom.* 31. *fol.* 166.

k) *) Domum nostram in Pago *Hagnouiensi* sitam sibi locari ad tempus tiit, & impetrauit. Episcopum suffraganeum cum omni Consistorio, trieno integro modo *Vberlingae* modo *Hagnouiae*, modo etiam *Marchdorffii* ulem vixisse, ex variis documentis, & praesertim ex sequenti Epistola scimus l) quam *Joannes Jacobus Mirgelius* Episcopus Sebastensis 7. Decembris 1611. ad Georgium nostrum in hunc tenorem perscripsit: *Reuerendissime, omine colendissime salutem & officia paratissima. Jam prae foribus angariae, mes sacros ordines hic Marchdorffii (Deo annuente) quo locorum etiamnum per atiam & singularem ipsius Misericordiam a miseria, quae passim grassatur, sus liberi, conferre proposui: de quo Reuerendissimam Paternitatem vestram juxta fidem*

k) *Tom.* 28. *fol.* 353.

*) Märckh Sittigg von Gottes gnaden, der Hailigen Römischen Kirchen Cardinal. Bischoff zu Costantz, vnnd Herr der Reichenauw etc.

Vnnsern günstigen gruess zuuor. Erwürdiger, Gaistlicher, Lieber Andächtiger. Eüch möchte vnuerporgen sein, welcher massen sich (Laider) die gefahrliche sterbens leüff In der Statt Costantz etwas gefährlich erzaigen. Vnnd ob wir gleichwol verhoffet, dieselbigen sollten sich wiederumben zur besserung gewendt haben, So khombt vnns doch sollicher bericht ein, dass wir verursachet vnnser Consistorium vnnd Gaistlich Gericht, sampt desselben einuerleibten Personen, auf alberait erlangte Verwilligung deren von Vberlingen, gehn Hagnauw zu uerordnen, vnnd zu uerendereri. Vnnd dieweil dann Ir, damit dieselbige Personen vmb so uil besser vnnderkhomen, hierzu (wie wir glaubwürdig erinnert werden) guete befürderung zu thuen daselbst gelegenhait haben.

Allso gelangt an Eüch vnnser Gnedig gesinnen, Ir wellen dahin willfährlich bewilligen, vnnd den Eüwrigen zue Hagnauw befehlen, damit vnnser Weichb'schoff vnnd Vicari nach Irer gelegenhait In Eüwer zu Hagnauw habende Behausung, der Münchhoff genant, einkhommen mögen, vnnd eingelassen werden. Auch denselben notturfftiglich bewohnen vnnd brauchen khönnen, biss der Allmechtig Gott, dieser gefährlichen leüfften halber ain milterung vnnd besserung sendet, vnd verleihet. Vnd wiewol wir vnns hierinnen aller gueten Willfahrung zu eüch getrösten, So wellen Ihr doch ain solliches bey Zaigern vnnsern Leüffer, vnns darnach vmb so uil besser haben zu uerhalten, schrifftlich zue vnserer Canzley zu berichten nit vnnderlassen. An sollichen allen thuendt Ir vnns ain sonder angenemb Wolgefallen, vnnd seyendt es vmb eüch vnnd Eüwer Gottshaus In mehrern mit Gnaden zu erwideren nit vnngenaigt. Geben auf vnnsrer Cantzley zue Mörspürg den 9ten 7bris anno 1588.

l) *Tom.* 31. *fol.* 217.

 

fidem nuper datam, mouere volui, simulque quam syncere rogatam, vt iis, quos mittit, mandare dignetur, vt in arce apud me diuertant, mecumque sub vno tecto in exilio poenitentiam agant, quod & gratissimum mihi erit, & summe iterum atque iterum contendo, meque Reuerendissimae Paternitati vestrae commendo. Valeat. Datae Marchdorffii 7. Decembris Anno 1611.

Anno tandem sequenti Contagionem decreuisse, Curiamque rursus *Constantiam* remeasse, ex ipsius quidem Episcopi Sebastiensis Litteris m) 25. May hoc ipso anno 1612. datis intelligimus; eam vero non omnino cessasse, testis est *Bernardus* Abbas ad S. Gallum, qui inter alia ad Abbatem nostrum sic scribit: *Ego jam per tres pene septimanas rursus S. Gallum incolo, sumque vna cum meis Dei beneficio incolumis & satis securus, quandoquidem aëre denuo salubri & puro perfruimur. Licet enim hinc inde a longe paucis adhuc locis mala lues serpat, tamen haut saeuit amplius, aut grassatur, ita vt pene omnino consopita videatur. Deus optimus Maximus tandem flagella sua clementer inhibere, nosque deinceps hic, & vos illic Custodire dignetur. Datae apud* S. GALLUM *die* 18. *Januarii Anno Domini* 1612 n).

Optata vix potitus requie optimus ad *S. Gallum* Abbas, jam ab alio se hoste impetitum vidit ac circumsessum. Sed sicut jacula prouisa minus feriunt, sic quoque inparatum inuenerunt. *Doggenburgenses* enim seditionem moliti, plus damni & dedecoris, quam commodi & gloriae reportabant. *Non dubito* (sic litterae ad Abbatem nostrum sonant) o): „*Non dubito, quin* „*Paternitas vestra scire cupiat. quomodo res nostrae Doggenburgicae se habeant,* „*paucis aperio.* Rediere nostri *Rapperschwila* re infecta. Etenim Commissarii „duorum *Cantonum* animaduerterunt in suis Discursibus, si ad definitiuam „sententiam deuenirent, eam fore discordem; propterea satius putarunt eam „non ferre, sed totum negotium ad suos Magistratus referre. Vnde vlterio„ra exspecto. Deus det meliora. Interim videntur *Doggenburgici* satis paca„te & quiete agere. Sed quantum fidendum? Quid vero nuper DD. Prae„lati Sueuici apud S. Gallum egerunt? Quid? attulerunt nimirum Abbati pe„cunias ad bellum gerendum. Itane vero? Ita sane fert fama *nostrae Ciuita*„*tis.* Quam opportunum hoc mihi accidisset, & quam laudanda haec Sueuo„rum munificentia erga suum popularem fuisset. Quid si fama isthaec verifi„caretur, ne auctores ejus infames fierent?

„Cete-

m) *Tom.* 31. *fol.* 234. n) *Tom.* 30. *fol.* 491. o) *Tom.* 31. *fol.* 477.

„Ceterum in Monasterio *Murensi* nuper celebratus fuit conuentus Abbatum Benedictinorum in Heluetia, cui interesse non potuit: misi tamen quendam ex meis Religiosis, qui aliqua meo nomine insinuauit. Receptus est in nostram Congregationem D. Abbas *Disertinensis*, qui fuit praesens, atque auxilium ab ea petiit ad Reformationem sui Monasterii, quod suppeditabit *Murense*.

„Est hic in Ciuitate rumor recens, *sabaudum* inuasisse Ducatum *mediolanensem*, atque duos pagos occupasse, occisis in eis militibus plerisque, inter quos fuerit etiam vna Cohors, seu vexillum *Heluetieum*. Solicitus sum de meis, exspectans certiora. Haec omnia paucis etc. Raptim ad S. Gallum 15. Septembris Anno 1617. Fr. Bernardus Abbas.„

Interea nostri aliorum iniquam sortem miserati, etiam ipsi varia atque nuia incommoda senserunt. Tot enim & tanta Bella, quis S. C. Majestas implicata erat, non potuerunt non ingentes Imperii statibus tam hominum quam pecuniarum expensas facere. Certe *Rudolphus II.* Imperator atis 19. Octobris 1594. Litteris *Georgio* ob subsidium turcicum gratias git, ejusque impensam apud ceteros Sueuiae Abbates desuper operam laut, & *Matthias* Imperator misso *Stephano Schmid a Freyhofen* in *Constatt* rarii sui tribuno concessum in Comitiis *Ratisponensibus* triginta Mensium bsidia per litteras annos 1615. 25. Junii datas petit. *) Ab eo tempore vix

*) Matthias von Gottes Genaden Erwöhlter Römischer Khayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs etc.

Ehrsamer lieber andächtiger, Demnach wir den gestrengen vnseren Rath, Reichspfennigmaister und lieben getreuen Steffan Schmidt von Freyhouen auf Constatt etc. genedigisten beuelch geben, sich bey dir in Vnsrem Nahmen anzumelden, vnd den ausstand an der iüngst zu Regenspurg verwilligten dreissig Monatlichen Reichshilff zu machen und zu suchen,

Als gesynnen Wir hiemit an dich, genedigst begehrendt, du wollest gedachtem vnserm Reichspfennigmaister in seinem an- und fürbringen, nit allein gleich uns selbsten, allen guetten glauben geben, sondern auch dich darauff mit richtigmachung deiner Quota also wilfährig und gehorsamlich erzaigen, Immassen es ohne das der sachen Billigkait erforderdt, und unser genedigist vertrauen zu dir gestellet ist, das seindt wir hingegen in Kayl. gnaden damit wir dir gewogen, zu erkhennen genaigt, Datum auff unsrem Khönigelichen Schloss zu Prag, den Funff und



vix vnum alterumue annum feculi aut labentis aut insequentis numeramus, vbi ejusmodi auxilia non fuissent vel petita a caesare, vel praestita ab Abbate; adeo vt quum quidam ex Imperii statibus in soluendis id genus Vectigalibus tardiores, quam pro voto, essent, *Ferdinandus* dato Viennae 1619. 26. Nouembris Diplomate p) *Albertum Euerhardum* Cancellarium nostrum, Commissarium ad Abbatissas *Buchauiensem, Lindauiensem, Heggbacensem, Baindensem etc.* & vrbes *Vberlingam, Rauenspurgum, Wangenam, Pfullendorfium* caeterasque excepta vna *Augusta Vindelicorum* ad colligendas pecunias nominauit.

Inter has Bellorum turbas facile est conjicere, & conscriptionem Militium in Imperio perpetuam, & transitus, vt jam super vel obiter innuimus, frequentissimos fuisse. Curatum quidem est, vt id minori, quo posset, statuum incommodo, & damno fieret; verum quis contra torrentem? Quidquid interim aut insolentiae, aut injuriae factum, id Militis vitio, non Imperatoris maleuolentiae adscribendum est. Testimonii loco esse possunt & viuae vocis declaratio, quam *Thomae* Abbati *Salemitano Leopoldus* Archidux, *Salemium* 18. Aprilis anno 1619. pertransiens fecerat q) & Litterae r) quas DD. *Joannes Rudolphus a Schönaw*, & *Joannes Christophorus a Stadion* Abbati nostro, *Pfullendorffii* 10. Julii anno 1597. datas, transmiserunt. Erant hi Caesarei his in partibus rei militaris Commissarii, & hac praecipue de causa ad hoc officii genus adsumti, vt Imperii status ab injustis aut etiam nimiis Exactionibus tuerentur. Quare quum quingenti recens conscripti Milites in dicta vrbe ad transmittendum parati starent, Abbatem, aut ipsius saltem delegatos cum plena potestate ibidem praesentes cupiunt, vt de transitu deliberare, & de eo, quod factu melius & facilius videretur, statuere possint.

Similem quoque aequitatem & gratiam se Liberis statibus debere arbitratus est *Ferdinandus* Archidux Austriae, paulo post Imperator, II. hujus nominis Francofurti electus; quum aut anno 1617. ad *Venetos*, aut biennio post ad *Bohemos* debellandos milite sueuico indigeret, aut suum per Sueuiam duce-

zwainzigisten Junii Anno Sechzehenhundert vnd fünfzehenden, Vnsrer Reiche des Römischen im vierten, des hungerischen im Sibenden, und des Behmischen in fünfften.

p) *Tom.* 31. *fol.* 554. q) *Ibid. fol.* 541. r) *Tom.* 29. *fol.* 417.

ucere pararet. Vix enim composito, quod *Vsochi* innata sua depraedandi ibie excitauerant, bello, nouum (nescio, quo auctore) inter *Ferdinandum* *Venetos* exarsit, alii in *Venetos*, alii in *Vsochos* culpam rejiciunt. Quidquid demum sit, *Ferdinandus Leopoldo* Episcopo Argentinensi, Fratri germano suo Negotium dedit, vt, quam fieri celerrime posset, Militem & recens conscriptum, & veteranum ad *Forum Julium* deducendum curaret. *Leopoldus* igitur periculum in mora arbitratus datis ad Abbatem Georgium Litteras rogat, vt transitum per *Ditionem Weingartensem* permittere velit. Datae unt *Dambaci* 8. Nouembris 1617. *)

Pace tandem hac ex parte, Rege Francorum Conciliatore, restituta, atque *Parisis* stabilita, cum *Bohemis* congredi necessum fuit, ii enim rejecto suo Legitimo Rege *Ferdinando*, Fridericum V. Electorem & Palatinum Rheni communi voto ad solium euexerunt, imposita ei anno 1619. 25. Octobris *Pra-*

*) Leopold von Gottes gnaden Erzherzog zu Oesterreich Bischoff zu Strasburg vnd Passaw, administrator der Fürstl. Stifftung Murbach und Luders, Herzog zu Burgund etc. Landgraff in Elsass graue zu Tyrol etc. etc.

Ersamer gaistlicher lieber andächtiger. Wiewol wir in hoffnung gestanden, es wurden die wegen Venedig und der Königl. Herrl. In Böheim vnsers geliebten Herrn Bruders Ll. einkhomne Zeitung Iren Bestand und ehehafte richtigkeit entlich erreichen, und derwegen die tägliche Anstaldt gemacht, dass das in V: O: Landen ligende Kriegsvolkh wieder förderlich abgedankt, und gleich den zuo dem End geworbnen Pferdten erlassen werden möchte; So khombt vns iedoch von hochgedachter Röm. Hr. und L. durch aignen Currier so vil zuo Handt, dass die Venetianer in Irem feindseligen fürnemen nicht allein bestendig continuiren, sonder dasselbige durch zuo tringen sich täglich mit mehr und grösser Hilf verfassen thuon, Inmassen Ir Röm: Hr. und L. uns darauf einstendig ermant, dass wir gedachtes V. O. Kriegsvolkh eheist vff die Bein zu bringen, und nach dem Friaulischen Leger fortzuschickhen gedacht sein sollen. Die weil wir dann Ir Röm. Hrl. und Ll. zu Nuz und annemlich wohlgefallen demselben also nachgekhomen gemeint, haben wir nit vnderlassen wöllen an dich Fürweiseren vnsren lieben getreuen Hanss Herner Aeschern von Byningen anzuo weisen, vnd des Passes halber bey dir Werbung zuo thuon, wie aus seinem Anbringen mehrers Inhalts zuouernemen, dem du dann unbeschwert glauben geben, und darbei dich erzeigen wöllest, wie vnser gnädigst Vertrauen zu dir gereicht, und wir das auch in anderen Begebenheiten zuo uerkhennen ohnuergessen seyn. Pleiben dir damit in gnaden wolgewogen. Datum in vnsrer Statt Dambach den 8. Nouemb. A. 1617.



gae corona. Atuero *Ferdinandus* juncto cum *Saxonibus*, *Boiis*, atque e *Belgio Hispanis* foedere, rebelles in ordinem redacturus, Georgium nostrum per humanissimam sane Epistolam de rerum statu edocet, simulque petit, vt Copiis, quas leuiori, quo fieri posset, statuum imperialium incommodo per anteriorem austriam *Bohemiam* versus deducere statuisset, *per Territorium Weingartense* apertum & liberum iter concedere velit. Ipsam Epistolam manu regia subscriptam sigilloque munitam, quam prae oculis habemus, Lectori integram Communicamus. *)

Nec sane superflua, aut caesarea Majestate indigna haec comitas videri, vel dici potest. Constat enim, quot & quantas Vexationes cum pro Religione

Ferdinand der ander von gottes gnaden König zu Hungarn und Bohaimb Erzherzog zu Oesterreich etc. graue zu tyrol und görtz etc. etc.

Würdiger andächtiger, lieber besonder. Wir zweiflen nicht, Ir werdet das tödtliche Ableiben weilandt des allerdurchleüchtigiften grossmechtigen Fürsten Herrn Matthiä Römischen Kaisers, auch zu Hungarn und Behaimb etc. Königes vnsers gnedigist geliebten Herrn Vettern, und Herrn Vatters Christmildister gedachtnus nunmehr vernomen haben.

Auf Irer M. und L. tödtliches Ableiben, hat sich der Stand im Königreich Böhaimb verändert, und ist die würkliche Regierung desselbigen an Vns vermög der im verschinen sechzehen hundert und Siebenzehenten Johr fürgegangenen Crönung und darbey gelaisten Pflicht erwachsen, vnd haben wir alsbald nach Irer M. und L. tödtlichen Ableiben an die Statthalter und Landofficier ernenten Königreichs solche Schreiben thuen lassen, welche ain Zuuersicht machen, dass sie die Böhaimber gegen vns gehorsamister Schuldigkeit nach sich bequemen, und mehr Ir und Ires Vatterlands ruhe und Friden, dann grössere erweiterung zu begehren gemaint sein werden.

Weil man aber noch nit allerdings versichert, und vns als regierenden König nit rhatsamb sein will, die von obhöchsternent vnserm Herrn Vettern Kaisern Matthiä hochlöblichen gedachtnuss, noch vor derselbigen ableiben vorgehabt, und beraiths auf den Fuss gebrachte Sterkung und Werbungen dergestalt ersitzen zu lassen, und vns bloss zu geben; sonder gemeltes von newem geworbne Kriegsvolkh durch unsre vorder österreichische Erblandt, sovil immer möglich, und mit verschonung, weniger offension und Belaidigung ainiges benachbarten Chur-Fürsten und Stände des Reichs, herunter gegen Böhaimb alsbaldt und ohne Aufhalt führen zu lassen.

Hierum-

one catholica, tum pro domo austriaca conseruanda Imperii status ferre ebuerint. Omnes, & praecipue circuli sueuici Ditiones ab erecta *Liga catolica* milite turgebant; adeo, vt *Georgius Fuggerus Prouinciae Sueuiae Praefus*, perspecta emunctae hujus Plagae impotentia, *Dilingam* ad *Maximilianum Bauariae Ducem* hujus Societatis Archistrategum proficisceretur, praecans, vt, quas diu aluissent Weingartenses, copias alio transferre, aut cum o Exercitu conjungere dignaretur. Quam aegre in haec postulata descendet optimus alias Princeps, ex ejus manifestum fit Litteris. s) *)

Eee 3 Vix

Hierumben so ersuchen wir euch hiemit gnediglich *Ir wöllet in* EURER POTTMAESSIGKEIT *den Pass und Durchzug gutwillig verstatten und zuelassen, und eüch hierinnen vnserm sonderbaren gnedigen Vertrauen nach, willfärig erweisen.* Das sein wir gegen eüch in königlichen gnaden hinwider zu erkennen genaigt. Geben zu Wienn den acht und zwainzigisten Martii Anno etc. Sechzehenhundert und Neünzehenten. Vnserer Reiche, des hungarischen im Ersten, vnd des Böhaimischen Im andern.

FERDINAND. Mppria.

s) *Tom.* 31. *fol.* 601.

*) HochEhrwürdiger, Gaistlicher, nsonders geliebter Herr vnndt Nachpaar, E. E. seyen meine freündtlich- Nachparlich- willige dienst jederzeit zuuohr. Denselben kan Ich zue fernerer Nachrichtung nicht verhalten, dass den Letsten nechst verwichenen Monats Junii Ich zue Dillingen gegen Abend glücklich vnnd wol angelangt vnndt haben selbigen tags Ihre Frl. Dhlt. Herzog Maximilian Herr in Beyern etc. Mein gnädigster Herr der General Musterung des ganzen Beyerischen Lagers zue Günzburg In aigener Person beigewohnt, vnndt nach verrichtung derselben, widerumben nacher dillingen zue dero hoflager aufgebrochen.

Vnndt obwohl volgenden tags Ihrer Frl. Dhlt. Ich mein vorgehabte Werbung vnnderthänigist fürgetragen, vnnd gehorsamst gebethen, dass zue Weingarten vnndt vmbliegenden Orten einquartirte Kriegs volk vnndt Reitterey gnädigst abforderen, vnnd zue dem Beyerischen veldlager stossen zelassen, so hat es doch anfangs eben wenig verfangen, vnnd das ansehen gewinnen wöllen, alls solte sich solchs Kriegsvolckh vnndt Reüterey noch ein gute zeit deren bis dato gehabten quartieren behellfen müessen, mit austrucklichem vermelden, es falle Ir Dhlt. schwer, vnndt bedencklich, die quatier zuuerenndern, vnndt sich dieser Reüterey vnndt Fuesvolkh zu beladen. Als ich aber die ausgestandene Beschwerden vnndt vnsrer Landtsart Vnuermöglichkeit Ihrer dhlt. vmbständtlich zue gemüet gefüihret, Ist endlichen durch



Vix ab hac tempestate liberati, aliam ex alia parte impendere procellam, longe periculosissimam conspexerunt nostri. *Grisones* enim praua consilia moliti, Archiducem adtentum reddiderunt. Quare Tribuno Militum, Domino de *Reittner*, negotium datur, vt Milite populari conuocato in Hoste ageret. Conuenientibus paucos intra dies in *Campo Thisiano* prope *Veldkircham* utriusque Militiae quindecim Vexillis, iisque ad praelium anhelantibus, Grisones cristas posuerunt, missis *Oenipontum* Praetoribus DD. *Wegelin* & *Grenzing*, qui seditionis culpam fassi, omnemque inposterum amicitiam polliciti, Veniam admissi sceleris precarentur. Haec omnia ex Epistola discimus, quam *Joannes Martini* Cancellariae primum nostrae Praefectus, tum Monasterii nostri Monachus 8. Maji anno 1621. ad Abbatem nostrum ex Praefectura *Hofensi* dedit, paucos ante dies ex *Castris Thisianis* redux t).

Verum *Rhaetos* aut vulpem induisse, aut ouem saltem postea in lupum conuertisse, plurimorum hominum sanguis inaudita barbarie profusus intermissa nunquam voce testatur. Victimae namque praeter plerosque de gente Valtelina viros, ceciderunt *Nicolaus Rusca* Archipresbyter *Sondrensis*, & Venerabilis *P. Fidelis* a Mayenfeld Simeringanus Capucinus. Qui quum eo tempore in Familia *Veldkirchensi* existeret, plurimis ex nostris familiariter notus erat. Adseruamus adhuc in Bibliotheca nostra praeter quatuor

durch räthliches zuethuen vnd befürderung des Herrn veldtobriften *Tilli*, *Grafen Hansen von zollern* vnd andere etc. die sach dahin vnd zue dieser gnädigsten erclärung komen, dass sye die Reüterey vnd fuessuolck abforderen, vnd die ordinanz mir zuestellen lassen wöllen, wie ich dann beraitt diesen gnädigsten Befelch empfangen, die quartier von *Weingarten* aus bis nacher *Günzburg* selbsten zuemachen, vndt das Kriegsvolck dahin vndt In das Beyerische veldtläger zu füehren, alda sye Ire assignirte quatier finden werden. vnndt weil Ire dhlt. In erfarung gebracht, dass bei der Reüterey eben schlecht Regiment gehalten werde, haben Sye solches eben so hoch empfunden, vnd dergleichen Excessus fernest nicht zuegestatten ernstlich anbefohlen. Bin also vorhabens, noch heütigen tag. allhie aufzubrechen, vnnd vnnderwegs mit den quatieren die nothwendige Bestellung dergestalt zethuen, damit ich morgigen tag gueter zeit mich zue Weingarten befinde, dem *Duca de Croy* diese zeitung vnd habenden Befelch notificire, vnnd also die Reütterey volgenden Sambstag den aufbruch mache, vnndt wir dieses volcks dermal ainest mit friden vnd ruehe abkhomen etc. raptim dillingen den 2. Julii Anno 1620. des Herrn Nachparen dienstwilliecher allezeit *Görg Fugger* Landtvogt In schwaben. Mpprïa.

t) *Tom.* 32. *fol.* 22.



tuor conciones propria ipsius manu scriptas, Imaginem S. Oswaldo Anglorum Rege & Martyre insignitam, in qua haec calamo exarata leguntur: *Religiosi paterni amoris monimentum, quod in Christo multum dilecto F. J. W.* (id est *Isaaco Werner* conuentuali nostro) *reliquit Reuerendus P. Fidelis Guardianus Capucinorum loci de Veltkirch antequam Jussu Serenissimi Archiducis Leopoldi & Reuerendissimi (Joannis) Episcopi Curiensis in Brettegoium confoederatae Grisoniae concederet, fidem inibi catholicam disseminaturus, pro qua etiam Anno christiano M. DC. XXII. vigesimo quarto Aprilis foelix Martyrium obiit in pago* SEFFLIS (Tusiensi) *finita concione fustibus rebellantium rusticorum indigna nece trucidatus: postquam in summo Doctrinae Honorumque flore viginti annos mundo vixisset, in Religione vero decem in summa vitae austeritate omniumque virtutum perfectione explesset, inter caetera feruentissimo animarum Zelo exaestuans, vt eas suis amore diuino ardentissimis concionibus Christo lucrifaceret. Triumphat nunc in coelis triplici laurea coronatus, votae nimirum Castitatis, Doctoratus, & Martyrii, quarum alteram vtriusque Juris prudentia in Seculo, alteram vero recens Brettegoiensis rebellio tanquam Concionatorii rite administrati muneris stipendium glorioso vertici imposuere.*

Fratrum Germanum habuit P. *Apollinarem* ejusdem ordinis Religiosum; vt ex subjecta alii effigiei subscriptione discimus in haec verba: *Ora pro F. Apollinare Capucino. Frater est Germanus P. Fidelis Capucini etiam, & gloriosae memoriae Martyris Brettegoiensis.*

Abusis igitur data gratia in tam horrenda & immania scelera *Grisonibus*, non potuit *Leopoldus Archidux*, quin inlatas locis subditisque Austriacis injurias igne ferroque vindicaret. Quare datis ad Abbatem nostrum Litteris, ait: Se haut dubitare, quin publico rumore intellexisset, quam iniqua rursus *Grisones* molirentur consilia; vt qui & Heluetorum, & Gallorum etiam ope niterentur. Rogare se ergo, vt annonam in sua ditione pro Exercitu austriaco coëmi, nec deinceps frumenti aliquid ex Sueuia in Heluetiam transuehi pateretur. *)

Nec

*) Leopold von gottes gnaden Erzherzog zu Oesterreich Herzog zu Burgund, Bischoff zu Strasburg und Passaw, administrator der Fürstl. Stifft Murbach und Luders, Landgraff in Elsas, graue zue tyrol.

Ehrsamb geistlich lieber andechtiger gethreuer, Wir stellen in keinen Zweifel Euch werde nunmehr zu vernemen kommen sein, was sich ohnlengsthin abermal

in

 

Nec felicior ex aliis plagis adferebatur Belli fama. Quum enim *Valentinus Schmid a Wellenstein* tribunus Militum, misso cognato suo *Joanne Schmid a W*

in dem Pünthen für vnruhen dergestalt angesponnen, daß dieselbe sich nit allein für sich selbsten mouirt, sonder auch die benachbarte Schweizer, und zumahlen die Cron Frankhreich sich darbey interessirt gemacht, und dahero zu besorgen, dass der Enden leichtlich ein Fewer ausbrechen, welches auch die benachbarte Orth angreiffen, und in Confusion gefahr vnd verderben bringen möchte.

Wann wir vns nun darumb nit allein vmb vnser vnd vnsers hauses selbst eigen als negst confinierenden interesse, sonder auch umb der übrigen benachbarten willen dergestalt angenomben, dass wir die vns angehörige Päss in möglichster disses stellen, vnd darzu die erforderte Nothurft in bereitschafft richten lassen, underanderen aber uns auch mit vnsrem diener Peter Krenkhl Burgern zu Lindaw verglichen, das zu dem intent er ein Anzahl früchten zusammen bringen, und unsern der Enden verordneten Kriegsvolkh an die Hand verschaffen, darüber er als wir vernemben auch bey Euch sich anmelden und ein Anzahl zu erhandlen gemeint sein solle.

Als ist vnser gnädigst gesinnen hiemit, wellet nit weniger vns als dem gemeinen vmb diser Commotion willen in höchster gefahr gesezten Wesen souil zu gutem thuen, und Ime Krenkhl ein anzahl früchten auf erbiettende leidenliche Bezahlungs frücsten verkauffen und ohngeweigert eruolgen, mit dem erbietten, das weil er Krenkhl dieselbe anderst nit als auf angedeites Wesen zuuerwenden von vns Beuelch, wir selbsten die Inspection darüber halten, und Ime das er darmit ordentlich umbgehen und verrechnen, auch die termin zu iren Zeiten unfehlbar bezahlen solle, anleiten und vermögen lassen wöllen. Ein solches wie wir vns von Euch eigentlich versehen, als wellen wir es zu gnädigstem Wolgefallen nemben, auch darmit alle ungebürende vorthel verhüettet, von Euch mit ehistem ein verzeichnuss, was Ihr gefolgt oder verwilliget, erwartten. Vnd verbleiben damit Euch in gnaden wie bißhero wol und beharrlich beygethon. Datum Ensisheimb den 11. Nouembris anno 1624.

P. S. Auch lieber andechtiger. Wir werden bericht, ob aus dem Land Schwaben ein starkhe anzahl früchten nach und nach in die Schweiz geführt, und daraus ohne Zweifel die muttwillige rebellanten vnd Ire Helffer underhalten werden, derenhalb und dieweil Ir vermutlich selbsten erkhennet zu was Nachstand und verhinderung des gemeinen Wolstands dergleichen den widrigen eruolgende Succurs gereichen, haben wir dessen Euch ebenmässig nit ohnerinnert lassen wollen, in gnedigster zuuersicht, Ir werdet *euer an gehörigen orten selbst desshalb gebührende abstel-*

a Wellenstein Centurione, a Georgio suae in locis Weingartensibus supplendae legionis Copiam peteret, inter alia significat, *Ernestum Mansfeldium* (erat is *Petri Ernesti Comitis Mansfeldii* spurius filius) adhuc circa *Hagenoam* commorari; at subjectis jam sibi domus austriacae ibidem Magistratibus, *Treuirim* versus moturum credi. Interea certum esse, Deditionem *Kehlensis* Propugnaculi cum tribus Praesidiariorum millibus 3. Februarii certis sub conditionibus fuisse factam. Date *Laueuburgae* 12. Februarii anno 1622. u).

Tristioris adhuc tenoris est Relatio, quam eodem anno noster P. *Placidus Kessering* de misero *Alsatiae* statu Abbati suo facit, hoc modo differens: *Pax Christi & omnis Salus. Reuerendissime in Christo Pater, Domine obseruandissime. Sollicitudinem Paternitatis vestrae inter Rumores istos, etiam de nobis non vane mihi imaginans, agnosco paternum affectum, & condoleo miseriis. Recte, Deo sint laudes, adhuc nobiscum agitur, non item cum Vicinis Alsatis, qui pessime habent, vniuersis & singulis fere oppidis, pagis, villis etc. a Hagenoua Selestadium vsque (sunt octo circiter milliaria) pessumdatis. Jamjam obsidione cinxerunt* TABERNAS, *sed, vt sperare jubemur, frustra; nam fama fert, quod remittant paulatim, & alio tendant. Nos eramus quidem jam aliquoties non in parvo periculo, & per Superiores quatuordecim dies, proxime elapsos, fere penitus desperaueramus propter metum perruptionis per Rhenum in nostram hancce vallem, & Brisgoiam jam certo & constanter praedicatae. Quare loco etiam pene omnes Cesseramus, & modica pars adhuc extra versatur, proximis tamen diebus reuocanda; siquidem non nihil Seueriorem domi nostrae, quamdiu, vacat. penuriam pati, quam peregre cum aliorum molestia abundare malumus. Deus, vt hactenus, nos & nostra conseruare dignetur. Monasterium Apri* *) *in magno fuit periculo, sed saluum est, non item Altdorffianum, quod combustum dicunt. S. Mauri prope Tabernas praeter alia amisit Priorem, quem captum secum ducunt, ex Alsatia, vt speratum, abiturientes, &, vt opinio est, versus treuirensem Episcopatum tendentes. Quam inhumane & tyrannice egerint, & agunt, non exprimi potest etc. etc. Datae Gengenbaci 16. Julii 1622.*

Qua

abstellung verfiegen, dann Ir leicht zu erachten, ob ein solches *der Röm. Kayl. Mtt. fürkomen, das Sie es zu sonderem Missfallen aufnemben. auch nach gestalten dingen leichtlich zu anderer Andung bewegt werden mechten.*

u) *Tom.* 32. *fol.* 97. *) *Ebersmünster.*

Qua de caufa *Ferdinandus II.* Romanorum electus Imperator edito 5. Decembris anno 1624. Diplomate Profcriptionis poenam in *Mansfeldium* jam olim promulgatam, iterum renouauit, omnesque militum collectiones, atque tranfitus in fauorem *vnionis* feueriffime inhibuit. Datum Viennae. w).

Inter has calamitates publicas non deerant lites priuatae, in quibus decidendis aut componendis Georgius Abbas nofter vel a judice conftitutus vel a Patribus rogatus arbiter fuit. Primam, quam ei vltima Decembris 1593. In hoc genere *Ferdinandus II. Archidux Auftriae* inter *Chriftophorum Dapiferum, Paullum Alber, & Chriftophorum Egen* demandauerat Prouinciam, non vna ratione ductus anno 1594. 5. Februarii deprecari debuit; a) veritus nempe, ne, quam ab aliorum ceruicibus amoueret, fuper Monafterium fuum adduceret tempeftatem. Libentius confenfit preces, quibus ipfe cum D. *Hornfteinio* Collegii Abbatialis Syndico a Balthafare Abbate Rothenfi ad dirimendam inter fe & Abbatem Ochfenhufanum controuerfiam datis 13. Septembris anno 1598. Litteris rogabatur. b) Anno 1602. 20. Octobris litteras a P. *Jacobo Petri* Capitulari *Ottoburano* in hunc tenorem accipit c): *Reuerendiffime in Chrifto Pater, ac Domine Domine. Ex mandato Reuerendi D. mei Abbatis, variis hodie occurrentibus negotiis diftricti, ago Reuerendiffimae Paternitati veftrae gratias maximas pro dato confilio, atque vt eundem in pofterum nobis gratificandi animum paratiffimum habere velit, humillime* rogo. *Nil tentabit pofthac Reuerendiffimus meus in hac Controuerfia, nifi quod a vobis reuifum, veftro quoque calculo approbatum cognouerit. Illud vnum quaerit, quorum potiffimum Doctorum, in hoc Contributionis Negotio, & vtrum aduocati quoque Memingenfis* FARENBILERI, *opera vti poffit, Titulus Cancellarii noftri vna cum perfona propediem mutabitur. Rogat proinde obnixe Reuerendiffimus meus, tantum vt laboris Reuerendiffima Paternitas Veftra noftri caufa fufcipere, & in nominatum mihi Doctorem diligenter inquirere velit. Medium annum, aut etiam amplius haud grauate exfpectabimus, fi fortaffis citius fe non poffet expedire. Quod fi hunc habere non poterimus, tum de fucceffione & fufceptione certus erit is, quem Reuerendiffima Paternitas veftra huic muneri & oneri aptiffimum fore judicabit. Reverfus domum intellexi Munitiones Budam & Peft a noftris captas, quae noua optatiffima curaffem defcribi; fi non putaffem illa jam ad veftras quoque aures perueniffe. Deus optimus Reuerendiffimam Paternitatem veftram Monafterio fuo, nobis, & Ordini, quam diutiffime incolumem conferuet. Ottenpurae etc. etc.*

Hanc

w) *Tom.* 32. *fol.* 202. a) *Tom.* 29. *fol.* 242. 243. & 248. b) *Tom.* 29. *fol.* 500.
c) *Tom.* 30. *fol.* 132.

Hanc Controuersiam & circa rem maximi momenti versatam, & in multos annos protractam fuisse, ex ipsius Abbatis *Alexandri* Litteris cognitum, atque perspectum habemus. Sic enim anno 1604. 24. Julii ad *Julium Prisciacensem* S. J. Presbyterum, tum in Vineis nostris consistentem scribit d): *Nuper ego R. D. Abbatem istic* (in Weingarten) *inuisere ex animo statui, sed rebus sic stantibus, procul excurrere nec possum, nec consultum est, cum in dies & horas Episcopales exspectare debeo, qui acceptis Litteris Imperatoris vna cum meis, nihil hactenus responderunt; interim nos non cessamus pergere in Camera, ac disponere nos ad resistendum conatibus illorum. Eam ob causam difficulter admodum diu carere potero praesentia mei Doctoris Schochneri, quem in causa Syluae Weingartensis contra Rauenspurg R. D. istic Abbas & alii Interessentes his diebus, pro Adjuncto, per Litteras a me postularunt, cum negotium meum & Controuersia non vnam duntaxat syluam, sed omnimodam Monasterii Dionem ac Jurisdictionem concernat, atque adeo bonis Advocatis opus habeam, cum aduersarii sint satis potentes etc etc.* Anno insequenti 19. Decembris ad Georgium nostrum scribens sic loquitur e): *Quantum Consolationis & Gaudii superioribus Diebus ex Relatione P. Prioris mei, tantum moeroris ac Doloris ex Fraris Jacobi accepi. Pergratum mihi fuit audire Tuam Paternitatem vna cum suo Doctore ad futuram amicabilem compositionem cum Reuerendissimo Dillingano velle comparere. Ingratum vero, quod Fr. Jacobo non solum valde odiosa & periculosa prouincia & legatio imposita sit, sed etiam opera & praesentia ipsius, quoniam non minimam habet causae nostrae cognitionem, carere debeam. Nec sunt priuata mea negotia respectu Montis B. Mariae, sed maxime publica concernentia. nimirum totum statum, ac omnimodam jurisdictionem nostri Monasterii, & cum naturaliter a se ipso Charitas incipiat, merito nostra causa alteri praeponenda fuisset. Sed quoniam Nuncio ita visum fuit, oportet cum patientia subportare. Hoc tamen solatur me omnia per Paternitatis tuae praesentiam suppleri posse. Coetera ex vestro Priore.*

Verum Conuentus hosce vel interruptos, vel absque causae Decisione ilapsos fuisse, Epistola, quam idem Abbas ad Abbatem nostrum anno 1608. . Junii dedit, aperte demonstrat. Sic sonat: *Rediens Superioribus Diebus Campidono domum a Benedictione Principis ejusdem loci Paternitatis tuae Litteras offendi, ad quas statim respondissem, nisi Secretarius vester abitum suum maturasset. Controuersia nostra non tantum cum Reuerendissimo D. Episcopo Augustano, verum etiam*

d) *Tom.* 29. *fol.* 223. e) *Tom. eod. fol.* 326.



etiam cum Vicino D. Fuggero non quicuit vmquam, nec quiescet, sed durantibus Comitiis suspensa duntaxat aliquamdiu fuit. Numquam cessauimus nos vrgere negotium per intermedias personas, ex quibus praecipuus fuit D. Roth, qui propter absentiam, quamuis ad ipsum Ratisponam scripserim, nihil proponere, nec efficere potuit apud Reuerendissimum. His autem primum Diebus, nimirum 2. hujus Litteras Dilinga ab ipso accepi, quibus significauit, Reuerendissimum D. Episcopum ad suam instantiam annuisse aliam transactionem pacificam, si eam debita submissione petamus, (vt moris est) instituere velle; quod quidem primo quoque tempore fiet. Faxit Deus, vt res bene succedat, ac tam periculosa & diuturna controversia citra praejudicium Monasterii hujus componatur. Si Dies & locus compositionis nobis praefixus fuerit, non intermittam, quin statim Seuerentiam tuam ejusque Caucellarium D. Eberhardum certiores reddam. f) Verum hanc controuersiam ad annum vsque 1614. durasse, & tum primum per sententiam Camerae Imperialis in Monasterii fauorem decisam fuisse ex domesticis monumentis discimus.

Anno 1606. 23. Augusti *Heinricus Dapifer in Waltpurg* datis *Wolffeggii* Litteris Abbatem nostrum rogat, quatenus Consiliario suo & Syndico Doctori Alberto *Euerhard* die 10. Septembris *Waldseae* comparendi, & coram Arbitris D. *Christophoro Thum a Neuburg Teutonici Ordinis Commendatore*, seu Administratore in *Altshausen*, & Doctore *Mohr a Schwarzenberg* Camerae Oenipontanae consiliario ab Archiduce *Maximiliano* delegatis Causam suam contra Vniuersitatis *Friburgensis* postulata defendendi copiam facere dignetur g).

Anno 1608. Magistratus, ciuesque *Wangenses* se a quadam, qua Monasterio ad *S. Gallum* subjacebant, seruitute liberaturi, Georgium Abbatem nostrum adibant, praecati, vt Conciliatoris, seu, vt vulgo ajunt, Mediatoris in se suscipere officium velit. Justis deesse precibus nec voluit, nec potuit. Quare cum Secretario suo *Joachimo Frey*, & *Joanne Krenckell* Deputato Wangensi ad S. Gallum delatus, rem pro arcta sua cum Abbate *Bernardo* necessitudine eo deduxit, vt negotium proximo anno vtriusque Partis gaudio, & reciproca gratulatione absolueretur. *Wangenses* Abbati nostro Georgio in grati animi signum, Nominis sui Patronum Augustae Vindelicorum ex argento solido, eoque purissimo fusum & perpulcre elaboratum, qui 475. florenis constitit, & inter supellectilem sacram adhuc conseruatur, anno 1610. cum

f) *Tom.* 29. *fol.* 583. & *Tom.* 32. *fol.* 93. g) *Tom.* 30. *fol.* 395.

am gratiis amplissimis obtulerunt h), memoriam accepti Beneficii aeternam olliciti.

Anno 1611. *Maximilianus* Archidux Austriae *Joannem Lindtner* vtriusque uris Doctorem, consiliarium, & Regiminis Oenipontani Cancellarium ad Vineas nostras ablegauit, vt cum Abbate nostro de rebus ad Cameram suam pectantibus conferret, atque consultaret. Datae sunt Litterae propria subscriptione *Oeniponti* vltimo Februarii, anno, quo supra i).

Anno 1625. 19. Julii *Leopoldus* Archidux Austriae, Episcopus Argentiensis &. Passauiensis *Georgium Fuggerum* L. B. a *Kirchberg & Weisenhorn* d Abbatem nostrum in simili causa amandauit. Datae sunt Litterae *Stockchii* Mense & anno, vt supra k).

Tot tamen, & tam diuersi generis negotia, & aerumnae ejus non adeo distrahebant animum, vt aut suae Familiae oblitus, aut disciplinae monastiae incurius vel vnam perdidisse diem deprehenderetur. Inter hos sterilitais annos Vinea nostra Georgio colente ita floruit, vt nedum viros & Pieate & Doctrina insignes, vti Deo dante alibi dicturi sumus, produxerit; sed t Neophytos vndequaque primorum Germaniae Principum Abbatum, Comium, litteris commendatos adtraxerit. Sic *Ferdinandus* Austriae Archidux l) oannis Jacobi *Raittneri* Prouinciae Sueuicae syluarum Praefecti, & *Joannis Christophori Raittneri* Abbatis nostri f. m. fratris filium, & paullo post m) V. *Spreilanzerum* Hieronymi *Stauberi* cubicularii sui priuignum: *Maximiianus* vtriusque Bauariae Dux *Matthaei Schelling* Technophylacii Praeecti filium *Wolffgangum* n), *Wilhelmus* Palatinus Rheni etc. Christophorum *Burchard* Linguarum peritum o), Mauritius ab *Altmanshausen* filium suum *Joannem Andream* p) *Maria Comitissa ab Embs* Familiae suae Curatoris Georgii Luz filium q) *Joannes Jacobus* Episcopus Sebastensis *Isaacum Wernerum*, suum ex sorore Nepotem r) & denique, vt plures alios taceamus, *Leopoldus* Archidux Austriae, Episcopus Argentinensis & Passauiensis etc. etc. *Maximilianum*

Fff 3 *Mesch*

h) *Tom.* 30. *fol.* 644. i) *Tom.* 31. *fol.* 268. *vide etiam fol.* 352. k) *Tom.* 32. *fol.* 230.
l) 10. *Martii* 1593. *Tom.* 29. *fol.* 204. m) *Vltima Augusti* 1593. *ibid. fol.* 230.
n) 20. *Nou.* 1603. *Tom.* 30. *fol.* 198. o) 5. *Nou.* 1606. *ibid. fol.* 410.
p) 2. *August.* 1607. *ibid. fol.* 520. q) 12. *Jan.* 1611. *Tom.* 31. *fol.* 177.
r) 23. *Martii* 1612. *ibid. fol.* 210.



Meſch Hieremiae *Dornſpergeri* Comitatus Prouincialis Nellenburgenſis ſcribae priuignum s) humaniſſimis litteris commendarunt, vt ad ordinem ſuſciperentur.

Interea etiam nemo pro ſuis Fratribus ſollicitior Georgio erat, & in eo praecipue, ne quid, vel minimum etiam temporis ab iis aut negligentius conſumatur, aut leuius negligatur. Et haec ipſa etiam cauſa exſtitit, cur ſequentes Litteras ad Curiam Conſtantienſem 28. Martii 1593. transmitteret: *Cupimus tres Fratres noſtros Diaconos, Dilingae Litteris vacantes Sacerdotio initiari; multis vero incommoditatibus conſuleretur, & minor ſtudiorum jactura fieret, ſi Auguſtae tamquam loco multo viciniori ordinarentur. Oramus igitur R. T. vt hanc facultatem in ſcriptis concedat, qualem & anteceſſor Vicarius ob easdem cauſas aliquoties non grauate elargitus eſt. Fratrum noſtrorum nomina haec ſunt: Joannes Rieber, Albertus Motz, & Andreas Wieland. Parati viciſſim ſumus quocunque officii genere gratificari* t).

Petitionis aequitate motus Epiſcopus ſequentes expediri litteras juſſit: *Andreas miſeratione diuina S. R. E. titulo S. Mariae nouae Diaconi Cardinalis ab Auſtria, Epiſcopus Conſtantienſis etc. Marchio Burgoiae, & Landgrauius Nellenburgi etc. etc. Religioſis nobis in Chriſto dilectis Fratribus Joanni Rieber, Alberto Motz, & Andreae, Wieland, Conuentualibus Monaſterii Vinearum, Diaconis noſtrae Conſtantienſis Dioeceſis ſalutem in Domino.*

Cum ſacrae apoſtolicae conſtitutiones ſub poenis maximis prohibeant, ne quisquam Epiſcopus in eum, qui ad ipſius Dioeceſin non pertinet, ordinem vllum ſine permiſſione proprii Epiſcopi conferat, vos vero loci longinquitas inter nos & Dilingam domicilium ſtudiorum veſtrorum interjecta impediat, quo minus ad Cathedralem Eccleſiam noſtram ad recipiendum ſacrum Presbyteratus ordinem proficiſci poſſitis; Nos interceſſione veſtri Superioris commoti, permittimus auctoritate ordinaria noſtra, vt ab Epiſcopo Auguſtano vel ejus Suffraganeo a Domino ſanctiſſimo noſtro officium rite conſecutis ſacrum Presbyteratus ordinem praefinito a jure tempore recipere, & vſum ordinum in Eccleſia ſubire poſſitis, ſic tamen, vt Reuerendi Domini Patres Societatis Jeſu, qui Dilingae Theologicis ſtudiis praefecti ſunt, & quorum conſcientiis rem totam permittimus, propter Doctrinam, vitam, & mores idoneos vos ad Presbyteratus ordinem ſuſcipiendum exiſtiment, idque ſcripto, quod Epiſcopo ciuitatis iſtius exhibebitis, teſtentur, & praeterea canonicum Impedimentum nullum obſtet,

s) [illegible] Martii 1620. *fol.* 579. t) *Tom.* 29. *fol.* 247.

ftet, omniaque rite fiant, in quo conscientiam ordinariam grauamus; ad eam igitur rem testantam Litteras istas a generali Vicario nostro subscriptas, communiri signo Pontificali nostro jussimus. Datum Constantiae in Aula siue Palatio nostro Episcopali. Anno Domini millesimo quingentesimo, nonagesimo tertio, die vero secunda Mensis Aprilis Indict. 6. Nomine Adm. Reuerendi Domini Vicarii Generalis Pistorii etc. Joannes Jacobus Mirgl, & Joannes Missenhart Notarius u).

Interim Abbati nostro non tam sui, quam Pontificis summi causa non nihil cum Episcopo *Constantiensi* litigandum fuit.

Jam supra sub Abbate nostro *Joanne ab Essendorff* diximus, *Albertum Comitem de Werdenberg* & Dominum Castri *ad Montem sanctum* vulgo *Heiligenberg* ad finem seculi decimi quarti Ecclesiam Parochialem in *Bettenbrunnen* in Collegiatam euexisse, Abbatemque nostrum a Bonifacio IX. summo Pontifice Commissarium sacrae sedis constitutum fuisse. Quae quidem Ecclesia hucusque ab anno nempe Erectionis 1399. ad annum vsque 1592. in quieta possessione Exemtionis a Jurisdictione Ordinarii permansit, ita vt ab omnibus pro exemta fuerit habita, & credita, nemine minimum repugnante, nec ipsis *Episcopis* Constantiensibus (quorum non nemo 20. numerat) contradicentibus.

Abbates interim Weingartenses, tamquam Delegati seu Commissarii Apostolici, & Conseruatores ac Judices perpetui in *Bettenbrunnen* 10. numerantur, qui omnes pro talibus respectu dictae Ecclesiae semper fuerunt agniti.

Comites autem, eo annorum spatio sibi succedentes in *Monte sancto*, sex reperiuntur: quorum primi duo de *Werdenberg*, reliqui vel de *Fürstenberg*, *Heiligenberg* (prout nempe Jus haereditarium & Agnationis deuoluebatur)— se dici & scribi fecerunt, omnes qua *Patroni* dictae Collegiatae. *Praepositi* denique recto ordine inuicem subsequentes, fuerunt 14. Verum annus 1592. pacificae possessioni Exemtionis hujus Ecclesiae Collegiatae primo bellum mouere visus est. Siquidem 29. Nouembris Illustrissimus Comes *Joachimus de Fürstenberg* Reuerendissimo Domino *Georgio* Abbati Weingartensi litteris per *Praepositum* transmissis insinuauit, indictam esse a *Vicario Constantiensi* Generalem Ecclesiarum in Dioecesi Visitationem, proin ob metum, ne etiam in isthac Ecclesia *Collegiata* visitatio adtentetur, se rogare, vt Dominus Abbas eandem in suis priuilegiis & statutis tueri contra Visitationis Actum, & juxta officii & Commissionis suae exigentiam, efficaciter manutenere non intermittat.

Ad

u) *Tom.* 30. *fol.* 640.



Ad repetitam instantiam respondit Abbas Comiti, consultum esse, ipse Comes procuraret suam Commissionem Apostolicam, a S. P. tunc temporis *Clemente VIII.* confirmari. *Consilium Tridentinum* multis antiquis privilegiis derogare, & in dubium vocari posse, num in omnibus illa Praepositura ab Ordinario reuera sit exemta? praesertim in iis, quae *Curam Animarum &* Correctionem delinquentium concernunt.

Placuit hoc Consilium adeo Domino Comiti, vt se vltro obtulerit suas ad Cardinalem *Madrutium* cum Domini Abbatis litteris jungere pro Confirmatione Commissionis Apostolicae in vrbe procuranda.

Reuerendissimo Abbati *Georgio* consultius visum est prius famosi cujusdam Theologi Dilingani (R. P. *Julius Priscianensis* S. J. ille erat) mentem ac sententiam per Litteras experiri, in quibus vna cum transmissis Copiis Bullae Pontificiae & Instrumenti Insinuationis, ad 4. puncta dictam Exemtionem concernentia, sibi responderi petit. Pro majori rei declaratione ipsas Litteras hic verbatim annectere lubet, & sunt quae sequuntur.

Pax Christi.

Reuerende in Christo & Carissime Pater.

„Harum Latorem ad Paternitatem tuam ideo mitto, vt audiam Consilium ejus in quaestione quae sequitur: ante annos 193. Comes quidam a Fürstenberg siue Werdenberg Pontificio indulto impetrauit, vt Parochialis Ecclesia in Bettenbrunnen, Monti sancto adhuc hodie vicina, transferretur in collegiatam.

„Delegata tunc erat potestas vni ex Antecessoribus meis, qui Auctoritate Pontificia praescriptas a Comite pro futura Collegiata Ordinationes, quatenus aequitati non repugnarent, confirmaret. Quae omnia patent ex Copiis Fundationis, quas mitto. Inter Ordinationes illas a Comite praescriptas vna est, vt Confirmatio Praepositi Ecclesiae illius, non ab Episcopo, sed ab *Abbate Weingartensi* & Successoribus peteretur; quod factum est repetitis vicibus in hodiernum vsque diem.

„Modernus Praepositus ab Antecessore meo immediato, me praesente, examinatus primo, deinde facta professione fidei, & praestito Juramento, confirmatus est, juxta tenorem Inuestiturae, cujus copias similiter mitto.

„A to-

„A toto Fundationis tempore haec Collegiata Ecclesia pro exemta ha„bita est, vt Documentum nullum sit, vnde subjectionem Ordinarius probare „possit, ipsomet hoc idem fatente Pistorio, qui modernum illius Ecclesiae, „Praepositum, vt etiam Canonicos visitare vult, & Confirmationem ab Ordi„nario petendam esse contendit.

„Misit ad me D. Comes *Joachimus* me requirens, vt tanquam Commis„sarius Pontificius Ecclesiam illam contra Ordinarium defendendam susci„piam. Respondi, vt Comes curet commissionem meam a moderno Pontifice „confirmari; Concilium Tridentinum multis antiquis priuilegiis derogare, du„bitari posse, an in omnibus illa Praepositura ab Ordinario exemta sit, prae„sertim in iis, quae pertinent ad Curam animarum, & correctionem delicto„rum. Non displicet Comiti hoc meum Consilium, qui secundo misit orans, „vt cum suis Litteris & meas ad Cardinalem Madrutium adjungam, quem „tanquam Cognatum suum sollicitatorem exorare velit, vt in vrbe confirma„tionem procuret. Non potui hanc petitionem Comiti denegare, volui ta„men prius Paternitatis tuae audire sententiam.

„*Primo.* An putet, exemtam esse hanc Ecclesiam? esse probatur? quia „Pontifex jussit Comitis olim illius Fundatoris ordinationes confirmari, inter „quas vna est, vt Propositus ab Abbate Weingartensi perpetuo inuestiatur, „quod hactenus continuatum est. Neque Exemtionis ignorantiam praeten„dere potest ordinarius.

„Nam Abbas primus Commissarius, Bullam Pontificiam & ordinatio„nes illas Episcopo tunc per Notarium insinuauit, quod clare patet ex Ori„ginali & iisdem Copiis, quarum superius facta mentio etc.

„*Secundo:* Quaero, an etiam consequenter in aliis exemta sit, vt circa „Curam Animarum, administrationem Sacramentorum, & circa visitationem „Ecclesiae. Hactenus Praepositi illius Ecclesiae, qui simul Parochi sunt, ab „Abbate Weingartensi adprobati, non obstante ordinario, Sacramenta admi„nistrarunt. Eodem modo & Canonici, non obstante Ordinario, Sacramen„torum administrationem exercuerunt. Imo & alius quidam, qui Vicarius „est in Parochia huic Ecclesiae Collegiatae incorporata, in omnibus aeque „ac ipse Praepositus & Canonici exemtus habitus est. Huic tamen Exem„tioni obstare videtur Concilium Tridentinum *). Deinde in ipsis Ordinatio„nibus

*) *En virum* Canonum *nedum scientia praeditum, sed & obseruantissimum.*



„nibus habetur, vt si *enormiter* Praepositus seu Canonici delinquant, ab Or„dinario puniantur.

„*Tertio*: Quaero, quid putet tua Paternitas mihi ad Cardinalem Ma„drutium scribendum, an solum pro Consilio an ad Comitis Joachimi instan„tiam me scribere, an adtingendum simul esse in Litteris quid mihi videa„tur: an nude petenda Fundationis & Commissionis meae Confirmatio, prae„supponendo Ecclesiam illam in omnibus seu ex Fundatione, seu Praescriptio„ne exemtam esse? an Paternitas tua aegre mihi gratificetur, si illam ve„lim pro me formare Litteras, hinc ad Cardinalem Madrutium mittendas? „vereor enim vt impingam *).

„Harum Lator exspectabit donec eum Paternitas tua expediat, vt pro„terea, si gratificari mihi libeat, commode id possit.

„*Quarto*: Quaero, quid Pistorio ad me ob hanc Litem propediem ven„turo resondendum, an suspendendum responsum, donec Illustrissimus Ma„drutius rescripserit, quem spero clare responsuram, vt & Comes Joachi„mus adquiescere postea debeat, & ego etiam scrupulis meis liberabar etc. „valeat in Christo. 22. Decembr. Anno 1592.

Filius in Christo

F. GEORGIUS, *Abbas Weingartensis.*

Respondit ad praemissa R. P. *Julius* per litteras de dato 28. Decembr. 1592. quae erant sequentis tenoris.

Pax Christi

Admodum Reuerende in Christo Pater, ac Domine.

„Legi & quidem saepius, Quaestiones vestras, remque totam post ali„quod studium cum aliis duobus Theologis communicaui, ad ea vero haec „occurrunt.

„*Primo:*

*) *A quo vero metu liberi erant Jesuitae.*

„*Primo:* Quaestiones hae ad Jurisperitos potius spectant, quam ad „Theologos, cum de Juribus & Confirmantis potestate praecipue aga„tur. Quare eos quoque audire non erit inutile. Secundo ex Copiis nihil „omnino concluditur, ne probabiliter quidem eam Ecclesiam esse exem„tam: 1. diserte in Litteris Fundationis vel Erectionis Ecclesiarum exem„tarum poni solet Exemtio: 2. solent adferri causae Exemtionis, vt Sin„gularia merita Fundatorum, vel Incolarum, vel Ordinis etc., hic nihil „tale. 3. Concubinatus dicitur puniendus ab Ordinario, quod in Exemtis „Locum non habet, saltem ante Concilium.

„*Secundo:* Ex Jurisperitis & praxi aliqua probata etiam in Tribunali„bus videndum esset, an Exemtio possit introduci quadam praescriptione & „Conniuentia Ordinarii? si hoc probari potest (quod haud scio) haberi „posset illa Ecclesia pro Exemta, sed tunc deberet constare cujus sit eam „visitare, defectus Praepositi & aliorum corrigere etc. Si Abbates Weingar„tenses nunquam hoc fecerunt, certe eorum non erit. Adfirmare esse sum„mi Pontificis est difficile, cum etiam nullum exemplum exstet Visitationis „illius Ecclesiae per Pontificem.

„*Tertio:* Quoad Curam Animarum omnino videtur esse subjecta Ordina„rio, ex Concilio saepe, maxime vero Sess. 25. C. 11. de Regularibus. Ne„que potest dici Abbas Weingartensis in eum locum exercere Jurisdictionem „Episcopalem; tum quia nullam temporalem ibi habet, tum quia nullam „defacto in Parochos exercuit, quod vtrumque in suas Parochias habet Ab„bas S. Galli. Quare omnino tam Praepositus quam Canonici quam ille „Vicarius seu Parochus alius, potestatem administrandi Sacramenta accipere „debet ab Ordinario. Ante Concilium tamen fateor, per Bullam illam Bo„nifacii Licuisse Praeposito ab Abbate inuestito Sacramenta administrare vt „Parocho, non tamen videtur quo Jure idem Canonicis & Vicario liceat, „aut licuerit, cum hoc non sit in Bulla.

„*Quarto:* Certum est Confirmationem Praepositi formaliter accepti, vt „*Praepositus est*, non debere ab Ordinario, sed ab Abbate accipi: huic enim „Juri nullo modo derogat Concilium, sed potius verum Jus patronatus, qua„le est hoc, confirmat, & retinendum docet Sess. 25. c. 9. de reformat: „Quare vim hic faceret vobis Pistorius? cujus tantum est confirmare seu



„potius adprobare Praepositum vel alium, vt Confessiones audire ac Sacra-
„menta ad ministrare possit. Neque in aliis eam Ecclesiam, quae exemta
„praesumitur, visitare potest.

„*Quinto:* reuera nihil esset, scribendum ad Cardinalem Madrutium, cum
„Nihil possit probari, eam Ecclesiam esse Exemtam: neque sit opus vere
„confirmare vestram Commissionem, cui non derogat Concilium. Petere ve-
„ro vt neque in Sacramentorum administratione recognoscatur Ordinarius,
„res est parum modesta, & aperte contra Concilium, quam Pontifex vix
„concedet, cum vix possit adferri praegnans causa ejus Exemtionis. Quia
„tamen ita rogat Comes, & fortasse expedit eam Ecclesiam conseruare vt
„exemtam (excepta Sacramentorum administratione) duo possent e Cardi-
„nale, peti, quae expressi separatim in litteris ad illum.

„*Sexto:* Pistorio respondendum, esse apertum Jus tuum confirmandi;
„Praepositum perpetua praxi confirmatum. Exemtionem illius Ecclesiae
„praescriptione inductam, Ordinario saltem non reclamante. Eam Ecclesiam
„ex communi Jure, vt exemtam probato vsu, visitare illum non posse, ne-
„que Comitem permissurum, cum jam super ea re ad Cardinalem Madru-
„tium scripserit etc.: Frustra & male laborari vbi nullus fructus sequitur etc.
„Si administrationem Sacramentorum vrgeat, dicendum ex Concilio verum
„id esse, sed neque post Synodum postremam Constantiensem quidquam in
„ea Ecclesia immutatum. Si Concilium est in praxi in hac re, quare non in
„aliis? cum tamen in paucissimis seruetur *). Ad cauendos tamen scru-
„pulos omnino expedit Confessarios & Concionatores ejus Ecclesiae & alte-
„rius Parochiae ab Ordinario adprobari.

„*Septimo;* In Litteris ad Cardinalem paucis putaui esse petendam
„Confirmationem libertatis seu Exemtionem illius Ecclesiae. Quod multa
„sequantur inde satis intricata. Quis enim deberet esse Ordinarius, illius
„Loci Visitator? quis Judex & Punitor delictorum? quis adprobator Con-
„fessariorum? etc. propterea generalibus duntaxat verbis sum vsus ne-
„que heic offendi potest. Pistorio diserte renuntia te Juri tuo & probato
„vt aliquid detrahatur, minime passurum. Remitto Quaestiones vestras, vt
„videas ac scribas, an ad rogata responderim & satisfecerim. Vale & pro
„me ora. 28. Decembr. 1592.

Sequun-

*) *Quis prohibebat?*

Sequuntur mox etiam litterae a Reuerendiſſimo Domino Abbate *Georgio* ad Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Madrutium anno 1593. in ſubjuncta formula ſcriptae:

Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime Princeps!

„ Eſt in ditione Vicini noſtri Illuſtris Comitis Domini Joachimi prope Caſtrum „Santi Montis Eccleſia quaedam Collegiata ſub Patrocinio Beatiſſimae Virginis „& S. Sebaſtiani Martyris in Bettenbrunnen. Cujus Loci Praepoſitum per annos „ducentos ſemper confirmarunt & inſtituerunt Deceſſores mei Abbates Weingar„tenſes, & quidem ex Apoſtolica Conceſſione, vt adparet ex Copiis quae mit„tuntur. Ea occaſione Eccleſia illa haſtenus ſemper habita eſt pro Exemta; ne„que vllum eſt Exemplum vel memoria, per Ordinarium aliquando eum Locum „vel Perſonas ejus fuiſſe viſitatas, correctas, adprobatas. Sed nullo hactenus „reclamante & Cultum Diuinum, & Sacramentorum adminiſtrationem (eſt „enim ſimul Parochia) libere ejus loci ſacerdotes exercuerunt. Nunc vero „Reuerendiſſimi noſtri Ordinarii Conſtantienſis Vicarius & Eccleſiam illam „viſitare, & Praepoſitum illum ab Ordinario confirmandum eſſe contendit. „Et quidem poſterius hoc, cum diſerte cum noſtro Jure a ſede Apoſtolica „huic Monaſterio conceſſo (cui numquam ſacrum Concilium Tridentinum „derogaſſe videtur) pugnet, id ferre vix poſſumus. Vt propterea ad Illu„ſtriſſimam Dominationem Veſtram confugiendum cenſuerimus. Eam rogan„tes vt tam vetus hoc, & numquam interruptum Monaſterii noſtri Jus in „confirmando Praepoſito Bettenbrunnenſi, quam Eccleſiae illius hactenus re„ceptam ac probatam libertatem. Summi Pontificis noua confirmatione ro„borari curet. Speramus vero ex hac noua liberalitate, atque in nos, Do„minum Comitem, locumque illum benignitate, neque vllum incommodum „in Diuino Cultu ſecuturum, & nos nouo beneficio deuinctos, quibus vi„ciſſim poſſumus Officiis, gratiam iſtam compenſaturos. Illuſtriſſimam Do„minationem Veſtram bene valere optamus, eique annum feliciſſimum a Deo „optimo Maximo precamur. Datum in Weingartenſi noſtro Monaſterio 6ta „Januar. anno 1593.

Illuſtriſſimae D. V.

Voluntati paratus *).

 Interea

*) *Hodie nulla hac in re Controuerſia. Celſiſſimus ordinarius confirmat* Parochum *Abbas Weingartenſis* Praepoſitum.



Interea sub praefato Domino Georgio Abbate Praepositura iterum vacare coepit per obitum Domini *Martini Klob*, in cujus locum per postulationem substitutus est Dominus *Mathias Greiner* Parochus in *Röhrennbach*, qui praesentatus a Domino *Friderico Comite in Fürstenberg* & Canonicis, a Reuerendissimo Abbate Georgio in Vineis praestito prius fidelitatis & obedientiae Juramento, injunctaque sibi Cura animarum & regimine subditorum (juxta morem hactenus consuetum) Auctoritate Apostolica confirmatus est et installatus per Linzgouiensem Decanum. 26. Januar. anno 1612.

Mortuus est interea Vicarius Generalis Episcopi Constantiensis, cujus mortem Abbas noster ex subjectis Episcopi Sebastensis Litteris accepit u): „Mortem Reuerendissimi Domini Pistorii sine Dubio jam intellexit. Viuat „Deo! Heri cum ex Visitatione heluetica totus lassus redii, vocor ab hae„redibus instanter & instantissime ad tricessimum, qui Friburgi 18. hujus ce„lebrabitur. Atque inter reliqua scribit primogenitus: Ich bitt, mich zu be„richten, was der H. Abbt von Weingarten der Bibliothek wegen gesinnet „ist etc. Cum igitur amor, qui semper fuit mutuus exigat, vt officio fidelis „amici non desim, statui (Deo optimo maximo sic volente) tricesimo praesto „esse. Me etiam non latet vltima voluntas Domini Pistorii *) de Bibliotheca „tam rara, vt scilicet Reuerendissimae Paternitatis vestrae monasterio certis „& justis conditionibus adunetur. Meum fuit ea, qua teneor grata animi „significatione, & haec significare, & studia ac officia, quae semper erunt „fidelissima erga R. P. V. ac Monasterium (judico enim occasionem esse „commodissimam finiendi hoc negotium) offerre, vti sincere oblata esse volo, „ac si placet ex suis adjungere vnum vel alterum, ero fidelissimus Comes, „ac, vt ita dicam, Procurator. Nepotis mei negotium **) certe mihi curae „est, sed non minus inique fero affinis moram. Hunc excuso, illum, quam „possum, maxime commendo Valeat. Raptim Constantiae 12. Julii anno „1608. Joannes Jacobus Episcopus Sebastensis Suffraganeus.

Sequenti anno, 24. Januarii Georgius Abbas noster ab *Hieronymo Comite de Porcia* & Episcopo Adriae has accepit Litteras w): „Occasione nuptia„rum

u) *Tom.* 30. *fol.* 604.

*) *De Bibliotheca vide supra.*

**) Isaaci Werneri *nempe, de quo paullo ante.*

w) *Tom.* 31. *fol.* 16.

„rum inter Sereniſſimam Mariam Magdalenam Archiduciſſam Auſtriae, & „Sereniſſimum Coſmum magnum Etruriae Principem, hic Florentiae apud „eosdem Sereniſſimos per aliquot ſeptimanas detentus ſum, quo temporis „ſpatio a praecipuo Domino fui rogatus, vt authoritate alicujus praecipui viri „vellem procurare ex Sueuia mitti in Italiam duodecim familias, hoc eſt, „Maritum & Vxorem, & quae ſcirent trahere filum, & texere ex lino, mo„re Sueuico: & cum mihi ſit valde nota authoritas, qua pollet Reuerendiſ„ſima Dominatio veſtra in iſtis partibus, viſum eſt hac de re ad eandem „ſcribere, vt ipſius fauore ageret de talibus hominibus in Etruriam mitten„dis, quod illis etiam vtile, & valde commodum futurum eſſe his pollicen„tur, nam vltra mercedem laboris ſui haberent habitationes ſatis commodas, „& victum ſatis honeſto, immo vili pretio comparandam. Quod etiam „mihi maxime eſſet carum, praeſertim cum notum ſit hoc etiam Sereniſſi„mo Magno Duci ad beneplacitum fore. Qua de re ſi Reuerendiſſima Do„minatio veſtra haberet aliquid, quod ad me ſcribere vellet, poſſet Lit„teras mittere ad Dominum Paulum de Taxis Oeniponti Poſtarum Prae„fectum, qui eas mihi ſecure & diligenter mitti curabit. Valeat feliciter „Reuerendiſſima Dominatio veſtra, cui officia mea prompta ſemper, & pa„rata defero, & me ipſius precibus ex animo commendo. Datum Flo„rentiae.

Ad quas in hunc ſane modum reſpondit *Georgius* a): „Tardius reſcribo „ad Litteras Illuſtriſſimae Celſitudinis veſtrae in Menſe Januario ad me datas, „quod ideo fit, quia hactenus omnem diligentiam adhibui, resque haec mo„ram aliquam poſtulauit, vt inuenirem familias & homines in Sueuia noſtra, „quales Illuſtriſſima Celſitudo veſtra in Hetruriam venire vellet, qui ſcirent „filia trahere, & texere more Sueuico. Occaſionem me ſperabam eſſe „nactum, & gaudebam, quod Celſitudini veſtrae ita inſeruire poſſem, ſed „dum inquiro, & per amicos inquiri curo, certe tales non inuenio, quales „petuntur. Neque enim iſte texendi modus, hic ad lacum Podamicum, vel „etiam in vicinia hic noſtra eſt in vſu: verſus Vlmam & Wirtenbergiam „omnia quaſi loca ſunt haereſi infecta, vt vel homines illi non cupiant ad „catholicos emigrare, vel ſaltem non reciperentur, neque etiam vlli, inuito „Magiſtratu ſuo, abire liceret. Alia igitur tentanda via, ſiue in Bauaria, „ſiue in Marchionatu Burgowienſi, vel in illis locis catholicis. Ego alias „plus

a) *Tom.* 31. *fol.* 27.



„plus quam libenter inseruire hac in re voluissem, meamque operam prae„stitissem, ac doleo deesse occasionem. De reliquo nostrarum germanicarum „rerum statu parum boni (proh dolor) habeo, quod scribam. Non dubi„to, quin hae nostrae miseriae jam antea Illustrissimae Celsitudini vestrae „sint notae. Deus meliora!

O vtinam contingeret mihi Illustrissimam Celsitudinem vestram adhuc se„mel ante mortem meam in nostra Germania videre, ac manus ejus deo„sculari. Domi me meae non continerem, quocumque tandem mihi pro„proficiscendum esset, donec ad eam venirem, & si possibile esset eandem „huc mecum adducerem, vt fructus videret, quos optimus noster Pater Ju„lius bonae memoriae olim seminauit. Praecor Illustrissimae Celsitudini ve„strae omnem tam corporis, quam animi salutem, eamque, rogo, vt „more solito me commendatum sibi habeat. Ex Weingartensi Monasterio „22. Aprilis Anno 1609.

Sequenti anno 1610. 9. Julii *Jacobus* Abbas *Petershusanus* ad Abbatem nostrum in hunc tenorem scripsit b): *Petiit Reuerenda Paternitas vestra sibi communicari, si quid forsan certi de rebus helueticis inaudierim; Lubens parebo, ideoque quas hodierna luce a nobili Viro Joanne Wernero a Reischach ab Hohenstofflen etc. ex Frauenfeld ad ipsum datas, mihi autem communicatas, Litteras, vt sonant de verbo ad verbum subscribam:* Edler vester etc. sei mein vnderthenig gruss vnd dienst. demnach hat E. G. zuvernemen, dass nechtiges abends H. vetter Landtaman, auch H. stattschreiber wiederum von Lucern ankhomen, verhoff die sach werde sich, zu dem Besten begeben, Vrsach deren: die 12. Orth haltend zusamen vnd seind gestracks wider die zürcher alle gemain vnd vnverschaidenlich, dess sie die Bündnuss, so ynder Ihnen gemacht, nicht wellend brechen, sondern dieselbige steiff halten, vnd Widerstand den zürcheren veberall. Ist aller Oertter Befelch vnd mainung den herren Bodegaua den Praedicanten zu Machnang, den Praedicanten zu Orwangen, die ganze Gemeind Machnang auff Monderigen abends gehn Baden zu verkhinden. Verhoff dieweil die vbrige 7. Orth zu den 5. katholischen gefallen, vnd sei ihr endliche mainung vnd Vorhaben solliche rebellische vnd meineidige Leütt abzustraffen. Diss hab Ich E. G. zu gutem trost nicht khöndten vnderlassen zu berichten. Datum den 6. Julii anno 1610. Lienhart Rieple zu Frauenfeldt. Mppria.

Hunc

b) *Tom.* 31. *fol.* 105.

Haec series est istarum Litterarum, quibus fidem adhibendam puto, donec dies se rem clarius edocuerit. Deus vertat omnia in decrementum aduersae partis, & crementum Ecclesiae suae sanctae amen.

Interim Abbas noster variis, vt vidimus, laboribus atque aerumnis fractus, auissimo corripi Morbo coepit, a quo tamen communi omnium gaudio eui eluctatus, festiuis undequaque gratulationibus honorabatur inter alios ad eum scripsit *Joannes Jacobus* Episcopus Sebastensis: „Gratulor & gaudeo ex animo tempus curandae valetudinis & finitum, & foeliciter colocatum (ita R. P. Balthasar *) heri retulit) faxit Deus optimus maximus, rt conducat ad multos annos. Illustrissimo & Reuerendissimo D. Episcopo tc. quae nuper in negotio Monasterii S. Petri peracta vltro citroque fuee, fideliter retuli. Jam ex Consilio Reuerendissimae Paternitatis vestrae ad rimum diem Augusti indicta est dies pro rationibus quo ad temporalia etc. k si nidum habuerimus, Deus per Reuerendissimam Paternitatem vestram iobis etiam prouidebit de Aquila. Valeat. Datae Constantiae 19. Junii inno 1611.. c).

Anno 1614. has a Paullo Papa V. accepit Litteras: „Dilecte Fili salutem t apostolicam Benedictionem. Tuis in nos & apostolicam sedem Fidei & Deuotionis meritis inducimur, vt votis tuis, quantum cum Domino possumus, libenter annuamus. Supplicationibus itaque tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Tibi vt duodecim viros catholicos, & alias habiles, t idoneos in Notarios, seu Tabelliones publicos, recepto prius ab eis in orma solita juramento auctoritate nostra apostolica facere, & creare possis, psique Notarii, seu Tabelliones per te, vt praefatur, facti & creati Nota atus, seu Tabellionatus officium exercere valeant, dicta auctoritate teore praesentium facultatem concedimus, & impertimur. Non obstantibus onstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quiiscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XVI. Aprilis M. D. C XIIII. Pontificatus nostri anno nono. S. Cobellus. Ex creatis vero a Georgio nostro Notariis sex sequentes erant.

Anno

*) *Frater Germanus Reuerendissimi, & sacerdos S. J.*

c) *Tom.* 31. *fol.* 194.



Anno 1615. 10. Martii D. *Christophorus Bitterlin* officialis *Zwifuldensis*, oriundus ex Pago Marchthal prope monasterium ejusdem nominis. Anno 1616. 16. Martii D. *Nicolaus Walser* Ecclesiae S. Mariae Rauenspurgi Parochus, ac capituli ruralis ibidem Decanus. 1621. 1. Junii D. *Jonnnes Pfender* Episcopalis Curiae constantiensis Commissarius, & *Scholae Wolffegensis* Moderator. Anno 1623. 20. Septembris D. *Georgius Krenckel* oriundus ex Pago Altdorff. Eodem anno 6. Nouembris D. *Laurentius Füeger* Artium & Philosophiae Magister ex oppido Waldseensi, & anno denique 1625. 20. Decembris D. *Jacobus Haimb de Waldertshofen* substitutus Cancellariae Prouinciae in sueuia Altdorffii d).

Anno 1619. 16. Decembris *Placidus* Abbas Brigantinus Georgium no„strum his precibus adiit: „Scit sua Reuerendissima Paternitas, quantis „in periculis fluminum & aliarum rerum constituti (proh dolor) simus, qui„bus subleuandis, non nisi auctoritas Serenissimi Archiducis nostri sufficiet.

„Ideo rogo submisse Reuerendissimam Paternitatem vestram ab ea mihi „tantam gratiam concedi, & significari, quo die praedictus Serenissimus ad „Reuerendissimam Paternitatem vestram sit venturus, vt me humiliter, cum „R. P. V. consilio & auxilio praesentem etc. e). Anno mox sequenti 10. Septembris aliae ab eodem Abbate veniebant Litterae in hunc tenorem: „Quia Serenissimus noster Archidux ad futurum diem Sabbathi ad „Brigantinos lares pro certo dicitur venturus: ideo supplex oro, quatenus „Reuerendissima vestra Paternitas mihi tantam gratiam exhibere velit, & „Dominum Doctorem Euerhardum ad Monasterium meum dimittere (vt „mihi coram gratiose concessit) ad praedictum diem. Quia sic spero rem „omnem ad felicem finem deducendum. Quam gratiam licet non possim „operibus, tamen precibus conabor compensare sedulo. Commendo igitur „me & meum Conuentum Reuerendissimae Paternitati vestrae etc. f)

Eodem anno 1620. 30. Martii Abbas noster Georgius etiam a *Caspare Scioppio*, viro illo famosissimo, qui subsequentibus annis multo tempore apud nos diuersatus, egregius ordinum monasticorum cum P. *Romano Hay* Ochsenhusano contra Jesuitas Defensor exstitit, Litteras accepit in hanc sententiam scriptas: „Mitto Reuerendissimae Dominationi vestrae Exemplar stemmatis

d) *Tom.* 31. *fol.* 392. e) *Ibid. fol.* 561. f) *Ibid. fol.* 607.

„matis Gonzagici a me nuper editi, quod sit pignus meae perpetuae erga „ipsum obseruantiae, grataeque pro multis ejus officiis voluntatis. Simul „autem peramanter eam rogo, vt si quid apud vos certi habetur de origine „Welfonum, mecum, quam primum fieri potest, communicandum curet. „Nam ea res mihi ad Origines Gonzagicas recte contexendas per erit opor- „tuna. Omnes enim Recentiores Historici *Estensem* Familiam, ex qua Fran- „ciscus *Gonzaga Mantuae Marchio* Vxorem duxerat, & *Welfones* ab eodem „Patre *Azone* deducunt, quem Azonem Hugonis Tusciae Marchionis filium & „Estae Marchionem fuisse sine vllo veterum scriptorum testimonio affirmant. „Scribunt etiam Welfonem filium Azonis & Cunizae Bauarae condidisse Mo- „nasterium Raitenbuchii ad Ambronem lacum, & Albertum Priorem vestri „Weingartensis Monasterii vitam *S. Beatricis Estensis*, monachae in Monte „*Gemula*, conscripisse. Itaque facile, opinor, Reuerendissimam Dominatio- „nem vestram in sui Monasterii monumentis, siue apud Raitenbuchium ali- „quid inuenerit, quod ad rem faciat, & de Azone illo, Welfonis Patre, „quem ille Patrem habuerit, & vbinam Marchio fuerit, explorato nos do- „ceat. Hoc summi beneficii loco numeraturum, & praedicaturum me pro- „fiteor, ac Reuerendissimae Dominationi vestrae diuturnam incolumitatem & „vegetam senectutem precor. Mantuae, vbi Serenissimi Ducis, a quo Eccle- „siasticam mille scutatorum pensionem accepi, splendido vtor hospitio. g).

Ex simili quoque Intentione jam olim, anno scilicet 1594. 30. Decembris *Wilhelmus* Palatinus Rheni, & vtriusque Bauariae Dux ad Abbatem nostrum sequentes dedisse Litteras videtur: Von Gottes genaden Pfalzgraf Bei Rein, Herzog in Obern und Nieder Bajren etc. Vnsern gnädigen grues zuuor. Erwürdiger in Gott besonder Lieber vnnd getreuer, welches wir vorderst gehrn wissen, was weillend die Grafen von Altdorff, die sich auch von Weingarten geschriben, vnnd ohne zweiffel Euers Gotshaus stiffter seindt, aigentlich für ein Wappen, vnnd wie sie dasselb mit seinen ausgethailten Farben gefüret haben, ain solches nuhn vermuthlich bey Eürem Gottshaus wol wirdet zu finden, sein; Ist derwegen hiemit vnnser gnädig gesinnen an Euch, Ir wöllet vnns souil möglich aines solchen bey zaigern diesem aigenen Poten vnnderschidlich berichten, vnnd des angeregten VVappens ainen lautern mit seinen Farben vnnderschidlich verzeichneten abrif zukhommen lassen, An deme erzeiget Ir Vnns ain angenembes gefallen, vnnd

 wir

g) *Tom.* 31. *fol.* 578.



wir feind Eüch hinwider gnädigen Willen zu erweifen genaigt. - Datum in vnnfrer ftatt München den 30. December Ao. 94. Wilhelm. Mppria. *)

De aedificiis, quae vel conftruxit vel reftituit Abbas Georgius, longe foret diftinctius enarrare. Hoc folum dicam, quod quafi futurorum praefcius patentes magis hoftium incurfibus villas atque praedia vendiderit, tutiora, quod praeftitit etiam, emturus. „Praeterquam enim quod fumma contentione laborarit, „vt *Brigantii* in loco, quem *S. Galli lapidem* vocant, Benedictinos inftitueret: „etiam in loco, qui *Hafenweiler* dicitur, nouum (fic fcribit ad annum 1601. „R. P. Bucelinus nofter) moliri coenobium aggreffus *pro Juuenibus maxime*, „*tam in ftudiis, quam pro facro tribunali & Cathedra exercendis*; deductis ad „tectum vsque binis juxta arcem aedificiis. Morte abreptus, fucceffori Fran„cifco rei abfolutionem commendauit. Quem tamen huc vsque procellae „communes jactare non deftiterunt. Maxime autem fe fuis & fecum viuentibus, & poft eum venturis tam Emtione *Blumeneggii*, quam etiam conftructione Afceteri *Veldkirchenfis*, vbi anno 1617. Paullo V. confentiente Prioratum inftituit, commendauit; eoquod haec loca, vtpote in *valle Drufiana* fita, tutum noftris a militis Suecici furore praefidium vice plus una dederint.

Sacram fuppellectilem ita auxit, vt pleraque facrarii noftri ornamenta ejus Induftria vel magnis fumtibus confecta aut redintegrata fint.

Anno 1623. Abbas Georgius iterum in grauem morbum incidit, vix a noui Abbatis *Petrihufani* Electione, ad quam feriis Litteris h) ex Caftro Hegne 5. May. datis ab Epifcopo *Jacobo* vacatus fuerat, domum reuerfus. Cui idem Praeful dolorem fuum propria manu conteftatus i) nedum fuas, fed & totius Cleri Conftantienfis preces offert, atque tandem priftinae rurfus fanitati reftituto vitam diuturnam & fofpitem filiali fane tripudio precatur k). Datae funt Litterae *Marifpurgi* 28. Decembris 1623.

Anno

*) *Hinc eruitur, qua occafione ad manus P. Raderi venerit figillum equeftre* Quelfonis IV. *quod rurfus in aes incifum confpicitur orig. Quelf. Tom. II. pag.* 279.

h) *Tom.* 31. *fol.* 155. i) *Tom. eod. fol.* 168. *datae funt* 3. *Julii ex caftro Rofenegg.* k) *Tom. eod. fol.* 178.

Anno 1625. 19. Septembris idem ipse Episcopus alias Litteras more solito Amoris & Beneuolentiae plenissimas ad Abbatem nostrum perscripsit, dato eidem negotio, vt primum Coenobio *Patrum Capucinorum Rauenspurgi* suo Nomine & Auctoritate Lapidem poneret l).

Quo major igitur *Jacobi Fuggeri* amor, gratia, & Pietas erga Abbatem fuerat, eo vehementius Abbatis viscera conquassauit tristissimum de ipsius Morte nuncium, quod ei Ecclesiae Cathedralis Decanus & Capitulum in haec verba fuerunt m): *Reuerendissimus & Celsissimus Princeps, ac Episcopus noster etc. Grauissimo morbo diu, vt nosti, luctatus, vltimo tandem sabbatho, 24. hujus* (mensis Januarii) *omnibus SS. morientium Sacramentis juxta Ecclesiae Catholicae ritum confirmatus inter quintam & sextam horam matutinam ex hac mortali vita, ad aeternam, vti speramus, transiit. Cujus animam & R. Dominationis vestrae, & suorum precibus humillime, & instanter commendamus. Datae Constantiae 27. Januarit Anno 1626.*

Mox 10. Februarii scilicet iidem Decanus, Senior & Capitulum alias per D. *Michaëlem Mader* Cathedralis Ecclesiae Capellanum transmiserunt Litteras, quibus Abbati instituendam secunda proximi Mensis Martii die Electionem noui Episcopi significant, expetitis ipsius filiorumque suorum precibus n). Decima statim Martii die proprio ipsius recens Electi calamo rem juxta Cleri populique vota atque Exspectationem peractam fuisse intellexit. Nam *Sixtus Wernerus Vogt ab Alten - Summerow de Prasperg*, communi omnium laetitia & gratulatione, Canonicorum Suffragiis ad Episcopatum euectus, ipse solus se tanto fastigio indignum reputans, rara humilitate se in veterem Abbatis affectionem commendabat; datis ad eum 10. Martii hisce Litteris: HochEhrwürdiger in Gott vielgeliebter Herr Prelat. E. E. seyen meine fraindtwillige dienst vnd alles guotes zuuor. Obgleich E. E. vorhin guot wissens tragen, dass ich verhoffentlich durch die gnaden Gottes den 2. hujus zwar ganz vnwürdig zum Bischöfflichen Ambt erwelt worden, hab ich doch aus sonderbarer jederzeit gegen E. E. dienstlich getragener affection selbige solches selbsten berichten vnd mit diesem Brieflein fraindlich salutiren wöllen. Vnd wie mir nit zweifflet E. E. werden Jro jederzeit gegen mir verspürte guotherzige affection auch hinfüro erscheinen lassen, also sollen sie von mir ebnermassen versichert seyn, das, wan ich von Bäbstlicher Hailigkeit solte confirmirt, vnd wircklich in das Bi-

 stumb

l) *Tom.* 31. *fol.* 236. m) *Tom. eod. fol.* 251. n) *Tom. eod. fol.* 261.



ſtumb eingeſezt werden (darzu ſein göttliche Allmacht aſſiſtenz verleihen wellen) mir nichts angenämers ſein ſolle, alſ E. E. vnd irem anbefohlnen Gotteshaus allen fraindlichen Willen Liebs vnd guots zu erweiſen, dero von ſeiner Almacht alle glickliche zu Seel vnd Leib proſperitet von herzen winſche. Datum Coſtanz den 10. Martii 1626. E. E. fraind- vnd dienſtwilliger Sixtus Wernerus Electus in Epiſcopum Conſtantienſem. Mppria.

Decreſcentibus interim Georgii viribus, creſcentibusque Monaſterii Negotiis & Calamitatibus, Fratres noſtri, quam diu timuerunt, Cataſtrophen experti ſunt. „Reuerendiſſimus enim, & Ampliſſimus D. D. Georgius Wegelin (ſic „loquitur P. *Georgius Knaus* Conuentualis noſter) trigeſimus primus Monaſterii „Weingartenſis Annis quadraginta & amplius Abbas, ejusdemque alter Fun„datur & reſtaurator curis, laboribus, & ſenio, temporumque maximis diffi„cultatibus fractus & exhauſtus, ne quod Coenobio ſuo (cum tanto jam „oneri impar ſibi videretur) malum crearet, de illo a ſe abdicando diu mul„tumque cogitauit & maturo pioque conſilio, relictis alteri curis tempora„libus ſoli jam Deo vacare, Abbatiamque reſignare decreuit.

„Itaque anno chriſtiano M. DC. XXVII. *Kalendis Auguſti* poſt meridiem „dicta in Choro Nona, conuocati ſunt omnes praeſentes Patres Capitulares „ad locum capituli, ibidemque a R. P. *Franciſco Dieterich* Priore Weingar„tenſe propoſitum Reuerendiſſimi Domini Abbatis noſtri nobis fuit apertum, „conſenſusque in ipſius Reſignationem, ob adverſam valetudinem, aliasque „graues cauſas ſerio petitus; qui unanimi conſenſu (quamuis non ſine animi „moerore; quod tam pium Patrem & Dominum diutius nobis praeeſſe opta„remus) eidem a Patribus capitularibrs fuit praeſtitus.„ Inmortalem igitur memoriam ſi nullo alio, certe *libros abatiales* conſcribendi labore promeritus, in ſolitudinem ſeceſſit, ſoli jam animae vigilaturus, poſtquam tot dies noctesque Monaſterii bono conſecraſſet. Et ſane aeterni Theſauri loco nobis erunt libri, de quibus diximus, Abbatiales, duobus Tomis in folio comprehenſi. Vbi praecipue ea, quae ad Monaſterii jura pertinent, tanta ſedulitate collegit, vt Archiuium noſtrum ad vltimam vsque ſchedam excuſſiſſe, ſaepiusque ex integro peruoluiſſe videatur, adjectis vbique doctiſſimis notis atque Scholiis. Adeo, vt jure optimo hoc ei Elogium P. Bucelinus tribuerit: „Religioſiſſimus in Chriſto obdormiuit felicis memoriae D. Abbas „Georgius de Coenobio noſtro longe meritiſſimus, vniuerſis ordinibus ac„ceptiſſimus, plurimorum coenobiorum reformator, noſtri autem Weingarten-

ſis

„fis communi omnium calculo & elogio alter Fundator: cujus vitam & res „gestas, collatis justu Superiorum, omnium singulorumque Patrum ac Fratrum Symbolis fusius alias descripsimus. o). Haec Biographia si alia ab ea sit, quam qualem in Menologio suo adfert Bucelinus, nescio, quo angulo delitescat.

„Decima Octobris, pergit *P. Georgius Knaus*, mane ante horam secun„dam, in praesentia Reuerendissimi D. D. *Francisci Abbatis*, P. *Andreae Gaist* „Prioris, P. *Jacobi Plaz* Subprioris, P. *Sebastiani Schöffolt*, P. *Nicolai Deü„ring* Granarii, P. *Sebastiani Luz*, P. *Simonis a Bodman*, S. *Ambrosii Bla„wenner*, *R. P. Balthasaris Wegelin* *), piissime in Domino obiit Reuerendissi„mus D. Georgius Abbas XXXI. vir inmortali memoria dignus.

FRANCISCUS DIETHERICH ABBAS XXXII.

„Franciscus (P. Bucelini verbis loquor). *Wilhelmum Dietrich* patrem, „matrem Annam Mariam Herbstin utrumque spectata familia suaque & ma„jorum virtute nobilem parentem habuit natus *Horbae* illustri *Wirttenbergiae* „pago anno 1581. die 20. Febr. salutari lauacro expiatus *Francisci Christophori* „Nomen accepit — — — fratres ac sorores habuit *Wilhelmum* in in„fantia extinctum, *Joannem Ludouicum*, *Annam Mariam*, *Wilhelmum alterum*, „*Vrsulam*, *Georgium*, *Joannem Michaelem*, *Joann*, *Philippum*, *Joann. Conradum* „& *Wippertum* spectatae omnes indolis digna virtutes sorte omnes dein „evectos. E quibus *Georgius & Joann. Conradus* Cathedralium Ecclesiarum, „*Constantiensis* & *Curiensis* ille hic *Augustanae*, Canonici effecti. Ille *Curiae* „*Rhaetorum* Episcopus Electus, honorem constantissime rejecit, *Decanus* postea „Cathedralis Constantiae creatus & de Ecclesia illa optime meritus. *Wi„pertus* natu minimus Societati Jesu dans nomen hodie serenissimi Archidu„cis fel. recordationis *Leopodi* liberis instituendis nauat operam. — — — „Noster anno 1597. 13. Aprilis solennibus sese Religionis votis S. Bene„dicto deuouit. Paulo post Dilingam ad studia missus, Philosophicis & „Theologicis disciplinis instructissimus inde reuersus Primitias obtulit A. 1606. 8. Jan.

o) *Ephem. ad annum* 1627. 10. *Octob.*

*) *Germanus hic erat* Georgii *nostri S. J. Presbyter*, *ut jam monui.*

 

„8. Jan. sequenti mox anno subprioris honorem assequutus, mox altero Chri-
„sti 1608. Prior Conuentus renuntiatus. Ut merita sua exteris quoque pro-
„baret, optimi Prioris exemplar ao. 1609. ad *S. Petri Hercyniae* missus, fra-
„grantia boni adoris ibidem relicta & optime meritus domum reuertit, Prio-
„ratus deinceps honore ad annum usque 1627. quo Abbas Electus est,
„summo cum ornamento & emolomento Monasterii praeclarissime functus.„
Haec ille.

Postquam 1. August. R. Georgii Abbatis resignatio a Capitulo acceptata est, prosequitur P. Gregorius Knaus l. c. 7. Augusti in Abbatem Canonice electus est *Franciscus*, atque a R. *Bartholomaeo* Abbate Ochsenhusano Congreg. Sueuicae Visitatore promulgatus, ipso solo ægre in sui electionem consentiente. 1. Sept. allata fuit *Constantia* confirmatio, forta a R. & Illustrissimo Principe D. *Sixto Wernero* Episcopo Constantiensi.

11. Sept. Aduenit R. D. Joann. *Antonius Tritt* Suffraganeus Constansiensis Item D. Parens & Germani Fratres R. Reuerendissimi item Salemitanus, R. Ochsenhusanus, Admodum R. D. Praepositus in Waldsee & alii complures hospites.

12. Sept. Benedictionem Abbatialem accepit R. D. noster Franciscus a R. D. Joann. Ant. Tritt *Episcopo Tiberiadis* Sufraganeo Constantiensis Reu. nostro adstiterunt *Bartholomaeus* Abbas Ochsenhusanus & *Christophorus* Abbas in Weissenaw Hospites praecipui fuere R. D. *Thomas* Abbas in Salem, D. *Michael* Prapositus in Waldsee. Perillustris D. *Hugo Comes de Montfort*, Generosus Baro *Georgius Fugger*, *Praefectus Sueuiae* & plures alii *Legati* ac nobiles. Episcopo rem sacram facienti manus lauarunt Nobiles Domini *Georg. Christophr. Klökler* qui credentiam, *Joann. Ludov. de Gall*, qui vas aquae, *J. Conrad. Geist*, qui mantile tulit. Primam candelam tulit Nobilis D. *Albertus a Prasberg*, alteram Nob. D. *Macharius a Herbsthaim* Praefectus in Marchdorff. Panem inauratum nob. D. *Hector a Freiberg ab Hirbel Junior:* alterum nob. D. *Joach. Christoph. Giel a Gielsperg* Praefectus Ochsenhus. Primum Barile *) continens quindecim circiter mensuras, nobilis D. *Joan. Ludou. de Gall.* secundum simile primo nobil. D. *Conradus Gaist a Wildegg.* aderant quoque Legati *Furstenbergicus*, *Wolfeggensis*, *Rauensburgensis*. R. item Domi-

*) *Doliolum.*

Dominus *Georgius Decanus Cathedralis Ecclesiae Constitutionis R. nostri Abbatis Francisci Germanus Frater, Wilhelmus ejusdem Pater. D. Othmarus Wegelin Praefectus urbis Brigantii: D. Doctor Henricus a Pflaumeren etc.* ex Ephemerid. R. P. Gregorii Knaus scriptoris Coeui longe solertissimi, ex quo etiam R. P. Godofridus Reding pleraque sua sciunt etc. aliorum Patrum scriptis deprompsisse fatetur. Extat ipse *Thomae Abbatis Salemitani* Epistola, qua respondet Francisco nostro, tametsi ordini cisterciensis nec non proprii Monasterii causa iter sibi faciendum foret, vicini tamen amici gratia in Vinea se quoque constituta die Dominica adfuturum. Datae Salemii 9. Sept. anno 1627. quoniam hoc anno, littera dominicalis C. fuit, sequitur hunc ritum solennem incidisse in 12. Septembris.

Primo sui regiminis anno principes hospitio Personas suscipere meruit. referente enim eodem scriptore nec non P. *Redingo* nostro anno 1628. 26. Febr. Serenissimus Austriae Archidux *Leopoldus* cum *Claudia Conjuge sua* ad monasterium diuertit, quem Comitati sunt Reuerendissimus ac Celsissimus Princeps *Joannes Episcopus Constantiensis*, D. *Comes Egon de Fürstenberg*, *Rmus D. Georgius Dietrich* (Germanus Francisci nostri) Decanus Cathedralis Ecclesiae Constant. quibus superuenit etiam *Lotharingiae Legatus*. 27. Archidux & Archiducissa S. Synaxi in sacello Rmi D. Abbatis refecti sunt. Sumpto dein jentaculo profecti sunt in Wolfegg, comitante Episcopo Constant. cum multis Baronibus & Nobilibus. Jam alia scena, tristissima plerumque se pandit, vt merito Abbatem hunc ad durissima ferenda natum factum arbitreris. Sic enim pergit cit. P. *Godefridus Reding*, quem deinceps, sequar, & ex ordine exscribam: sic habet ejus narratio ex Diario *P. Knausii* excerpta: *Mense Julio* circum circa coepit pestis inualescere & vehementer grassari. Non minus sequento Mense Augusto. Quapropter Rmus D. Abbas Franciscus edixit, & serio praecepit, vt deinceps propter luem grassantem periculumque contagionis non nisi quatuor Patres ex Conuentu poenitentium confessione, reciperent, ad quod designati sunt *P. Jacobus Plaz* Subprior; *P. Joannes Spies*, *P. Carolus Kurz*, & *P. Hieronymus Rainoldt*. Mense Septembri lues pestifera indies majora incrementa sumpsis, pro qua auertenda quotidie duo sacra in ara *S. Sebastiani* Martyris expositis quotidie sacris ejusdem Lypsanis. Magno populi Concursu salubre hoc institutum satis diu continuatum est. Statutum quoque vult, ne hoc tempore contagioso Patres nostri deinceps ad sacra facienda in Parochiam Altorfense descenderent, sed si quae sacra fa-

 cienda

cienda essent, ea non extra sedintra Monasterium legerentur. Mense Octobri cum lues contagiosa non solum fere vbique in vicinia multum se auxisset, verum etiam in pago Altorff aliquot domos inuasisset, periculum non modum Monasterio nostro imminere videbatur. Itaque ad praecauendum malum Superiores sollicitos omnino & sedulos fecit. Quid proinde tempore tam periculoso, & ne in repentino casu consilium deesset, sequentes sanctiones, prout res esset exactura, mature obseruandas statuerunt.

Primo: Sedulo cauendum ne rumores de locis personisque infectis, defunctis etc. ad Conuentum ab externis, famulis aut etiam nostris aliunde ferantur, aut sermones inter nostros de talibus instituantur. Et praecipue hoc vetitum officialibus nostris oeconomo & granario.

Secundo: Nulii exteri ad Conuentum admittantur, praesertim nuntii, opifices & similes, sed extra portam conuentus jubeantur manere. Litterae, si ab infectis & suspectis locis deferantur, suffitu probe infumentur. Sartoribus vestes reficiendae ad portam deferantur, quo easdem refectas iidem referant. Pro vestibus lineis ad laetionem defferendis constituatur famulus in aula, qui eas apud portam Conuentus accipiat, illucque latas referat.

Tertio: Porta Conuentus diligentissime semper sit clausa, per quam nullus exterorum intromittatur. Sutori calcei sub porta dentur, ibique ab eodem recipiantur.

Quarto: Pueri scholares non admittantur ad Conuentum, sed jubeantur domi manere, vel habeantur pauci, qui semper in Conuentu maneant, ibidem edentes & dormientes. Possent etiam in necessitate sacerdotes sibi jnuicem inseruire.

Quinto: Confessarii constituantur aliqui certi, animosi, macilenti, phlegmaticae potius quam sanguineae complexionis, qui nunquam jejuni ad confessiones excipiendas se conferant, sed prius sumpta offa haustum de vino medicato faciant.

Sexto: Vbique in Ecclesia, Conuentu, Scholis, cubiculis seruetur sedula mundities.

Septimo:

Septimo: Confessarii nullius exteri confessiones in Conuentu excipiant.

Octauo: In Ecclesia fenestrae serenioribus diebus vbique aperiantur, & ıando major est concursus populi foramen rotundum in medio laquearis ex- rioris Templi patefiat.

Nono: Diebus pluuiis & nebulosis fenestris clausis suffitus fiat per Ec- esiam & Conuentum apertis cubiculorum Januis ex ligno Juniperi vel alia ateria.

Decimo: Procurentur tempestiue medicamenta praeseruantia, quibus con- ssarii & alii, qui cum exteris agere tenentur, diligenter vtantur.

Vndecimo: In sacello S. Leonardi instrumentum collocetur suffitui ex no Juniperi faciendo accomodum.

Duodecimo: Hortulani, Coqui & alii qui extra Monasterium pernoctant, ios necesse est propter-aliqua negotia egredi, moneantur vt nihil penitus lue, vel peste mortuis, referant seu loquantur,

Decimotertio: In choro nullis ad SS. Eucharistiam accedere fas sit: nec i exteri admittantur.

Decimoquarto: Prouideatur tempestiue vbi commorari debeant hac lue fecti etc. Visus fuit locus oportunus *Curia antiqua*, consultissimum au- n, vt in hunc finem construeretur Lazaretum in Pomario, idque in edi- magis loco, vt vndequaque ventis sit peruium. Determinentur etiam ma- re famuli, qui prout res exiget, ad manus sint. Constituatur locus se- lturae, si vnum aut plures contingeret obire. Visum fuit sepeliendos in ulcro saecularium ante Templum etc.

Obseruationes aliae, Confessariis praecipue praescriptae a D. Doctore Müller, dico Riedlingano.

1. Quantum frigus constitutioque cujusque patitur, confessarii antequam Confessionalia eant, omnes vestes *pelliceas* deponant minus tamen peri- i est, si alia vestimenta superinduant.

 2. An-



2. Antequam ſe ad Confeſſiones excipiendas conferant lauent os, faciem, manus, frigida, vt ſanguis retropellatur, porique claudantur.

3. Cucullas, Tunicas etc. quibus vtuntur, ſub dio aut vento peruiis locis aliquoties ſuſpendant.

4. Reuertentes a Confeſſionibus denuo os, faciem, manus, frigida eluant, guttasque aliquot de *aceto Angelico* ſumant ore, arteriasque & nares eodem perfricent.

5. Veſtes quoque exteriores ſupra ignem ex ligno juniperi exſiccent, vt ſi quid peſtiferi adhaeſiſſet, a voraci flamma abſumatur.

6. Octauo vel decimo quarto die confeſſarii (prout multum aut parum occupati erunt) ad praecauendam putredinem atque malignae febris internam diſpoſitionem & generationem ſumant de *pillulis Ruffi* ante primum ſomnum, vt pondus aureum florenum exaequet, ſicque ſe cubitum conferant.

7. In confeſſionali ſedulo curent, ne anhelitum confitentium ad ſe attrahant: ſed faciem quantum fieri poteſt, ab aliis auertant.

Quid obſeruandum Confeſſario, quando tenetur peſte infectos adire.

1. Ante omnia *veſtes pelliceas* a ſe abjiciat.

2. Faciem, os, manus, frigida perluat.

3. Curet, vt Conclaue quod ingredi debet *Frigida* conſpergatur, ſedulo *euerratur*, ligno, granisque Juniperi *infumetur*, locusque *ventis peruius ſit.*

4. Tum *diſſipato pene fumo* ingreſſurus confeſſarius faciei ſuae *facem ex ligno juniperi, pino*, vel *fraxino* confectam praeferat, vel alium *multifilum flammantemque Cereum*, eumque *inter* ſuam & confitentis faciem medium teneat, ſimilique cereo vel face dum e conclaui egreditur, utatur.

5. Domum reuerſus antequam conclaue aliquod ingreditur, vel aliis ſe conjugit, ſuperiores & exteriores veſtes exuat, easque *ſub dio*, vel *aëri peruio loco* ſuſpendat, rurſusque faciem, os, manus *frigida* lauet.

6. Guttas inſuper aliquot de *aceto angelico* ore ſumat, tempora naresque perfricet etc.

Menſis

Mensis Octobris die 18. ob luem indies latius serpentem etiam in pago Altdorff, jussi sunt omnes pueri scholares deinceps domi manere. Ob quarum imissionem alius & celebrandi & sacris inseruiendi ordo institutus est.

Pestis hujus initia in mense *Julio* passim notata fuerunt, deinceps usque ad finem hujus anni quotidianis incrementis fuit aucta. Extincti hoc morbi genere in tota Parochia nostra Altorffensi fuerunt 273. ex solo pago Altorffensi 117. in vicinia passim magis saeuiit lues. Deuotio populi hac plaga non mediocriter fuit excitata a longo tempore quotidie in ara S. Sebastiani quo sacra legebantur, ad quae tantus concursus fuit, vt festa solemnia ex populi frequentia judicares.

Anno 1629. 31. Jan. Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps electus Episcopus Constantiensis (*Joannes Dapifer de Waldburg*) *) ad vineas diuertit, profecturus hinc in *Wolfegg* ad celebrandas *Primitia*, & *benedictionem episcopalem* suscipiendam. Die sequenti 1. Febr. mane hora 6. idem Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps audito sacro in odaeo sacelli Ss. Sanguinis conventum accessit & in pergula ante musaeum S. Gregorii nonnihil substitit,

I i i 3 ubi

*) *En ejus epistolam inuitatoriam:*

Johann von Gottes gnaden Bischoue zue Constanz, Herr der Reichenaw und Oeningen etc. etc.

Vnsern gl. gruss und willen zuuor. Erwürdiger geistlicher lieber andächtiger. Demnach von der bäpstl. Heil. unserm allergnädigsten Herrn unns vor khurzem die Confirmation und Bullae über unsere bischofliche Wahl zue khomen, und Wir darauf unsere Consecration zwar nit in unserer Thumkirchen zue Costanz, sondern wegen iezigen sterben Läuffen, und zue fürkhommung grossen Concurs bey dess hochwohlgebohrnen unsers frl. geliebten *Herrn Vatters*, *Herrn Heinrichen des Heil. Röm. Reichs Erbtruchsässen* etc. gewohnlicher Residenz zue *Wolfegg* in Dom. post. Purif. den dritten Februarii fürgehen zu lassen entschlossen, Als haben Wir Euch darzue hiemit auch gl. einladen wollen, mit gl. gesinnen auf Samstag den 2. zuuor gegen abendt zugedachtem Wolfegg einzukhomen, und uolgenden Tag, weilen Wir ohne dass eines Assistenten von nöthen haben werden, vorhabender unserer Consecration, als unser *Assistens* beyzuwohnen, und dieselbe nach ublichen gebrauch celebrieren zu helffen. Solches sein wir anderwärts in gl. darmit Wir Euch wohl beygethan verbleiben, zu erkhennen erbiettig. Datum auf unserm Schloss *Rosenegg* den 15. Jan. 1629.

JOHANN Mppria.

 

ubi exſtructo arcu triumphali variis figuris emblematicis exornato, nomine totius Conuentus oratione ſoluta exceptus fuit Peracta breui gratiarum actione ab Ipſomet Principe, omnibusque Patribus porrecta manu ſalutatis, & ſumpto in aula Jentaculo Wolffeggium abſceſſit, ubi 2. Febr. *Primitias* celebrauit. 3. dein Febr. Reuerendiſſimus Dominus Abbas noſter *Franciſcus* profectus in Wolfegg eſt, futurus ex diſpenſatione *Aſſiſtens* Reuerendiſſimi & Celſiſſimi Principis in ejus epiſcopali benedictione, quam ei contulit Reuerendiſſimus D. Joannes Jacobus *Mirgel* Suffraganeus Conſtantienſis.

Ad finem menſis Junii iterum rumor ſpargi Coeptus eſt peſtis variis in locis inualeſcentis. Quae menſe ſequenti praeſertim *Lindauii* graſſata eſt, non ſine vltione Numinis; cum enim illuc miſſi fuiſſent *Legati Caeſarei* acturi de reſtituenda fide catholica, paſſim profeſſi ſunt ciues Lindauienſes, malle ſe peſte interire, quam fieri Catholicos. Deus votis illorum annuit; nam mirum in modum peſtis in hac vrbe ſaeuiit, ita vt eam ciuibus pene euacuaret.

Anno 1630. 25. April. Aduenit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus *Cyriacus Raccius* Archiepiſcopus Patrenſis Legatus Apoſtolicus etc. 26. Aprilis comitante ipſum Reuerendiſſimo noſtro deſcendit ad Ss. Sanguinis Sacellum, atque Ss. Sanguine ac Sanctorum Lipſanis viſis perrexit ad noſtrum triclinium, ibique pranſit: quem Reuerendus P. *Gabriel Buzelinus* breui oratione ſalutatum nomine Conuentus excepit. Sumpto prandio illuſtriſſimus Legatus recta exiuit ad hortum, & paulo poſt ad Hypocauſtum recreationis, ubi vltra integram horam mottetae a aliquot cantatae fuerunt, obambulantante interim & Colloquente familiariſſime Legato cum D. Abbate. tandem luſtrato triclinio, culina, Pharmacopoea aliisque locis Conuentus conſcendit ad Bibliothecam etc.

27. Aprilis Illuſtriſſimo Legato Reuerendiſſimus Dominus Abbas noſter Equum obtulit, quem officioſe ſatis diu recuſauit, & tandem acceptauit. Omnes inſuper famulos ejusdem Reuerendiſſimus noſter aliquo munere donauit. Conceſſis dein nobis ducentis votis curru Reuerendiſſimi noſtri ſex equis ducto cum Reuerendiſſimo noſtro auectus ad Salemitanum Monaſterium iter inſtituit, quem Reuerendiſſimus vna cum *P. Carolo Kurz* eo vsque comitatus fuit.

P. Re-

P. Redingi narrationi hic quaedam addenda exiſtimaui.

Jam anno 1629. 6. Martii *Edictum* illud *reſtitutorium* Ferdinandus II. Romanorum Imperator expediri fecit, quo Proteſtantes omnia Bona Eccleſiis catholicis POST *pacem religioſam* erepta, reſtituere jubentur. Quod quidem quamuis nemo niſi juſtiſſimum dixerit, bellum tamen exinde nedum inter Principes triſtiſſimum, de quo infra dicturi ſumus, ſed & inter viros religioſos controuerſia grauiſſima exarſit; Abbates enim ſueuici vtriusque Odinis Benedictini & Praemonſtratenſis officio ſimul & Religione ducti, reſtitutionem ſuorum quoque Monaſteriorum porrecto Caeſari libello ſupplici petebant. Imperator in preces factas non tantum non grauate, ſed etiam libenter & gratioſiſſime conſenſit. Verum quum Jeſuitae jam in turbido piſcari ſtatuiſſent, & ſimul de optata aulae viennenſis Benedictione dubitarent, ad Epiſcopos, in quorum Dioeceſibus monaſteria reſtiſtuenda jacebant, & precibus & criminationibus ſe conuerterunt. Dicebant enim a) Ignorantiam matrem haereſum recens exortarum fuiſſe; Monachos eſſe b) inutilia terrae pondera, ignauum pecus ventres pigros: ordinem Benedictinum non habere idoneos ad Vineam Domini excolendam operarios. Quare quum Congregatio Societatis Jeſu Diſciplinae & Doctrinae fama ſemper floruiſſet, quumque haereticis poni obex absque omni ſcientiarum genere minime poſſet, putare ſe, & optimum & breuiſſimum cum ad fidem firmandam, tum ad haereſim exſtirpandam remedium fore, ſi ex redditibus Monaſteriorum exſtinctorum Academiae, Collegia, & Seminaria c) exſtruantur, eisque Patres e Societate praeficiantur.

Hae rationes prae ceteris Conſtantienſi & Auguſtano Epiſcopis placuerunt. Quare juncto quaſi cum Societate foedere rem ſerius agere coeperunt, Monaſteria extincta ad ſe, non ad Ordines pertinere dictitantes. Jeſuitae interim varia ſcripta diuulgabant, Monachis nedum odioſa, ſed & quam maxime injuria, & contumelioſa. Quae quidem omnia praeſentiens P. Georgius Schönhainz nihil antiquius optabat, quam vt Reuerendiſſimi DD. Abbates querelam miſſis ex Gremio Patribus ad ſummam ſedem deferrent, & ex Vaticano Controuerſiae deciſionem peterent. *Miſſionem, inquit* d) *vehementer vrgent Dominus Cremiphanenſis, D. Queſtenbergius, & D. Hildeprandus. In quam rem paratos habemus plurimos & ampliſſimos promotoriales ad Papam, ad Principem Sauelli oratorem Caeſareum, & alios, quos Romam deſtinabo. quam primum P. Franciſcum*

a) *Tom.* 96. *fol.* 559. b) *Ibid. fol.* 433. c) *Ibid. fol.* 394. d) *Ibid. fol.* 394.



*scum *) itineri sese dedisse sciuero. Magnam spem bonae expeditionis facit, quod Princeps Sauelli Suffraganeum constantiensem in impetrando Benckendorff adeo impediuerit, vt illud Coenobium, cujus ordo in Germania nescitur, Episcopo Constantiensi non nisi ad paucos annos, atque non nisi accedente consensu Caesaris in Commendam veniret. Itaque agamus fortiter & festinanter; quia P. Lamorannus tanquam Leo rugiens circuit, quodnam Monasterium deuoret, cui resistite fortes in fide etc. Viennae 27. Februarii Anno 1630.*

Hanc igitur causam, eo, quo merebatur oculo, contemplati Abbates noster *Franciscus*, & *Bartholomaeus* Ochsenhusanus statuerunt, se duos ad vrbem propediem missuros, qui negotio tractando pares, aut saltem non minores essent. Hujus Decreti nuntium vix ad aures *Joachimi* Abbatis Rothensis peruenit, quum haec ad Abbatem Ochsenhusanum perscriberet e) *Audiui vestrum Ordinem duos Romam missurum. Laudo vos in hoc autem non laudo, quod hanc missionem velit differre vsque post Pasca, quo citius, eo melius, aduersarii nihil procrastinant, sed vobis dormientibus vigilant. etc.*

11. Ergo Maji admodum R. P. *Placidus Spies* Prior Ochsenhusanus, & P. *Maurus Baldung* Weingartensis Romam destinati, cum variis Litteris sese itineri accinxerunt. Aliae erant ad Patronos veros commendatitiae, aliae ad amicos falsos quaerulae. Inter primi generis recenseri merentur eae, quas ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Nuncio Lucernensi ad Cardinalem *Barberinum*, & ad *Flauium Pauonium* acceperunt. Priores sic sonant: *Abbates Congregationis Sueuicae Ordinis S. Benedicti huc miserunt duos suorum Patrum, vt transigant, sicuti mihi intimarunt, cum sanctitate Domini nostri, & cum Dominatione vestra illustrissima de Restitutione quorumdam Monasteriorum, quae ipsis a Duce Wirtenbergiae facienda esset, atque de aliis suis negotiis & quia instanter me rogarunt, vt supra dictos Patres Illustrissimae Dominationis vestrae Protectioni commendem; hoc jam libenter facio, sperans, quod summam Benignitatem sibi propitiam sint habituri, vt ipsis faueat, sicuti eam pro ipsis rogo, & Dominationi vestrae Illustrissimae commendo. Lucernae 4. Junii 1630.*

Poste-

e) *Ibid. fol.* 397.

*) *Franciscus Collotus Prof. S. Blasii mittendum Romam destinabatur primo, sed D. Abbas* Blasius *hanc a se amoliebatur Prouinciam.*

Posteriores ad D. Flauium Pauonium ejusdem argumenti, & fere etiam ejusdem tenoris sunt. *Delatores*, inquit Nuncius, *hujus Epistolae sunt duo Patres, qui huc missi a suis Abbatibus ex Congregatione Sueuica Ord. S. Benedicti, vt, sicuti mihi dixerunt, tractent cum Sanctitate sua, & Illustrissimo D. Cardinale Barberino de quorumdam Monasteriorum restitutione a Duce Wirtenbergiae facienda, & de aliis suis negotiis. Rogo vestram Dominationem, vt eos benigne excipiat, ipsisque aliqualem Instructionem praebeat. Dominatio vestra mihi hoc modo haut leue praestabit obsequium, idque mihi testimonio singularis sui erga me adfectus erit, supradictos enim Abbates meliori, quo possum, modo juuare desidero, & vestrae Dominationi manus ex intimo corde exosculor. Lucernae 4. Junii anno 1630.*

Quin immo Ratisponam delati, vbi eo tempore Caesarea Majestas morabatur, ab ea nedum gratiosissime excepti, sed etiam cum Litteris ad Principem Sauellium, suum in aula pontificia legatum in rei gerendae gratiam ponderosissime scriptis dimissi sunt. P. Maurus noster datae suaean nos 10. Augusti eodem anno Roma Epistolae; harum apographum inclusit, quas hic inserendas duximus:

FERDINANDUS.

Illustris, fidelis, dilecte. Expediunt isthuc in vrbem Praelati Ord. S. Benedicti e Sueuia ablegatos suos viros Religiosos, vt apud Sanctitatem suam negotia ad conseruationem & incrementum Religionis suae pertinentia solicitent, atque id solicite praecaueatur, ne quid in concurrentium multitudine impetretur, quod ordini ipsorum praejudiciale, Nostrae vero intentioni rectissimae, vt vnicuique sua restituantur & conseruentur, contrarium esse queat. Demisse proinde rogantibus, vt hoc loci protectionem illorum suscipere dignaremur, clementer deesse noluimus, benigne vos requirentes, quemadmodum jam pridem litteris diuersis mentem nostram declaratam habetis: nolle Nos, vt Monasteria & bona Ecclesiastica Auctoritate nostra restituta aut restituenda, nobis insciis & inuitis quorum interest, aliorum vsibus applicentur. Vt proinde horum Religiosorum solicitudinem auctoritate nostra Imperiali adjuuetis, ipsisque vbicunque fuerit necessum, ad consequendum, quae juste postulant, ope, patrocinio & suffragatione vestra viam faciliorem reddatis, benigne vobis injungimus: quod auditu nobis erit gratissimum, vobisque cedet in commodum gratiae Nostrae Imperialis, qua benignissime vobis inclinamur.



Datae in Ciuitate nostra Imperiali *Ratisbonae* Calend. Julii Anno M. DC. XXX. f)

Hujus Argumenti Litteras ab eodem Ferdinande ad eundem datas, vide sis in Astro inextincto Casparis Scioppii pag. 275. 276. et seqq.

Secundi generis Litterae sunt eae praesertim, quas ad Generalem Societatis Jesu deferendas ab Abbatibus nostrae Congregationis acceperunt, 29. Aprilis in hanc sententiam scriptas: *Reuerendissime in Christo Pater, Domine obseruandissime. Quantum hucusque ordines & congregationes nostrae pro Monasteriis Ordinis S. Benedicti in Imperio, & praesertim in Ducatu Wirtenbergiae sibi e manibus Haereticorum eripiendis, & suo ordini restituendis laborauerint, nouit Romana Curia, nec Aula Romani Caesaris ignorat. Qua vero intentione maximos hanc in rem sumtus effuderint, nouit Cordium scrutator Deus, non fuisse aliam, quam errantes ad Ecclesiae ouiculos reducendi, & una cum catholica religione disciplinam quoque regularem inde ejectam postliminio reuocandi. Cum vero in hac tam difficili contra tam potentes aduersarios negotiatione satis foeliciter in vtraque Curia laborauimus, illud in primis dolendum, & multis sane lacrymis dignum censemus, quod jam non ab hostibus, sed a Domesticis Fidei nostrae, a Patribus Societatis vestrae noua nobis, & grauia quaedam obstacula ponantur. Cum enim inuictissimus Imperator Ferdinandus II. publico Decreto sanxisset sua cujuis ordini, & specialibus insuper Mandatis nostrorum Ordinum Monasteria nobis restituenda esse: Patres aliqui societatis vestrae quaedam scripta Caesari & ejus Consilio aulico nuper obtulerunt; quibus probare conantur, Monasteria ab Haereticis erepta non tantum posse, sed etiam debere ad alium ordinem, vel vsum conuerti, quam ad quos fundata sunt: adductis in hunc finem rationibus, quas, nisi etiam contra Haereticos militarent, crederentur non a Catholicis, non a Religiosis, non a Patribus Societatis, sed ab Haereticis procusas esse. Plena sunt scripta illa ingratitudine, plena obliuione beneficiorum, quae Societas vestra in istis partibus a nostris Congregationibus & ordinibus accepit, & accipit quotidie; nec Doctrina illa Doctrina Jesu est, nec sanctissimi Fundatoris Societatis vestrae. Quomodo enim socii Jesu sunt, qui seruos Jesu coram summo Principe tanta cum Impudentia traducunt? &, non qualem sua, sed Haereticorum sententia, suis tamen scriptis Caesari inculcata, Monachos velut inutilia terrae pondera, ignauos pecudes, ventres pigros pronunciant? Et, Ecclesiam Catholicam a nullo hominum genere, quam ab ordinibus*

f) *Tom.* 96. *fol.* 428.

bus antiquis, plus damni perpessam esse, asserere audent? Prout videre est in iptis, quae vna transmittere voluimus: quae si in manus sacrae Inquisitionis dei venirent, verendum certe, & Patres seueriorem ejus censuram sustinerent. uibus tamen rationibus Patres in Aula Caesario maxime potentes, aut hoc conuentur, vt Monasteria iis ordinibus quibus ablata sunt, aut certe vt Restitutionis ra periculosissima texatur; & dum Religiosi cum Religiosis quasi de Praeda detant, Hostes Fidei non modo grauissime scandalizentur, sed etiam resumtio viribus stitutionem omnino detrectent.

Quod qua ratione Patres in tremendo Dei judicio excusaturi sint, non appa-. Nos certe nihil a Patribus promeruimus, nec in Monasteria Wirtenbergiae atres pigros, & ignauos pecudes immittere cogitamus; sed Religiosos bonos, ctos, in Cura animarum simul, & Disciplina regulari exercitatos; tales, inum, quales anno praeterito in Monasterium Reichenbacense similiter a Caesare Wirtenbergia restitutum inmisimus; qui cum diuina gratia intra paucos Men- omnes Monasterii subditos in sex pagos vel Villas diuisos ad Fidem Catholi conuerterunt non modo, sed etiam feruentes in eadem catechizando, concioidoque reddiderunt.

Quibus de rebus operae pretium judicauimus Reuerendissimae Paternitati vestrae ibere, apud ipsam nomine Congregationum & osdinum nostrorum de Patrum tentatione conqueri, & vehementer serioque interpellare, vt Patrem Lamormann, ceterosque similium scriptorum auctores (quos ex aula Caesarea facile hare poterit cognitos) ab hujusmodi conatibus efficaciter dehortari, suaque auctori inhibere ne differat. Alioquin, etsi de Vindicta Cogitationem nullam admittis, sed etiam pro malis Bona rependere parati sumus, tamen si annuas Pensio-, quibus Constantiense Collegium alitur, subtraheremus, & ad alendos in vtra Curia Procuratores, aliosque vsus nobis magis vtiles applicaremus, nemo prus vitio verteret. Quod si vero R. P. V. mature illos a coeptis retraxerit, ordi nostri non tantum in Monasteriis nostris, sed suo tempore etiam in restitutis eralitatem suam erga Societatem vestram extendere porro pergent. Benignus us R. P. V. Societati suae, & toti Ecclesiae diutissime seruet incolumem. idictissimi Abbates etc g).

Responsum, quod P. Generalis Mutius Vitellescus 24. Augusti ad has Litte- Roma remisit, & pro nostro instituto longius & pro sua Defensione debilius

est,

g) *Tom. 96. fol. 433. responsum habetur Tom. 97. fol. 58.*



eſt, quam vt hic locum mereatur. Aethiopes lauare, & ſeipſum his duobus fontibus nititur. Primo quod titulo nullum adfixum ſit nomen; & ſecundo quod, ſi etiam aliquis ex ſocietate haec ſcripta perfeciſſe conuincatur, certum ſit, eum magis ex Nuncii Apoſtolici, aut alterius Magiſtratus mandato, quam ex propria Maleuolentia perfeciſſe.

Patres *Placidus Spies*, & *Maurus Baldung*, Litteris ad Generalem, vt juſſi fuerant, Venetiis ad domum veredariam depoſitis, iter Romam verſus proſequuti, ibidem Menſe Junio aduenerunt. Quinta ſtatim Julii die, vt P. Placidus ſexta ejusdem ſcribit h): *Per Ducem Sauellum Imperatoris oratorem acceſſum ad Sanctitatem ſuam habuimus. Qui (Pontifex) interrupto noſtro ſermone, jam ſe per oratorem informatum dicebat, & curabimus, ajebat, vt fiat bona Prouentio. Illud ſaltem impetrauimus, vt in curia nihil agatur, aut decidatur, in praejudicium Congregationis ceſſurum, nobis non prius auditis. Hodie tres noui creati ſunt Cardinales Hiſpani. Nomina eorum adhuc ignota etc.*

Ad cetera noſtra negotia quod ſpectat, inquit i) alio loco P. Maurus: *P. Placidus & ego nuper cum P. Buſaeo Aſſiſtente Germaniao S. I., & modo ante triduum iterum cum P. Generali Mutio Vitelleſco fuimus, & praemiſſis praemittendis, ac ex ejusdem verbis occaſione captata conqueſti ſumus, quod antiqua amicitia inter Benedictinum & Jeſuitarum ordinem diſſolui incipere videatur; ne hujus diſſolutionis cauſſam aliquam in nobis eſſe, ſed Patribus culpam imputandam, aliquibus in particulari exemplis propoſitis. Oſtendimus videlicet, editum fuiſſe ſeriptum valde offenſiuum Charitatis, & ejusdem ſocietatis Patres vel Auctores fuiſſe, aut certe, ſi hoc fateri nolint, ſaltem ab ipſis hoc ſcriptum Caeſari oblatum, & conſequenter approbatum fuiſſe: nos vidiſſe litteras a quodam Patre Societatis ad aliquem Rectorem ſcriptas ad aliquem Rectorem ſcriptas, in quibus ipſum hortabatur, vt omni modo & diligentia inquirat, quaenam, quibus in locis, quibus in Vrbibus Wirtenbergiae ſint Monaſteria: eſſe nunc occaſionem, quae ſi negligatur; centum annis non ſit reditura: Epiſcopum item Baſileenſem datis bina vice ad Reuerendiſſimum Abbatem meum literis conqueſtum fuiſſe de inſidiis, quas Patres S. J. contra Monaſterium Münſter dictum moliantur etc. Ad quae inter alia multa reſpondit P. Generalis ſibi magnopere dolere hanc antiquae amicitiae diſſolutionem: quis autem ejus cauſa ſit, ſe ſcire non poſſe: diſplicere ſibi ſummopere, ſi qui Patrum affectent Monaſteria aliena. Hoc a ſe illis ſaepius fuiſſe prohibitum; de ſcriptis illis contra ordines antiquos ſe nihil ſcire, multo minus de auctoribus eorum.*

h) *Tom.* 96. *fol.* 431. i) *Ibid. fol.* 429.

rum. Si sciret in particulari, qui vel minimum moliretur contra nos, curaturum se fore, vt non sit opus talem venire ad S. Petrum ad faciendam poenitentiam, se hinc illuc sufficientissime Correctionem transmissurum: Episcopum Basileensem forte deceptum rumoribus contra Societatem sparsis etc. Interrogauimus inter alia: an Litteras ab vtroque ordine nullas acceperit? respondit, se nullas vidisse, & si nos illarum argumenta sciamus, gratum fore illa ex nobis intelligere. Aperuimus aliqua, & in specie duo media proposuimus ab ipso tamquam Superiore Patrum adhibenda. Primum, vt ipse Pontifici & Caesari significari faciat mentem suam: videlicet displicere sibi, quae in istis scriptis continentur contra ordines antiquos; translationem Ordinis ad Ordinem nec esse, nec fore sibi gratam, vtpote amicitiae & Charitatis offensiuam etc. secundum, serio inhibere suis tales conatus, praecipue illis, qui versantur in aulis Principum, & qui contra id fecerint, corrigere. Policitus est multa, suamque operam & officia promptissima obtulit, gratum sibi futurum asserens, si plures suorum Patrum contra nos offensas in particulari sibi significaturi simus. Notis occurrit id, quod P. Capitell aliquando contra nos dicere auditus est; sed ea de re hic mentionem facere, consultum non videbatur. Si Paternitas vestra Reuerendissima similia in particulari ipsi scribenda putauerit, forte cum fructu faciet. Caeterum axioma est hic aliquornm, Patres Societatis in istis negotiis publice nihil, & omnia facere. Itaque nulla ipsi Monasteria petunt, sed Principes petunt. Speramus tamen non omnia obtenturos. etc. Romae 13. Julii 1630.

Interea Jesuitae, & prae ceteris PP. Paullus Laymann & Eugenius Lauanda, conscio quam certissime suo Generali, a scriptis suis diuulgandis non tantum non desistebant, sed aliis superadditis tam celeri simul, & occulto pede gradum promouebant, vt totum sui Ordinis meritum in antiquis ordinibus publice diffamandis constituisse viderentur. Abbates nostri harum Calumniarum refutationem se & publico & Religioni debere arbitrati, non potuerunt, quin Jesuitarum vias, lacunas, & machinationes detegerent. Caspar Schoppius, aut quod idem est, Scioppus ad nos perquam opportune 4. Januarii anno 1631. delatus, hanc in se lubentissime suscepit Prouinciam, paucosque intra Menses apud nos suam *Astrologiam Ecclesiasticam, atque astrum inexstinctum* composuit, quo solo nescio auctoris, an operis rumore totus Jesuitarum orbis, quasi fulminum vibrandorum praescius, ita contremuit, vt tempestatis hujus minus a se amoliturus, asylum in auctoritate Nuncii Lucernensis petendo quaereret, & quaerendo se inuenisse crederet. Hoc certum est, quod hic liber,

ber, si vel a Nuncii arbitrio, aut Potestate dependisset, in extremas tenebras amandatus, inter pulueres & tineas contabuisset.

Noluit equidem in primo statim Limine Abbates offendere, & Chordas nimium intendendo, Choros remouere potius, quam allicere. Nam quum nuper primum Lucernae aduenisset, statimque 20. Julii nomine Congregationis Benedictino Sueuicae k) solemni legatione salutatus fuisset, & Benedictinis blandiri, & Jesuitis Seruire voluit. Quare 29. Augusti Abbati nostro Litteras in hunc tenorem perscripsit l). *Habeo pro comperto, quod Ordo S. Benedicti in hoc Scriptionis negotio nihil aliud curat, nisi propriam intentionem defendere: cum vero ex hoc vltro citroque allegationum genere, quae ad vulgum potius dantur, quam ad Judices, imminere facile possint in praejudicium Catholicae Religionis non exigua scandala: Idcirco ex officii mei Debito cogitaui operam meam interponere, vt ab hujusmodi themate vtraque pars abstinere deinceps velit, & sic vtraque bene contenta, si coram Judicibus competentibus sua Jura producant. Hinc est, quod ad Monasterium Rheinau quo ob hujusmodi duntaxat speciem, & ne isthinc Lucernam sit iter instituendum die 2da instantis Septembris, proficiscar, & propentius cupio, vt vel Reuerendissima Paternitas vestra, sufficienti totius Congregationis auctoritate instructa eo accedat, aut saltem cum pari facultate munitam mittat R. P. Carolum Curtium ejus Conuentualem, & communem amicum, vt citra merita causae, quae suis Judicibus omnino relinquo, transigere possimus, amicabilem vtriusque partis Cessationem ab hujusmodi genere edendi in publicum tractatus. Ego Dei gloriam, & duorum in Ecclesia Dei insignium Ordinum tranquilitatem & vtilitatem quaero: & ne talia scripta per manus haereticorum vagantia occasionem praebeant, vt lites Catholicorum immo Regularium eludant.*

Quod si una accedere non grauaretur D. Gaspar Scioppius eruditissimus & Doctissimus Vir, ipsemet testis oculatus esset, quanti a me fiat egregius illius valor & scientia. Admonui pariter R. Patrem Societatis. hujus Provinciae Prouincialem, ut aliquem ex suis ad me, in dicto Monasterio commoraturum, quantocius cum eadem auctoritate ableget, quem non dubito confestim executurum. Faxit Deus, ut cuncta prospere succedant, qui & Reuerendissimam P. V. incolumem seruet. Datum Lucernae die 29. Augusti 1631. Reuerendissimae P. V. studiosissimus Raymundus Scotus Burgi S. Domnini Episcopus Nuntius Apostolicus. Mppria.

Litteris

k) *Tom.* 96. *fol.* 499. l) *Tom.* 97. *fol.* 100.

Litteris hisce aliae ab eodem Nuncio ad Carolum Curtium die 9. Sept. ɔcedebant, queis ad accelerandum iter ab Illustrissimo Nuncio monetur, non tuit igitur Abbas noster quin communicato prius cum Abbate Ochsenhuso consilio PP. Carolum Curtium, & Maurum Baldung 14. Septembris legaret, non quidem ad transigendum, sed ad audiendum duntaxat, & ferendum. Altero vix die Rhenouiae ad Vesperam aduenere quum primo statim post septimam Matutinam Carolum ad se vocatum familiari colloquio persuadere niteretur, vt Abbatibus ad subprimendum librum conti Jesuitas scriptum auctor esse velit, praecipue quum ex Nuncio *Coniensi* probe sciret, quod Princeps *Fuldensis* in eadem secum sententia set, & deinde quam maxime, quod, etsi *P. Laymannus* in ordines acer- quaedam scripsisset, ostendi tamen nunquam possit, vel vnicum Monasterium ordini saltem Benedictino in Wirtenbergia ideo, id eum, propter us scripta ablatum, & societati oblatum fuisse etc. Respondenti Carolo, ɔod in re tanti momenti silere, idem foret, ac se reum profiteri, esse ɔinde duo, in quibus Congregatio se defendere deberet contra sui insatores: vt scilicet ostendat, se in primis ratione Integritatis morum & vitae regularis dein etiam ratione sufficientis doctrinae sufficientem quoque esse ɔeque societatis Religiosis ad reformanda restituta & si quae sint restituenda Monasteria. Subintulit Nuncius, se existimare laesam ordinis famam satis efensam fore, si per Decretum Romae edendum, omnia scripta anonyma ɔntrouersiam istam concernentia hactenus edita, & ipse P. Laymanni Liber subprimerentur, quod ipse propediem procuraturus esset. Verum negantibus Patribus hoc medium ad restituendum Ordinibus honorem satis sufficiens & efficax esse, addentibus tamen, se omnia fidelissime relaturos, Nuncius ad D. *Scioppium* declinans, cur ipse non venisset, rogauit? respondit Carolus, se labore aliquo in gratiam Imperatoris occupatum venire non potuisse; quid ergo, pergit Nuncius, instinctu vestrae Congregationis scribit? oc nescio, in responsis dabat Carolus; sed ego scio, addidit Nuncius, verum Monasterium ejus praesentia jam satis diffamatum est. Mox D. Scioppio scribam, ne quid audeat, nisi prius approbatum, in lucem edere, & multo minus *ex vestra Typographia.* Ad haec Carolus: nostra typographia am ante aliquot annos in hunc tantum finem erecta fuit, vt libri Musici d Chorum necessarii imprimerentur. Interim se vadem illustrissimae suae Dominationi fore, typis Weingartensibus nil, nisi prius debite approbatum n lucem publicam vnquam emittendum. His dictis Litteras encyclicas, quibus



quibus Reuerendiffimis DD. Praelatis defiderium hoc fuum, ad medium aperuit, protulit, iisque traditis Patres a fe gratiofiffimis verbis & Pollicitationibus die 17. Septembris dimiffit, qui proximo die iterum in Vineis aduenerunt m).

Nuncius ex refponfis Patrum praefentiens, fe fuis Confiliis aut parum aut nihil apud Abbates effecturum, fimulque timens, ne liber, cujus fubpreffionem tam anxie optabat, prius quam pro exfpectione fua publici juris fieret, litteris ad Abbatem Francifcum datis feuere prohibet, ne aut Typographiam erigat, aut in erecta absque obtenta facultate Librum praelo fubjici concedat n). Ad has refpondit Abbas: *Illuftriffimae Celfitudinis veftrae Litteras debita cum Reuerentia accepi, quibus mandat, ne citra fpecialem & expreffam a Celfitudine fua, vel Reuerendiffimo Epifcopo Conftantienfi in fcriptis obtenta licentia Typographiam, ejusue vfum in meo Monafterio, fiue in pertinentiis ejus, erigi vel admitti vllo modo permittam. Etfi hac monitione opus non fuiffet; nihilominus tamen hanc humillime exofculor, & ita accipio, vt mihi meoque Monafterio propriam Typographiam non ferio, ne perpetuo interdictam putem, quae neque a Concilio Tridentino, neque a Canonibus Monafteriis maxime illis, vbi Religiofi docti & Theologi aluntur, prohibita reperitur; immo pro Ingeniis excolendis & exercendis, otioque honefte & frugaliter terendo Religiofis quam maxime neceffaria, laudabilis & perutilis, ab Imperatoribus quoque ficuti Academiis, ita non fecus Monafteriis publico fancito permiffa eft etc.* o). *Interim tamen quorumdam aliorum, maxime Religioforum practicas fatis mirari non poffum, qui omnes modos & rationes adeo folicite excogitent, nil intentatum relinquant, quo Antiquorum Ordinum grauiffime infamatorum & laeforum juftam fui Defenfionem a fe amoliantur, filentiumque praedictis antiquis ordinibus imponant etc.* p).

Similis argumenti Epiftolam jam 14. Junii currentis anni Francifcus nofter a Celfiffimo & Reuerendiffimo Epifcopo Joanne acceperat, ad quas refpondit: „Quo minus vel ipfe, vel fuorum aliquis de refutando P. Laymanni libro „infcripto; *Jufta defenfio Sanctiffimi Romani Pontificis etc.* cogitaret, eo magis „fentire fe, in fua haut effe poteftate, id aliis quoque interdicendi: & fi „fors Illuftriffima Celfitudo fua, tale quid de D. Scioppio ex fuggeftione Pa„trum Societatis fufpicaretur, id fe nec adfirmare, nec negare poffe; vtpote „qui, quum in fuo Monafterio hofpitii jure ad Caefareae Majeftatis petitionem „frueretur, fuo haut ita fubjaceret imperio, vt ipfius aut fcripta fcrutari, aut „in

m) *Tom.* 97. *fol.* 92. n) *Ibid. fol.* 76. o) *Ibid. fol.* 69. p) *Ibid. fol.* 78.

„in negotia inquirere se absque injuria posse crederet; quare si absqua sua „culpa aliquid ederetur„ se excusatum habere gratiosissime dignaretur q).

Vix Marispurgum adtigisse responsum credebatur, quum jam Lucerna aliae adfertentur nam Abbatis excusatio in vtraque curia suspicionem in Scioppium vehementer augebat, adeo, vt quum jam tam Nuncius, quam etiam Episcopus de libro in Vineis nostris nec componendo, nec imprimendo, verbo Abbatis securi facti essent, a nemine, si a Scioppio nihil, timendum aliquid arbitrarentur. Quare vterque de ablegando ex Vineis Scioppio laborabant. Nuncius ergo hunc in finem nedum ad Abbatem nostrum, sed & ad ipsius fratrem Germanum Ecclesiae Cathedralis Constantiensis Decanum perscripsit litteras, vt ad saniora eum reducere, atque a libro *Rauenspurgi* imprimendo dehortari conaretur. *Adhuc*, inquit Nuncius, *negat D. Scioppius submittere censurae Ordinarii Ecclesiastici librum illum, quem ipse premit, vt Rauenspurgi imprimatur, seu, praetendit ipse, reimprimatur, nec edocto etiam praedicto ordinario de praetexta approbatione & impressione Romae facta, id quod sacris canonibus praxique resistit. Haec & similia ab animo Scioppii euellere non semel curaui, vsus etiam Reuerendissimae P. V. in cujus operam hactenus frustra speraui, licet ea spe confisus, illius pietatem in hac specie a me praesubpositam Laudatissimo D. meo Cardinali Barberino & summo Pontifici commendaueram, unde Paternitati Reuerendissimae vestrae non exiguae emanarunt laudes. Statui tamen hac etiam, licet peremptoria, vice amicabiliter tentare, an D. Scioppius obtemperare velit, suadente saltem Reuerendissima P. V. ad quam D. Decanus Constantiensis ejus Frater nomine meo ad hunc finem eam rogaturus se conferet. Quod si hisce modis non conuincatur D. Scioppius, auctoritatem experietur Illustrissimi D. Ordinarii juxta tenorem Litterarum mearum, quas eidem D. Decano Reuerendissimae Paternitati vestrae communicandas scripsi. Ego equidem maxime optarem vt D. Scioppius juri acquiesceret, sed si suo capiti insistit, teneor Illustrissimo D. Episcopo assistere, ne in partibus Nunciaturae meae ita aperte illudatur Ecclesiasticae jurisdictioni etc. Lucernae die 8. Nouembris 1631.* r)

Ad has ita respondit Abbas. *Litteras Illustrissimae Celsitudinis vestrae ea, qua par est reuerentia a D. Decano Constantiensi Germano meo accepi, & quod volebat, eo studio exequutus sum, vt Illustrissimae Celsitudini vestrae plene a me satis-*

q) *Tom.* 67. *fol.* 105. r) *Ibid. fol.* 114.

 

tisfactum esse, mihi persuasum habeam, prout ex Domini Germani mei, vel ex ipsiusmet Domini Ordinarii, ad quem Dominus Gaspar Scioppius hoc ipso momento pro sua Defensione proficiscitur, relatione prolixiore intelliget etc. Datae Weingarten 15. *Nouembris anno* 1631. s).

Interim Dominus Caspar Scioppius Marispurgo redux etsi se satis ab impositis sibi Calumniis purgasset; tamen ne per librum suum, quem amore ordinis nostri omnino diuulgandum constituerat, aliquas vexationes crearet, 12. Martii anni insequentis 1632. a nobis libera voluntate discessit, & tandem anno 1634. partum suum ex officina *Sangeorgiana* progredi jussit, vbique nisi a solis Jesuitis, eorumque Fautoribus ambabus manibus exceptum. Ad hunc quidem refutandum varii ex Jesuitarum grege praecipue P. Paullus Laymann, P. Joannes Crusius, & Eugenius Lauanda Calamum arripuerunt, quos tamen R. P. Romanus Hay egregie depexos domum remisit, adeo, vt opus quod sub fictitio nomine *Eugenii Lauandae* prodiit, 10. mensis Septembris anno 1640. ab Vniuersate Viennensi tamquam libellus infamis proscriptus & damnatus fuerit, sub irremissibili poena triginta Imperialium & confiscatione librorum, qui hoc Schediasma vel imprimere, vel venale exponere, aut retinere praesumsisset.

Haec erant Casparis Scioppii pro amore, quo veritati, & Ordini nostro addictus erat, fata; quaenam P. Romani, viri sane doctissimi simul & Religiosissimi fuerint, melius est silere, quam loqui.

23. Nov. e. a. Reuerendissimus D. Abbas *Franciscus Blauburam* proficiscitur ad electionem noui Abbatis post restitutionem Monasterii 28. iterum eo proficiscitur praefatus D. Abbas ad electionem Abbatis. Qui primus post restitutum a Ferdinando II. sacrum ordinem, idem vero & vltimus Abbas electus fuit ex gremio nostro Reuerendissimus D. *Raymundus Rembolt* Augustanus, patritia familia ortus.

1. Dec. Promulgatum fuit festum immaculatae Conceptionis B. V. M. solemniter deinceps feriandum & celebrandum, quod a S. D. *Vrbano VIII.* Pontif. Max. impetrauit gloriosissimus Imperator *Ferdinandus II.* partim vt majorem suorum vestigiis inhaereret, partim in gratiarum actionem pro tot intra decennium obtentis victoriis etc.

Annus

s) *Ibid. fol.* 116.

Annus iste. M. DC. XXX. merito inter optimos & felicissimos a Deo Opt. Max. nobis concessos numeratur. Fuit enim frumenti & vini, fructuumque omnis generis copia ditissimus, dum superiorum duorum annorum omnium rerum charitas hoc, quasi momento, sublata est: & quae summo pretio emenda erant, jam vili omnino comparari potuerunt. Vnicum hujus rei argumentum sit: Mensura vini paulo melioris superioribus annis 20. 24. 28. crucigeris in his nostris partibus distracta est. Hoc vero anno pretium adeo remisit, vt optimi vini mensura 5. 4. 3. 2. crucigeris in multis locis, praesertim ad locum bodamicum coëmi potuerit.

Verum vt mortalis haec vita in felicitate perpetua transigi nequit, ita habuit etiam hic annus suas calamitates & miserias. Aliquot in locis horribiles grandines vinum & frumentum misere depopularunt. Pestis insuper aliquot loca inferioris Sueuiae corripuit, & praesertim *Biberaci* & *Vlmae* multos mortales extinxit. *Mediolani* conspirauit inter se nequissima hominum colluuies, qui inaudita nequitia vestes, fores, scamna, suppellectilia varia veneno pessimo inficiendo multa hominum millia misere extinxerunt. Ejus veneni tanta vis fuit, vt qui illud tetigerat nullo remedio juuari potuerit. Quidquid veneno hoc contactum fuit, flammis expurgari debuit. Hinc ex templis subsellia omnia, ex Domibus lectisternia, scamna, mensae, vestes etc. exusta fuerunt.

Anno 1631. 12. Jan. Hinc in Ochsenhausen abiit R. P. *Augustinus Brendlin* cum Reuerendissimo D. Abbate Ochsenhusano ad Comitia benedictina omnium Congregationum ejusdem ordinis per Germaniam destinatus. Inuitati fuerunt a Directore horum Comitiorum Reuerendissimo Principe ac Domino *Bernhardo a Schweinfurt Fuldensi Abbate ex Heluetica*, *Sueuica*, *Austriaca*, *Alsatica*, *Bursfeldensi*, *Saxonica* Congregatione qualibet, aut duo Abbates, aut ad minimum vnus Abbas cum adjuncto sibi Religioso, tractaturi de vniuersali vnione Benedictini ordinis per Germaniam facienda. Heluetici & Augustani Abbates non comparuerunt. Reuerendissimi D. *Franciscus Weingartensis*, D. *Balthasar Zwifaltensis*, nec non D. *Casparus Alberspacensis* Abbates, Adin R. P. Prior Zwifaltensis, P. *Carolus Kurz* Weingartensis, & D. *Philippus Gabelius* I. V. D. Cancellarius Weingart. profecti sunt *Constantiam*, tractaturi cum Episcopalibus de Visitatione monasteriorum Ordinis & Congregationis nostrae. Quaestio fuit: an Episcopus visitare debeat, si visitator or-

 dinis



dinis & Congregationis diligenter visitet? Contendebant Constantienses ita fieri debere. Nos negauimus, nisi in casibus quibusdam grauioribus & extraordinariis.

19. Januarii Ratisponae in aedibus D. Joannis *Vogelii* ciuis catholici habitus fuit primus Conuentus R. R. D. D. Abbatum Ord. S. Bened. per germaniam. Cui interfuerunt Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps *Bernardus Fuldensis* Abbas. Admodum R. & nobilis Dominus *Joann. Georgius a Langenck* nomine Illustrimi & Reuerendissimi Principis *Campidonensis*. Reuerendissimus Dominus *Antonius Abbas Garstensis* S. C. *M.* Consiliarius & in superiori Austria deputatus ordinarius. Reuerendissimus Dominus *Bartholomaeus* Abbas Ochsenhusanus Congreg. Bened. Sueuicae Visitator. Reuerendissimus Dominus *Martinus Hennich* Monasterii S. Mauritii in Toleya Congregationis Borsfeldensis. Reuerendissimus Dominus *Andreas ad* S. Petri Salisburgi Abbas. Reuerendissimus Dominus *Fridericus Dauensperg* Archi-Abbas Hassefeldensis. Admodum Reuerendus & Magnificus Pater *Matthaeus Weis Rector Vniuersitatis Salisburgensis*. Reuerendus Pater *Dauid Gregorius Kornerus* SS. Theologiae Doctor, Prior Gottwicensis, Congregationis Austriacae Secretarius. P. *Augustinus Brendlin* Conuentualis Weing. P. *Romanus Molitor* Monasterii Seon SS. Theolog. Licentiatus. Reuerendus Pater *Robertus Blöd* e S. Gallo Illustrissimi Principis Fuldensis Confessarius. P. *Romanus Hay* Ochsenhusanus, & praesentis conuentus secretarius. Porro in hoc Conuentu vnierunt se pleraque Monasteria Germaniae & Congregationes cum Congregatione Bursfeldensi, & Bursfeldensis se mutuo cum illis; ita vt ex pluribus Congregationibus & Monasteriis conflata sit vna Congregatio, quae appelletur Congregatio ordinis S. Benedicti per Germaniam alias Bursfeldensis. Durauit iste Conuentus usque ad diem 25. Januarii. *)

Fuit annus iste ob serenitatem & salubritatem aëris in nostris partibus plus quam felix, vini & frumenti feracissimus. Victualia pene omnia vili pretio comparabantur, vinum praecipue, quod ad lacum bodamicum multis in locis vilissimo pretio fuit distractum, imo gratis datum ob inopiam vasorum. Marckdorffii D. Abbas Salemitanus amphoram vini quod anno 1627. creuerat tribus baciis aegre distraxit. In nostro etiam Weingartensi Monasterio

*) *Eodem anno 1631. Dominum Joannem Bosch ab Hermanno Egone Comite Furstenbergensi praesentatum, in Ecclesia Collegiata Bettenbrunensi solitis Ceremoniis inuestiuit.*

ſterio vendita eſt menſura vini duobus crucigeris etc. Vnde merito annus iſte inter optimos & feliciſſimos numerandus fuiſſet, niſi bellicis tumultibus, variis deductionibus militum, & praeſertim *Tilliana* clade euaſiſſet funeſtus. Nam 17. Sept. *Comes Joannes Tillius* Dux exercitus catholici, Regum antehac victor, & perpetuis annorum ſuperiorum victoriis notiſſimus & feliciſſimus hac die prope *Lipſiam* in Saxonia cum ſuo exercitu a copiis *Guſtaui Adolphi Sueciae Regis*, & *Joannis Georgii Ducis Saxoniae* ingentem cladem perpeſſus eſt, in qua ex parte *Tillii* coeſa feruntur decem millia, & ex parte hoſtium ſeptem millia quingenti. Ea victoria vtendum ratus Suecorum Rex in ipſum S. R. I. meditullium irrupit. *Franconiam* fere omnem ſibi ſubjugauit. *Herbipolim* coepit, indeque in vicinas Regiones hoſtiliter irrupit. Dici non poteſt, quantus ubique fuerit terror, nemine tanto aduerſario reſiſtente. Et quod mali caput erat, ipſi Principes & magnates inter ſe cum maximo Prouinciarum periculo diſſidebant. Periculum maximum imminebat Epiſcopatibus & Monaſteriis, praeſertim iis, quae in *Wirttenbergia* praecedente anno reſtituta fuerunt.

Anno 1632. menſe Aprili Sueci milites *Vlmae* commorantes Monaſteria undique circumiacentia inuaſere ac depraedati ſunt: tantumque incuſſere terrorem, vt omnes eorum incolae fugam arrigerent, aliisque in locis ſecuritatem quaererent. Confugere a diuerſis locis ad nos quam plurimi. 6. Aprilis ex *Ochſenhauſen* aduenerunt Patres 6. ex *Petershauſen* Pater unus cum quinque tyronibus tunicatis. 10. Aprilis ex *Wiblingen* Patres quinque. Quare 11. Aprilis in refectorio noſtro una cum noſtris Patribus menſae regulari aſſederunt Religioſi Benedictini, ſi Lectorem & miniſtros addideris, ſexaginta quatuor, praeter Patrem unum Wiblingenſem aegrotantem, qui priuatim cibatus eſt.

14. Aprilis aduenit ipſe Reuerendiſſimus D. Abbas *Ochſenhuſanus* cum P. Subpriore & aliis Patribus, quem quindecim ſecuti ſunt: fratres ſeptem. Ex *Ottobura* nouem. P. Subprior ex *Isne* & alii plures. Refecti ſunt igitur hoc die partim in triclinio noſtro, partim in aula Religioſi ſeptuaginta duo. Aduenere eodem veſpere Patres quatuor ex Monaſterio *Marchthal* Ord. Praemonſtratenſis & D. Abbatiſſa ex *Vrſpringen* cum omnibus monialibus ſuis, quae in aula refectae ſunt.

L l l. 3 20. Apri-



20. Aprilis ob imminens periculum, quod a Suecis nobis instabat, in *Veldkirch* profecti sunt sexdecim Patres & Fratres nostri, qui die sequenti salui omnes & incolumes eo peruenerunt.

Praeterundum hic non est singularis amicitiae Benedictinique spiritus & charitatis indicium, quod inprimis Reuerendissimo Domino Abbati nostro, tum omnibus Patribus nostris exulibus exhibitum fuit a Reuerendissimo & Illustrissimo Principe ac Domino *Placido* Abbate *Einsidlensi*. Is cum intellexisset Sueuiae nostrae miserias, scriptis propriis ad Reuerendissimum Abbatem nostrum humanissime litteris, eum ac omnes Patres exules in suum Einsidlense Monasterium sincero animo inuitauit, suumque Monasterium & omnia sustentationi nostrae necessaria liberalissime obtulit. Quod eo magis mirandum, quia hoc ipso tempore ob Ditionem *Blumenegensem* & Praepoſituram *S. Geroldi* propter quaedam Jura, quae utraque pars sibi deberi authumat, utrique Domini Abbates non bene conuenire videbantur etc.

Non minus humanum in eodem genere inuitationis se exhibuit Reuerendissimus & Illustrissimus Princeps ac Dominus *Jodocus* Fabariensis Abbas, qui manu propria exaratis litteris & Reuerendissimum Dom. Abbatem nostrum, & aliquot Patres humanissime non inuitauit tantum, sed ad se inuisendum prope adjurauit. *) Ita etiam temporibus non solum felicibus, sed etiam nubilis & minus fortunatis amicos fidelissimos inuenimus. Benedictus Deus!

23. Aprilis D. *Joannes Martini* Monasterii nostri Praefectus, scriba Altorffensis, & alius quidam nomine Prouinciae (Landschaft) cum suecicarum copiarum Duce *Biberaci* commorante, vt essemus ab incendiis, direptionibus etc. immunes, pacti sunt in singulas hebdomadas numerare 250. taleros. Victualia vero in singulos dies pendi debebant 2. armenta, panes 300. amphorae vini 20. duo currus foeno onusti, & duo stramine. Insuper vexillifero qui *Rauenspurgi* in domo nostra morabatur, in singulos dies dari debebant 4. Imperiales.

6. Maji. Intempesta nocte circa 10mam Sueci milites, qui *Rauensburgi* morabantur, recessuri *Altorffium* petierunt, non tam oppidum quam etiam

vt

*) *Consule Epist. ad P. Bucelinum datas, quarum & suauissimas quidem, plures retinemus ab hoc doctissimo ac piissimo Principe Abbate ad eum datas.*

vt fama ferebat, Monafterium fpoliaturi & fuccenfuri. Sed ab Altorffenfibus ciuibus tertio repulfi, & infolito praeterea perculfi terrore fugam verfus *Schuffam* Fluuium arripuere. Faffi funt tunc ipfimet Evangelici Rauensburgenfes, fuecos tanto confternatos pauore *Rauensburgum* reuerfos effe, vt dum ad abitum parare fe deberent, quid agerent penitus ignorarent, rogarintque Ciues, vt adjuuarent, & viam qua fecuri abire poffent monftrarent.

6. Julii dies calamitofus nobis nimium fuit. Mane circa horam fecundam Confrater nofter *Rupertus Khuen de Belafi* acutiffima febri decumbens in rabiem verfus e lecto fefe proripuit — — horribiliter deinde clamare incoepit, vt fugeremus, fuecum breui adfuturum, effugium quo elabi queamus, non dari, nifi verfus *Baind* (Monafterinm fanctimonialium Cifterc. Ordinis) ipfe vero totus rabidus & compedibus conftrictus tota die horrendum vociferabatur: o we! o we!

Circa mediam feptimam antemeridianam plura incendia verfus oppidum *Sulgen* vifa funt. Accurrerunt paulo poft nuncii, qui oppidum captum indicarunt qua propter plures e noftris *Veldkirchium* aeucti funt. Vefpere circa mediam quintam trifte nobis nuncium tulit *Joachimus Pfifter*, noftros & Altorffenfes Ciues & rufticos, qui in *Sylua Weingartenfi* verfus *Waldfee*, & apud *Schrekenfee*, munimentum fibi quoddam pofuerunt, viisque abfe iftis abjetibus & arboribus, ne qua hoftibus pateret acceffus, obftructis, vigilias agebant, ab *Ernefto* & *Bernardo de Weimar* in fugam actos, caftra eorum occupata & expugnata, ideoque & noftram falutem non nifi in fuga fitam effe, eamque accelerandam, nifi ab imminenti hofte comprehendi velimus. Quare ipfemet per totum Monafterium praefertim Conuentum difcurrit, & quoscunque obuios habuit, vi expulit poft feptimam totus in agris apparuit *fuecicus exercitus*, qui ciues & rufticos, quotquot deprehendit, absque omni Comiferatione fugauit, interemit. Ab immanitate ifthac nec Monafterium noftrum immune fuit nec incolae ac ferui ejus; duo enim eorum corpore non bene fani, qui & ideo abduci non poterant, crudeliter interempti funt, Reuerendus F. *Rupertus Khuen* & *Joannes Maier* fcriba.

R. F. *Rupertum Kuen*, cujus fupra mentio facta eft, ob malam difpofitionem fuam nobiscum abducere non poteramus, fed conftrictum vinculis folo tectum indufio, homi fupra faccum arefactis repletum foliis relinquere coacti fumus.

ſumus. Ei, vt plurimi referunt, Lutheranus quidam e vicinia lanio, bipenni caput cominuit, & bruti inſtar maſtauit. Ita enim elapſis undecim poſt abſceſſum hoſtium diebus comminuto capite ſupra ſaccum jacens & mortuus repertus eſt. Effigies ejus vltra medium corporis in eodem ſacco proprio ipſius ſanguine ita perfecte expreſſa fuit, vt omnia ejus membra ad tales vsque diſtincte diſcernerentur. Cutis de calcibus calcei inſtar abſtracta & ſeparatim inuenta adhuc reſeruatur.

In innocentes ita crudeliter ſaeuiiſſe incolas barbaro militi non ſuffecerat. Ipſum etiam Monaſterium miſere deuaſtandum erat. Initium a ſacris factum. Inuaſerunt enim templum majus, & nefandas inprimis manus in Altare ſummum injecerunt. Sanctuarium ſeu ſepulchrum ejus violauerunt. Angelorum & ſanctorum in tabernaculo collocatas imagines dejecerunt, confregerunt, ſecarunt, ludibriis affecerunt. Nec ipſi ſanctiſſimo Nomini Jeſu parcentes, quod in ſummo Tabernaculi apice deauratis circumdatum radiis fulgebat. Violarunt etiam & infregerunt ſepulchra altarium *Ss. Petri & Pauli, S. Jacobi, S. Leonardi* reliqua intacta relinquentes. E cymeliis Thuribulum argenteum 30. Marcas appendens, *Caput S. Joannis Baptiſtae argenteum* cum patina, omnis generis Ss. veſtes tam viliores quam pretioſiores ablata ſunt. Organa tria ita deperdita & confracta ſunt, vt nulli deinceps vſui eſſe potuerint. Imaginibus, quae in ſubſelliis chori exſculptae & artificioſe elaboratae erant, naſi petulanter detruncati. Gazophilacia in ſacellis *S. Leonardi, Ss. Sanguinis Chriſti*, & ad altare *S. Sebaſtiani* perfracta & expoliata. Ligneae ante Reconditorium Ss. Reliquiarum ſicut & aliae portae templi omnes perfractae etc. Conclauia, pergulae, Cubilia etc. omnia plena ſordibus, plumis, foliis ubique diſperſis & circumuolitantibus, quae ex conſciſſis culitris & lectis eijecerant. Feneſtrae totius Conuentus & praeſertim Triclinii omnes excuſſae. Periſtilia & Hypocauſtum Recreationis Equilia fuerunt. 2. Vel 3. centenaria Butyri, vini plauſtra circiter 40. magna frumenti copia cum praecipua ſupellectili, vaſis e ſtanno & cupro, lectis, veſtibus etc. tam a militibus quam ipſis Inquilinis ablata; vt ita ſpoliati an plus a militibus, an ab amicis & domeſticis fuerimus? ignoremus. Hoc vere tunc dicere potuimus: *Jnimici hominis domeſtici ejus.* Reuerſi enim ſedato non nihil hoc turbine belli nonnulli noſtrum ad Monaſterium pertinentia non pauca in alienis domibus intuiti ſunt. Sed ea quis repetierit? haec breuiter & confuſim. Conſtans fama ferebat Suecos ſacris templi noſtri indutos veſtibus, choreas duxiſſe

duxisse in pomario Rauenspurgensi quod *auf der Kuppel* vocant, aliumque ad eas admisisse neminem, nisi qui hujusmodi larua tectus incedebat. Anno 1633. 5. Jan. Nonnulli Patrum nostrorum e fuga ad Monasterium reuersi sunt. Culina clausa est, & coqui cum omni suppellectili migrarunt in culinam Conventus, ex qua deinceps tam Conuentus, quam hospites & famuli aulici cibati sunt. 10. Julii e cathedra nostra Praedicans Lutheranus verba fecit, quando *Bernardus* &. *Ernestus Weimarii Duces* aliquot militum millibus Monasterium nostrum occuparunt. Anno 1634. 27. Jan. primo mane *Gustauus Hornius* mille equitibus *Rauenspurgum* inuasit & *Altorffium*. Ante portam Monasterii aliquot Equitum turmae pluribus horis a media circiter quinta summo cum silentio consistebant, vt nobis exitum occluderent. Diu dubitatum Suecine essent an Caesariani, donec a quodam Altorffiensi moniti Suecos esse, cum Reuerendissimo D. Abbate plerique paucis exceptis applicatis ad murum horti nostri (Hanfhalden) scalis, e manu hostium elapsi sunt. P. *Petrus Molitor* Oeconomus, qui cum caeteris non auffugerat, vt hostium nonnihil cederet furori, quinquaginta duabus horis lumborum tenuis in aqua sub rotis molendini stetit absconditus, qui die Dominico proxime sequenti 29. Jan. a quodam Monasterii nostri pistore, qui pecunias suas ibidem absconditas requisiturus aduenerat, casu deprehensus, in pristinum ductus, totusque a die Jouis vsque ad Dominica jejunus & frigore pene exanimatus, cibo & potu refectus caloreque refocillatus est. De nocte postea ipso Dominico die cum aliis indutus saecularibus vestibus ligonem humeris portans quasi glaciem soluturus extra portam ductus, & occulte dimissum ad alios *Brigantium* auffugit. Stupendum sane, quod frigore tum temporis intensissimo non totus obriguerit. *P. Placidus Kessenring* Granarius, & cum eo *Petrus Ibelin* scriba oeconomiae a duobus Suecis comprehensi pecunia spoliati & vestibus abire permissi sunt. *P. Joannes Spies*, & *P. Sebastianus Luz* vestibus induti saecularibus *Brigantium* venere. *P. Marcus Schmid* defensis scalis intra proximas aedes & murum in horto a Sueco milite deprehensus, stare & quis, cujusque Conditionis esset, indicare jussus, cum Religiosum se esse fateretur, dimissus est. Conspexerat etiam & insequebatur idem ipse miles alius quoque per plateas & hortos discurrentes, quos tamen cum itidem Religiosos esse intellexisset, liberos abire permisit, sicque juuante Deo per Syluas, montes & abdita viarum auffugientes tandem omnes *Brigantii* conuenere. Quidam aliquanto tempore ibidem mansere, a notis & amicis suis recepti: caeteri ad S. Joannem Veldkirchium profecti sunt.



Addit *R. P. Gabriel Buzelinus*, quae ſibi tunc contigerint. Primiſſarium tunc agenti mihi nuntiatum cum jam ſacras induturus eſſem veſtes, hoſtem omnes Coenobii portas arcte obſidere: rogatusque quid facere diſponerem? celebrare, inquam, volo: neque enim meliore me loco hoſtem, quam ad aram deprehenſurum eſſe. Sacris proin operatus non ſine ſingulari Numinis gratia nihil tentantibus interim hoſtibus, poſtmodum cum Reuerendiſſimo D. Abbate & reliquis Patribus per murum inferioris horti euaſi in nomine Domini: Suecis in deſertum a nobis Monaſterium tunc primum vim intentantibus, cum jam omnes in ſyluas euaſiſſemus. Fuit hoc vltimum, quod tunc feci, in Monaſterio ſacrum, cum deinceps longo tempore ſacris & ſacraficiis eſſet deſtitutum, & Praedicantibus Acatholicis ſubeſſet miſere & hoſtiliter direptum, non ſine prodigiis ſubinde conſeruatum.

Anno 1635. Calamitates Patriae noſtrae plures intulit, quam enumerari & explicari queant. Saeuiebat enim miles, graſſabatur peſtis & rerum omnium ſumma caritas inualeſcebat. Militum inſolentia & depraedatio vias modosque omnes accluſerat, ne vel agri coli vel frumentum & victui neceſſaria alio aduehi poſſent. Hinc fame plurimis & peſte pereundum fuit. Fames tanta erat, vt etiam cadauera fuerint effoſſa & deuorata. *Alſatiae* incolae magiſtratus acceſſere petitum facultatem effodiendi cadauera & comedendi, quod hactenus inauditum. *Auguſtae Vindelicorum* pueri multi ſurrepti & amiſſi ſunt, haud dubie victima facti in ſaginam famellicorum. A milite tam *Caeſareano* quam *Sueco* quantum ſola *Sueuia* perpeſſa ſit, vix exprimi poteſt, verbo: vbique miſeria & calamitas.

Annus 1636. priore parum felicior, 10. Jan. cum equites Cathaphracti *Comitis Schlikii*, qui hactenus *Rauenſpurgi* & his vicinis in locis hyberna tenuerant, ſatisque inſolenter ſe geſſerant, abire hinc mandarentur, villam noſtram *Wezisreutin* combuſſerunt. Ruſtico cuipiam, cui nomen *Boſer*, funem vnum collo, alterum verendis partibus injecerent, ſicque horrendum in modum miſerum hominem intolerabili dolore hinc inde traxerunt, vt propemodum exanimaretur. Generoſum amici & Caeſariani militis facinus! de pluribus aliis ſilendum ſatius quam dicendum. Quale id quod ſequitur: Menſe majo duos ſacerdotes captos inhumano & inaudito modo ita excruciarunt *Ducis de Modena* milites, haec per loca tranſeuntes. & *Hiſpano* in *Italia* militaturi. Vnum medium per ventrem ſerra diſſecuerunt. Dem andern

deren

deren haben sy die zündtstrikh, als wan sy einen Haafen spickten durch hauth und flaisch gezogen, selbige angezündt, und ihn alſo elendiglich verbrendt etc.

6. Nouembris cum Reuerendissimus D. Abbas *Franciscus* quasi debellatum jam esset, *Veldkirchio* reuerteretur ad *Vineas*, tristissimam rerum faciem invenit, cum vndique ex aedibus desertis ipsis etiam ex hypocaustis virgulta cerneret & arbores excreuisse, & ab *Arga* fluuio in vineas vsque nemo mortalium nisi prope *Rauenspurgum* & *Altdorff* occurreret. Quodque mirandum, nulla auicula toto itinere conspicuam se praeberet, quasi cum hominibus jussae essent exulare.

Anno 1637. Mense Julio Belli tempestas in tantum sedata est, vt saltem *Libros sepultos* ne penitus interirent, iterum eruere e terra liceret. Hactenus Synchronus scriptor: Cujus reliquam narrationem suo loco rursus audiemus.

Turbidissimis his temporibus exul Abbas, tamen vt colonos submitteret exteris coenobiis, impetebatur. Epistolas damus, quarum autographa prae manibus sunt: *Philippi Lambacensis* Abbatis sic habent:

Reuerendissime Amplissime Domine Dominus Confrater in Christo colendissime.

„Nullus mihi dubitandi locus relinquitur, quin Reuerendissimus Dominus „Praesul ordinem S. Benedicti in omnibus prouinciis & cunctis locis lubens „volensque promouere desideret; vti & mihi minimo omnium totius ordinis „nil gratius nil jucundius in hac lachrymarum valle esse poterit, nisi quando „videro in Vinea nostra quam Deus benedictione S. Benedicti & intercessio„ne plantandam nobis tradidit, de die in diem vel de mense in mensem mul„tiplicari veros operarios. Qua de causa cum sciam Reuerendissimum Domi„num Praelatum tenerrime amare Religionem nostram, maxima confidentia „summam a Reuerendissimo Domino Praelato efflagito gratiam. Cum ante „5. menses indignissime ad Abbatiam Lambacensem postulatus sim, ibique in „vinea Domini mihi Concredita paucos vel raros operarios inuenerim, digne„tur mihi tres PP. RR. Religiosos ad 2. vel 3. annos concedere. Duos, qui „aliquo modo concionatores agerent, & tertium pro Magistro Nouitiorum. „Tractabo illos vt filios mihi Charissimos. Similem, vt verum fatear, gra-

 „tiam



„tiam quamdiu vixero licet recompensare impossibile mihi erit, Deus & S. „Benedictus meo loco centuplum retribuent, & Illustrissimus & Reuerendissi„mus Princeps Episcopus Viennensis Abbas Cremiph. *) cujus creatura & „Professus sum, & 8. annis indignus Capellanus fui omni occasione gratissi„mum se ostendet. Spero etiam intercessionem Reuerendissimi S. Petri Ab„batis mihi profuturam. Hisce me humillime etiam atque etiam commen„do. Raptim Salisburgi 26. Nouembris. Reuerendissimae & Amplissimae „Paternitatis vestrae.

Minimus in Christo Confrater.

F. PHILIPPUS NAGL, *Abbas Lambacensis Mpria.* **).

Porro epistola Abbatis *S. Petri* ad quam prouocabat Lambacensis sic habet:

Reuerendissime & Amplissime Domine Domine Praesul plurimum honorande etc.

„Rogauit me Reuerendissimus Dominus Abbas Lambacensis qui in suo „Monasterio obseruantiam regularem, temporum injuria collapsam, restaurare „cogitat, quatenus vna cum ipso meas interponerem preces: vt duos ex „Reuerendissimae Dominationis vestrae Patribus (ipsi enim laudabilis conuer„satio Patrum Weingartensium dudum jam innotuit) alterum qui *Prio„rem*, alterum qui Nouitiorum Magistrum & Concionatorem Monasterii age„ret, transmittere non grauetur. Cum itaque dictum Monasterium inter „nobiliora Ordinis Benedictini Superioris Austriae habeatur, & ipse Domi„nus Abbas inter magni nominis primarios apud Sacram Casaream Majesta„tem (vtpote a sua Caesarea Majestate ad Abbatiam Lambacensem commen„datus) censeatur, & exinde negotio Monasterii Weingartensis, si occurre„rent, multum promouere possit; ideo rogarem Reuerendissimam amplitudi„nem vestram vt petitioni aequissimae honorem S. Ordinis Benedictini con„cernenti condescendere, duosque aut plures, qui dictis officiis cum laude „& vtilitate praesint, sanctamque disciplinam pristino vigori restituant, ad „duos

*) *Antonius Wolfrat de quo supra.*

**) *Vide R. P. Pachmayer Ser. Abb. Cremif.* 451. *quae ex hac epistola lucem accipiunt.*

duos saltem annos, vel vsque dum radicem restituta obseruantia firmarit, affectu paterno, quem erga sacri ordinis aedificationem gerit, ad Monasterium Lambacense dirigere non dedignetur. Olim & fructu Reuerendissima Paternitas vestra gaudebit, & vna mecum Reuerendissimus Dominus Abbas Lambacensis tantum fauorem aeternae memoriae consecrabit. Deus O. M. Reuerendissimam Paternitatem vestram suis & S. Ordini diutissime conseruet incolumem. Datae Salisburgi ad S. Petrum Ao. 1634. Dec. 2. Reuerendissimae ac Amplissimae Dominationis vestrae Seruus perpetuus.

F. ALBERTUS, *Abbas Mpria.*

Vtrique prope in eandem sententiam rescripsit Franciscus Abbas noster. *Lambacensi* hoc tenore:

„Reuerendissime etc. Interceptae an neglectae R. P. V. cum adjunctis Reuerendissimi Abbatis Salisburgensis Litterae, quas 26. Nouembris Superiore anno dederat, 27. primum Januarii mensis mihi sunt redditae, vt doleam non parum, moram ejusmodi meum gratificandi studium R. P. V. suspectum reddere potuisse. Quibus quidem litteris opere dignius quam verbis responsurum eadem nunc mora moratur, non sine causa subuerentem, ne quos ad votum R. P. V. mittere decreueram, nimis seri venirent, petitis & accitis jam aliunde colonis, quod operam mei suam diutius distulissent. Neque sane, si mature & recte etiam fuissent redditae, cum hyemis inclementia tum copia niuium, ac ea insuper quae a milite & infectione pericula sunt, aliter siuissent, sinerentque. Quare, si R. P. V. etiamnum placeat operam nostram experiri, de instituenda securius itineris ratione cupimus edoceri. Quantumuis enim amplissimus Wirtenbergiae & nostrae etiam Sueuiae ac Rhetiae ager copiam sane operariorum non parvam requirat, malim tamen de meis etiam rebus ac commodis aliquid detrahere, quam tam piae & religiosae petitioni minus satisfacere, meo inprimis erga sanctissimum Ordinem, illustrissimum Viennensem Pontificem & Reuerendissimam Paternit. vestram studio, bene merendi occasionem omnem vltro expetente & exambiente. Mittam proin duos tresue e sinu & gremio meo in Reuerendissimae P. V. obsequium & amplexus, suam, qua valent, operam ac industriam in his quae imperata fuerint promptissime probaturos. Responsum ergo exspecto & R. P. V. tam dignis tanto honore conatibus

„ſucceſſus a Numine feliciſſimos precor, & me beneuolentiae ipſius ac preci-
„bus plurimum commendo. Veldkirchii ad S. Joann. 8. Febr. Ao. 1635.

FRANCISCUS, *Abbas Weingartenſis Mpria.*

Ad Abbatem Salisburgenſem hae in Shedis praedicti Abbatis Franciſci extant reſponſoriae:

„Reuerendiſſime etc. Litteras 2. Dec. datas, multo poſt mihi redditas 27. „nimirum Januarii accepi, quas dolui tantam moram an fraudem paſſas, cu- „jus occaſione R. P. V. & D. Abbas Lambacenſis neglecti me officii non im- „merito accuſare potuiſſent. Attamen mature licet & recte etiamſi mihi lit- „terae fuiſſent redditae, eum hyemis inclementia tum copia niuium, ac ea „etiam quae a milite & infectione ſunt pericula, conſiliis noſtris obſtitiſſent, „atque etiamnum obſiſtunt. Sed forte interea aliunde Lambacenſi Coeno- „bio proſpectum, & alii inducti ſunt coloni, vt ſic, quos miſſioni deſtinaſſem, „poſt feſtum, quod ajunt, mei fratres occurrerent. Qua de re informari cu- „pio. Licet enim in ampliſſimum Wirtenbergiae agrum, qui operariorum „non tenuem requirit copiam, a me jam miſi non pauci, & plures forte ne- „ceſſario dimittendi ſint, tamen in gratiam R. P. V. Illuſtriſſimi Viennenſis „Pontificis, & inprimis merendi de ſanctiſſimo ordine ſtudio, quosdam meo- „rum mittam, in cauſa tam pia de meis, etiam viſceribus promptiſſime im- „penſurus. Cupio ergo & de voluntate Reuerendiſſimi Lambacenſis, & de „inſtituenda ſecurius itineris ratione quamprimum edoceri. Deus O. M. „quam diutiſſime R. P. V. ordini ac Coenobio ſuo ſuperſtitem ſeruet & incolu- „mem. Veldkirchii ad S. Joannem 8. Febr. 1635.

FRANCISCUS, *Abbas Weingartenſis Mppria.*

Secundam de hoc eodem argumento 15. Junii dedit epiſtolam Abbas *Salisburgenſis*, cujus hic eſt tenor:

Pax Chriſti. Reuerendiſſime & Ampliſſime Domine Praeſul etc.

„In quas tenebras annis ſuperioribus nonnulla Monaſteria ſacri ordinis „noſtri inciderint, non ambigo ſatis compertum eſſet Reuerendiſſimae P. S. „vt adeo hodie nullus ſit labor major & potior, quam vt expulſis tenebris „ſplen-

„ſplendor reducatur extinctus, & ſacra loca Soli illuſtranda opponantur. „Erat inter haec celebre alias Monaſterium Lambacenſe in Auſtria Superio„re, ſed in hoc obſcuratum, quod regularis diſciplina lumen non habuerit. „Ergo non in Roſetum, ſed in ſyluam incultam datus nuper nouus paſtor, „& quid potius ageret & S. P. N. Benedicto gratius, quam ſi euellat quod „noxium eſt, & replantet, quod dignum & neceſſarium? Ageret ſane mu„nus ſuum ſi eſſent quoque qui manus darent; nam domi ſine aptis viris „eſt. Sed unde peteret potius muneris ſui auxiliatores, quam ab iis, qui „continuo in *Vinea Domini* ſtant & multo cum fructu laborant? Ibi exerci„tati viri, & ad plantandum reſtituendumque ſplendorem Religionis appri„me eruditi. Meas idcirco preces Reuerendiſſimus Lambacenſis exquiſiuit, „nimirum vt duos Religioſos Patres Conuentuales a Reuerendiſſima S. P. „peterem, officiis Monaſterii deputandos, quorum opera & auxilio poſſet rur„ſum regularis diſciplina introduci, & in poſterum conſeruari. Quando ergo „beneficium hoc non tantum Monaſterio Lambacenſi maximopere utile futu„rum eſt, ſed & florentiſſimo Weingartenſi glorioſum, imo in totius noſtrae „Benedictinae familiae emolumentum & honorem cedit, futurum ſpero, & „rogo, vt Reuerendiſſima P. S. quae alias in augenda ſacra noſtra Religione „ſedula eſt & Zeloſa, libenter ſit conceſſura. Quos dum ſimul impetraue„rimus, ſtudebimus vt omni quo poterimus modo Reuerendiſſimae P. S. re„ſpondeamus. Salisburgi ex S. Petro 15. Junii Ao. 1635. Reuerendiſſimae „& ampliſſimae Dominationis Veſtrae

Seruus perpetuus
F. ALBERTUS, *Abbas Mppria.*

Lambacenſis *ſecunda epiſtola* in faſciculo, ex quo priores deſcerpſi, non exſtat, ſcripſiſſe tamen & easdem preces ingeminaſſe liquet ex reſponſoriis noſtri Abbatis ad utrumque datis de die 20. Julii & quidem ad hunc ſequentes habeto:

„Reuerendiſſime etc. Quas ad me 12. Junii R. P. V. dederat, ſequen„tis Julii duodecima item, una cum litteris Domini Abbatis S. Petri Salis„burgenſis recte accepi. Patuit ex iis ſingularis zelus & eximium reforma„tionis monaſticae ſtudium. Quae quidem cum imprimis in R. P. V. ſuſpi„ciam & commendem, quin tamen eam tam amplam, quam de me ac

Coeno-



„Coenobio meo concepit opinionem, reipsa meritis superiorem amoliar, mi-
„nime praetermittendum fum arbitratus; quum in aliis longe digniora in-
„tuear, quae mihi meisque merito proponam & aggrediar imitari. Ne ta-
„men R. P. V. tam propensae in me beneuolentiae deessem, nisi per tantam
„Patriae jactationem dispersos vndique fratres ac filios meos circumspicerem
„potius quam ad manus haberem, misissem protinus unum alterumue, qui
„de negotio reformationis tractarent, de nostro viuendi instituto conferrent,
„ac per ipsos de Reuerendissimae P. V. mente ac intentione mihi vberius
„constare posset. Quam quidem moram tantillam, neque Reuerendissimae Pa-
„ternitati vestrae molestam, neque conatibus tam Religiosis spero obfuturam.
„Caeterum quem in me congessit honoris titulum *), supra fortunam & me-
„ritum esse nolim ignoret: qui multo potius mea ego obsequia deuouere, &
„me meosque amantissime cupio commendatos. In Monasterio S. Joann.
„Bapt. Veldkirchii 20. Jul. Ao. 1635.

Quia in Litteris mox relatis mentionem ingessit Abbas noster de agri *Wirttenbergici* cultura per suos Patres facienda, juuat compendio hic referre „quae ad hanc rem pertinentia *Diarii scriptor* supra laudatus *P. Gregorius Knaus* adnotauit. „Anno 1629. 7. Martii Reuerendissimus Abbas noster *Fran-*„*ciscus* cum *P. Mauro Baldung* & Domino *Nicolao Deuring* profectus est in „*Ochsenhausen*, ubi actum fuit de restitutione Monasteriorum in *Wirttenbergia* „sitorum. 23. Martii profecti sunt *Rotwilam* P. *Andreas Gaiß Prior Wein-*„*gartensis*, P. *Casparus Kraus ex Ochsenhausen*, Dominus Doctor *Maximilianus* „*Molitor* D. D. Praelatorum Sueuiae *Syndicus*, Dominus *Nicolaus Deuring* pro-„pter restitutionem Monasterii *Reichenbach* Ord. S. P. N. Benedicti. 30. Mart. „noster P. *Hieronymus Rainolt* profectus est cum nobili Domino *Joann. Ludo-*„*uico de Gall Rauenspurgensi* primum *Rotwilam*, inde in *Reichenbach*. Quia „hoc loco facta est mentio restitutionis Monasterii *Reichenbach*, visum fuit se-„riem rei gestae susius aliquando pro communi bono posterorumque notitia „attexere.

„*De restitutione Monasterii Reichenbach*. Anni abhinc sunt triginta & quod „excurrit, cum a Lutheranis Wirttenbergicis e Monasterio *Reichenbach* (quod „situm est in Episcopatu Constantiensi, *Comitatu Eberstain*, fuitque *Prioratus*
„spe-

*) Sacri Romani Imperii Principi *inscripserat epistolam. Quae verba tredum sua manu expunxit Abbas, sed & hic a se amolitur. Ex quo viri modestiam metiare.*

„ſpectans ad nobile *Hirſaugienſe Monaſterium*, dictum etiam *Cella S. Georgii* „in Reichenbach, de quo vide Joann. Trithemium in Chron. Hirſaug.) pulſi „ſunt ordinis noſtri S. Benedicti Religioſi, confugeruntque ad Epiſcopum „Conſtantienſem ſuum vtpote ordinarium. Hi, (Monachi) inſtituta actione „apud Imperatorem *Rudolphum II. p. m.* contra *Ducem Wirttenbergicum*, marte „praeuenti ad exitum jus ſuum perducere non potuerunt. Itaque Epiſcopi „deinceps Conſtantienſes ſibi eam actionem proſequendam rati, rem eo ad- „duxerunt, vt non ita pridem ſuper hoc negotio *Caeſaraei* ſint deputati *Com- „miſſarii:* ſed hae commiſſiones ſaepius prorogatae fuerunt. Interea temporis „Domini Abbates Congregationis *Sueuiae* Ord. S. Bened. inuictiſſimo Impera- „tori *Ferdinando II.* oblato ſupplice libello, pro reſtitutione Monaſteriorum in „*Ducatu Wirtenbergico* ſolicitarunt, & ad Monaſteria Ordinis noſtri in priſti- „num ſtatum reſtituenda ſe, ſua, ſuosque obtulerunt. Negotium inſuper hoc „cuidam Religioſo in aula Imperatoris commoranti ab iisdem commendaba- „tur. Is cum comperiſſet, rurſus commiſſarios Caeſareos pro Epiſcopo Con- „ſtantienſi expediri, interceſſit, & breui eo rem deduxit, vt conſtitutis com- „miſſariis ab Imperatore *Ferdinando II.* injunctum fuerit, Monaſterium *Rei- „chenbacenſe* Ordini S. Benedicti reſtituerent. Domini commiſſarii (qui fue- „runt Perilluſtris *Comes Carolus Ludouicus Erneſtus de Sulz*, & Dominus Doctor „*N. Hiltebrandt* Conſiliarius Imperatoris.) hoc mandato accepto Conuentum „*Rotwilam* indixerunt, vbi Competitores praefati Monaſterii comparerent. „Itaque ex parte Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ac Epiſcopi Conſtan- „tienſis *Joannis* miſſi ſunt Reuerendiſſimus D. *Joannes Antonius Tritt* ſuffra- „ganeus Conſtantienſis & Nobilis D. N. *Welſer.* Ex parte Congreg. Bene- „dictinae Sueuicae *R. P. Andreas Gaiſt Prior Weing.* & *P. Caſparus Kraus* „*Ochſenhuſanus.* His adjuncti D. Doctor *Maximil. Müller Syndicus D. D. Ab- „batum Sueuiae*, & nobilis D. *Nicolaus Deuring Ciuis Rauenſurgenſis.* Atque „hi ſimul hinc *Rotwilam* verſus profecti ſunt 23. Martii. *Rotwilae* etiam com- „paruerunt *Ducis Wirttenbergici Legati*, nec non *Marchionis Badenſis* & *Ba- „ronis de Wolkenſtain*, qui omnes jurisdictionem aliquam in Monaſterium „*Reichenbach* ſibi competere praetenderunt. Praecipua cura fuit, vt inter „Epiſcopi Conſtantienſis & Ordinis S. Benedicti competitores res pacate & „ſine offenſione ac ſcandalo ſaecularium tranſigeretur. Itaque re a Dominis „Commiſſariis in conſultationem deducta hoc modo decretum fuit: videlicet, „vt duo Patres *Augiae diuitis* ex parte Epiſcopi Conſtantienſis & duo ex „parte ordinis illuc miſſi, vnus *Weingartenſis* (qui fuit P. *Hieronymus Rai-*

„*nolt*) *Ochsenhusanus* alter videlicet *R. P. Casparus Kraus*, in possessionem „dicti Monasterii immiterentur, vsque dum decretoria sententia a Majestate „Caesarea fieret, cuinam parti Monasterium deberetur. Interim tamen bona „Monasterii neutra pars, sed *tertius* nomine Imperatoris administraret, vide„licet *R. P. Benedictus Rauch Wiblingensis* pro tempore *Prior in Villingen* „Episcopales huic Dominorum Commissariorum Consilio ita assensere, vt ta„men Reuerendissimo suo Principi referendum, & ejus super hac re decre„tum exspectandum dixerint. Itaque extemplo expeditus eques, qui acta „referret: quae vt Episcopo Constantiensi placuerint, haud scripserim; atta„men religiosos Patres ex *Augia diuite* nullos misit: immo insuper *Praefecto* „*Horbensi* jussit, vt juramentum fidelitatis *Patribus ordinis* praestaret, quod & „factum est. His peractis *Rotwila* discessum, & 4. Aprilis cum 40. equis „plus minus in *Reichenbach* peruentum est. Timor *Reichenbacensium* incola„rum erat ingens; rumor enim, quo auctore nescio, sparsus fuit, Monaste„rium Reichenbacense a quingentis equitibus vi expugnandum. Subditi pro„inde rebus suis consulturi, pleraque mobilia bona alio auexerunt, eodem„que die *quinti Euangelii Praeco alter* (duo enim ibi commorabantur) injussus „alio migrauit. Domini Commissarii recta ad Monasterium profecti, a *Pro*„*curatore* claues, deditionemque loci postulauere. Is multa causatus tandem „portas aperit, claues vero, ne dici posset eas tradidisse, ad parietem pen„dulas ostendit. Eodem adhuc vespere quatuor campanae, tres justae ac de„bitae magnitudinis, quarta paruula, a Reuerendissimo Domino Suffraga„neo Constantiensi sunt benedictae. Maxima in honorem *S. Mariae Virg.* „in honorem *S. Aurelii* altera grandior: in honorem *S. Gregorii* minor: „in S. P. D. honorem minima. Amota insuper *subsellia* more Lutherano „substructa. *Mensa* item *coenae Lutheranae profana. Quinto Aprilis* ab eodem „Reuerendissimo Domino Suffraganeo reconciliatum *Templum*, Ara Summa „benedicta cum *duobus Calicibus:* duo alii serius allati benedici non potuere. „Tum compulsationibus Campanis *Te Deum laudamus* cantatum, ac a D. Suffra„ganeo reliquisque Patribus Benedictinis Sacris operatum fuit, inspectanti„bus magno cum silentio, attentione ac stupore subditis. Deinde Juramen„tum fidelitatis petitum & praestitum. Exhibuere illi se a principio satis „difficiles, eo quod non ita pridem simile juramentum *Administratori Wirt*„*tenbergici Ducatus* (*haeredes enim erant adhuc minorennes*) praestare compulsi „fuissent. Verum excusationes nihil momenti habuere, parendum fuit. Nu„merus subditorum, qui jurarunt, fertur ad trecentos excurrisse. Enituit

„inter

„inter alios fane egregia virtus & fides Algoi cujusdam fabri murarii, qui „palam profeffus eft, fe fidem catholicam femper integram inviolatamque „retinuiffe: at vero omnino timuiffe, fibi hoc anno (aliis enim annis fe ex„cufauerat) ad menfam lutheranam accedendum. Verum optimum Deus „nefas hoc mirabili fua prouidentia hac occafione prohibuiffe. Caeterum ad „Monafterium *Reichenbach* quod attinet, fitum eft in pulchro, falubri ac per„amoeno loco totum ædificium fanum ac integrum eft. Templum juftae „magnitudinis: Triclinium commodum: hypocaufta quatuor vel quinque, „cellae feu cubicula plura pulcra & opta monachis reftant. Per Monafterium „ipfum perpetuus riuus, dictus *Reichenbach* (vnde coenobio nomen) labitur. „Ad Monafterium alter etiam praeterfluit riuus dictus *Murg. Molendinum* habet praeftans, proxime a Monafterio duo diftant *lacus* feu *ftagna*; pifces „fluuiatiles habentur hic praeftantiffimi. *Jus foreftae* competit Monafterio ad „certum tractum. Subditi diuiduntur in feptem *Praefecturas* hoc eft in 7. „*Ampt.* Aquis fontanis abundat locus optimis & faluberrimis. Vifitur ibi„dem fons juftae magnitudinis ex folido faxo. Media dieta a *Reichenbach* „diftat aliud Monafterium S. Benedicti dictum *Alberfpach*, quod fundarunt „*Comites de Sulz*: quoad fitum & amoenitatem loci cum *Reichenbach* non „conferendum, quo ad aedificia & diuitias eidem etiam praeferendum. Haec „de reftitutione Monafterii Reichenbach breuiter dicta fufficiant. 17. Augufti „P. *Maurus Baldung* cum D. *Maximiliano Müller* J. V. D. profecti funt in „*Ochfenhaufen* comitaturi Reuerendiffimum D. Abbatem Ochfenhufanum Vifi„tatorem Congreg. Sueuicae ob reftitutionem Monafteriorum in Wirttenber„gia fitorum. Reuerendiffimus & Illuftriffimus Princeps *Campidunenfis* pro„fecturus *Villingam*, vtpote Comiffarius Caefareus in reftitutione Monafterio„rum Wirttenbergiae, pernoctauit in *Hofen.* Et quia hic mentio facta eft „*commiffionis* circa reftituenda Wirttenbergiae Monafteria, operae pretium vi„detur huc fub unum quafi intuitum ponere, quid Domini Commiffarii effe„cerint. Commiffarii ab inuictiffimo Imperatore *Ferdinando II.* pro hoc ne„gotio deputati funt Reuerendiffimus & Illuftriffimus Princeps ac Dominus „*Joannes Epifcopus Conftantienfis*, Reuerendiffimus & Illuftriffimns Princeps „Dominus *Joann. Eucharius Abbas Campidonenfis*: Perilluftris *Comes Carolus* „*Ludouicus Erneftus de Sulz*: generofus & nobilis D. *Hippolitus a Stozingen.* „Simul itaque conuenire ftatueruut Domini Commiffarii in *Villingen* quo „etiam *alii Domini Abbates* qui reftitutionem Monafteriorum petierant, ve„nirent.



„Reuerendissimus ergo Dom. *Bartholomaeus* Abbas Ochsenhusanus cum „P. *Mauro Baldung* Weingartense & Domino *Maximiliano Müller* & aliis „19. August. ex Ochsenhausen profectus 21. hora 2da pomeridiana venit *Vil*„*lingam*. Illi & alii praesentes cum intellexissent Reuerendissimos & Illustris„simos Principes Commissarios aduentare; una cum Reuerendissimo Domino „Abbate e *S. Blasio* & Reuerendissimo Domino Abbate *S. Georgii*, & nobili „ac generoso Dom. *a Stozingen* eis obuiam profecti sunt. Vna hora cum di„midia a Ciuitate *Villinga* excepti sunt vterque Princeps a D. Abbate *S.* „*Georgii*. Proxime *Villingam* ubi ventum, Reuerendissimi & Illustrissimi Prin„cipes a clero & Magistratu *Villingano* excepti, sub vmbella in templum pa„rochiale sunt deducti, ibique cantatum *Te Deum Laudamus*. 22. Aug. *Vil*„*lingam* uenerunt *Wirtenbergici Legati* Nobilis D. de *Helmstetten* & D. Do„ctor *Jeger*, petieruntque in diem sequentem dilationem pro sua declara„tione, qua obtenta domum ad Ducem rediere. Sequenti die scriptum ex „Monasterio *S. Georgii* a *Wirttenbergicis Caesarianos Commissarios non fore ad*„*mittendos*, & per consequens restitutionem Monasteriorum euentum nullum „habituram. Petierunt nihilominus denuo *Wirttenbergici* dilationem usque ad „27. Augusti, quam etiam obtinuerunt, ea tamen conditione, vt *Wirttenber*„*gici* sumptus, qui interea temporis fierent, persoluerent. 27. Aug. Domini „Commissarii aliique Domini praesentes Praelati *Villinga* cum centum & „octoginta equis profecti sunt ad Monasterium *S. Georgii* restituendum, sed „portis obseratis a praesidiariis militibus *Ducis Wirtenbergici* admissi non fue„runt. Ita negotium restitutionis dissipatum fuit; nam Reuerendissimus & „Illustrissimus Princeps Episcopus Constantiensis profectus est in *Rosenegg*, „*Comes de Sulz* ad sua, & alii paulatim domum. Praefectus Aulae *Comitis de* „*Sulz* missus fuit ad Imperatorem, negotium omne eidem significaturus.

26. Octob. Hodie hinc in *Reichenbach* profectus est P. *Benedictus Rauch* ibidem futurus administrator.

10. Nou Rediit ad nos ex Reichenbach P. *Hieronymus Rainolt* aegrotus.

12. Nov. Hac die P. *Dominicus Laymann* loco P. *Hieronymi* missus fuit in Reichenbach.

1630. 4. Sept. P. Prior profectus est *Gamundiam Sueuorum* pro restitutione Monasteriorum in Wirttenbergia.

30. Sept.

30. Sept. Profecti sunt hac die in *Blaubeuren P. Bartholomaeus May*, tribus annis hic oeconomus, *P. Magnus Zürcher*, *P. Martinus Parthein:* vexerunt secum 4. *calices*, & alias *vestes sacras*, nec non *libros* non nullos.

4. Octob. venit huc ex *Blauburen P. Bernardus Han* noster, laborans febri quartana.

11. Nou. Hodie admonasterium *Hirsaugiense* profecti sunt *P. Christophorus Hamerer*, & *P. Casparus Fröwis.*

19. Nou. Hodie cum P. *Henrico a Stuben Ochsenhusano* profectus est *Vberlingam* ad Caesareos Commissarios in caussa restitutionis Monasteriorum Wirttenbergensium noster *P. Carolus Curz.*

23. Nou. Reuerendissimus Dominus Abbas *Franciscus* cum P. *Stuber* Ochsenhus. & nostro P. *Gabriele Buzlin* & nobili Domino. *J. Ludou. de Gall* Rauenspurgensi profectus est in Ochsenhausen, inde profecturus in *Blaubeuren* ad prouidendum illi Monasterio, jussu *Ferdinandi II.* restituto, de Abbate.

28. Nou. In Abbatem *Blauburanum* electus est Reuerendissimus P. *Raymundus Rembolt* Patricius Augustanus Monasterii nostri *Weingartensis* professus, & aliquot annis Concionator anno aetatis suae XXXVI. incheato a 2. die Julii. Electioni nomine Reuerendissimi & Illustrissimi Principis *Joannis* Episcopi Constantiensis praesedit Dominus Doctor *Leonardus Hamerer* Canonicus ad S. *Stephanum* Constantiae. Scrutator fuit Reuerendissimus Dominus *Joannes Abbas Wiblinganus:* Notarius Dominus *Jacobus Mangoldt J. V. D.* ad S. Steph. Const. Canonicus. Testes R. P. *Dominicus Fischer* oeconomus Wiblingensis, & *P. Georgius Werlin* professus ad D. Georgium in Hercynia Sylua, pro tempore Confessarius Monialium in *Vrspringen.* Jus eligendi tam *passiuum* quam *actiuum* habuerunt P. *Bartholomaeus May*, P. *Raymundus Rempoldt*, P. *Gabriel Buzlin*P. *Magnus Zürcher*, & P. *Martinus Parthein* omnes professi & Sacerdotes Monaster. Weingart. Reuerendissimus Abbas Weingart. *Franciscus* licet in *Blaubüren* praesens fuerit, electioni tamen non interfuit.

1631. 24. May P. *Hieronymus Rainolt* hinc rediis *Hirsaugiam*, inde in *Gottisaw.*

22. Aug. P. *Andreas Gaist* Prior noster rediit *Hirsaugiam.*

 18. Octo-



18. Octobris uenit huc ex *Hirschaw* R. P. *Andreas Gaist* ibidem *Administrator* & Prior nostri Weingart. Monasterii. 19. Octob. Rediit.

24. Nouemb. Rediit ex *Hirsaugia* P. *Maurus Baldung etc.*

1632. 10. Jan. Venit huc ex *Hirsaugia* P. *Christophorus Hamerer*. 11. Jan. *Hirsaugiam* profecti sunt R. P. *Andreas Gaist* Prior noster & *Administrator Hirsaugiensis* cum P. *Francisco Tritt*.

21. Jan. Redierunt ad nos ex *Hirsaugiensi* Monasterio ab Acatholicis Wirttenbergicis per vim expulsi P. *Hieronymus Rainolt*, P. *Casparus Fröuis*, P. *Franciscus Tritt*.

28. Febr. Venerunt huc ex Blaubüren P. *Bartholomaeus May*, P. *Magnus Zürcher*, P. *Martinus Parthein etc.* confer Ephem. P. Bucel.

Superius dictum est, Reuerendissimum Principem *Joann. Bernardum* Abbatem *Fuldensem* a *Georgio* nostro Abbate petiisse viros restaurandae disciplinae pares. Vix Franciscus recte ad clauum sedere coeperat, quum eadem postulata repeteret Zelosissimus & meritissimus Princeps data epistola 10. Nou. 1627. in qua gratissimum sibi fore scribit, si inter alios P. *Joann. Simonem a Bodman* Fuldam mitti contingeret. Anno 1629. quum idem Abbas Fuldensis ab Imperatore *Administratoris Hersfeldensis* Abbatiae quondam celeberrimae officio esset auctus, majori multo confidentia sperabat se a Sueuicis Monasteriis accepturum colonos, qui desertum pridem agrum excolerent. Dignissima est epistola, vt plures eam videant. Quare eam in notis adjicere visum est. *)

Hoc

*) Von gottes gnaden *Johann Bernhardt* Abbt des Stiffts *Fuldt*, Römischer Kayserins Erz - Canzlar etc. Primas.

Ehrwürdiger etc. etc. etc. Vnd mögen hierneben E. Ehrwürden in Freündschaft und gutem vertrauen nicht verhalten, wass massen die *Röm. Kays. Mayl.* ohne einig unser Begehren, oder darumb beschehenes Ansuchen, an Stadt dero *jüngeren Herrn Sohns*, *Herrn Erzherzog Leopoldi Wilhelms zu österreich Durchl.* vns ohnlengst durch dero ertheilte offene kayserliche Patenten, die *Administration* des Stiffts *Herschfeld* sowohl in spiritualibus als temporalibus bis auf anderweüte Verordnung allergnädigst committiert und aufgetragen. Wir auch vns deroselben demnechst mit göttlicher Verleyhung zu vnterfangen entschlossen etc.

Weil

Hoc repulsa nihil commotus Princeps Fuldensis singulari sane zelo æstuans, quod a Weingartensi obtinere non poterat, a S. Gallensi adeptus est.

Weil nun ietzermelter Stifft *Herschfeldt*. so ein geringes *Fürstenthumb*, gleich unserm Stifft *Fulda* ab origine uff den geistlichen orden vnsers heiligen Vatters Benedicti fundirt, solcher orden aber nicht allein darinnen ganz ausgerottet, sondern auch bey den underthanen von vielen Jahren hero das Vnkraut der Kezerey eingeführt, und ganz überwachsen, vnd Wir dahero weil auch unser reformiertes Conuent allhier noch zimblich schwach, vor uns allein und ohne zuthun anderer vnserer Hochvertrawten gottseeliger Herren und Freündten den erloschenen Gottesdienst daselbsten nicht wiederumb auffrichten und zu seinem alten Floer pringen können, Als seindt wir nicht vngemeint, jegen (gegen) nechst künfftige ostern entweder in selbst' eigener Person, oder durch vnsere abgeordnete E. Ehrw. zu ersuchen und bitten zu lassen, das Sie uns zu Wideranstellung des heil. ordens in vorerwehntem Stifft *Herschfeld* durch qualificirte geistliche Personen aus Ihrem Conuent succurrieren und beförderlich erscheinen wollen etc. gestallt Wir demnach auch hiermit in Freündschafft begehren, E. Ehrw. wollen nicht allein in mittler zeit dahin bedacht sein, wie Sie uns nicht allein in diesem vorhaben nach möglingsten Dingen in Freündschafft gratificieren, sondern auch bey anderen benachbarten und Confoederierten Praelaturen und Clöstern dahin zum besten recomendieren, damit uns auff angedeut vnser ferner Begehren zu oberwehntem Endt genugsamb qualificierte geistliche Personen gefolget, und also der heilige orden ferners propagiert werden möge, Wie dann solches die vnumbgengliche Notturfft erfordert, ohne das auch jegen den *Nider Sachsischen Landen* noch viel dergleichen *verwüste Weingarten des Herrn* gelegen, zu deren ebenmässiger Wideraufferbawng Wir underschiedtliche gute Vertröstung haben, So thun zu E. Ehrw. Wir uns allermöglichster guten Willfahrung getrösten, Seindt auch hierüber Deroselben gewieriger Vorerclerung gewertig, und pleiben Ihro in Freündtschafft zu allem guten bestendig zugethan. Datum in vnser Stadt *Fuldt* den 11. Februarii anno 1629.

E. Hochwürden

freündtwilliger allezeit

J. BERNARDT *Abbt. Mppria.*

Excusat se rursus noster Abbas per hanc Epistolam:

Hochwürdiger Fürst etc. etc. etc. Alls hab auf Deren Schreiben ich ganz erfreülich vernhomen, das die Röm. Kayl. Mayl. vnser allergnedigster Herr im Nahmen deren geliebtesten jüngeren *Herrn Prinzen Erzherzog Leopoldt Wilhelmens* frl. Dht. die Administration des fürstl. Stiffts *Hierschfeldt* sowohl in temporalibus alls vorderst der



est. Id, quod facile ex sequenti ejusdem epistola ad nostrum *Franciscum* data colligitur. Demnach Wir auf erforderen des Hochwürdigen vnsers besonders lieben Herrn und freundt als Vatteren Herrn *Bernhardtes* Abbten des fürstl. Stiffts zu *St. Gallen* die Würdige unsere liebe andechtige P. *Bernardum Hartmann Dechandt zu Herssfeldt*, P. *David Schalleren Suppriorn: FF. Aegidium Jonae* und *Georgium Werlin* vnsers Conuents zu *Fulda*, respectiue Capitularn und Professos obgedachts Stiffts und Gottshauß zu St. Gallen, auf ein Zeit lang daselbsthin in gnaden abgeschikt, so haben wir bey solcher Gelegenheit nicht umbgehen wollen, E. Ehrw. durch dieselbe freundlich zu Salutieren und vns Dero verhoffentlich glüklichen Zustandrs wolmeinentlich zu erkundigen. Vnd wiewohl Wir E. Ehrw. so vielmal ungern bemühen, jedoch aber deroselben gegen uns habende gute Affection uns genugsamb bekannt

 ist

der Spiritualitet E. Hochw. und ohne Zweiuel desswillen aufgetragen, das Sie neben dem sonderbaren rühmlichen eyfer etc. — — von gott herzlich wünschendt, das sein allmacht entzwischen so wol das bey Ihrem aichnen fürstlichen Stifft wol angefangne Werkh zur endtlichen perfection gnediglich zu dirigiern geruhe, als alle Ihre Conatus wegen des fürstl. Stiffts *Hierschfeldt* nit weniger secundiere, bey wölch löblichem Vorhaben E. Hochw. ein Jeder billich und gar gern die hilffliche Handt buetten, und sich selbsten durch sollche Cooperation bey Gott verdient machen sollte, Dieweil aber E. Hochw. vnuerborgen, worauff die Sachen uff nunmehr *publicierte Kayl. Declaration* wegen restituirung der geistlichen nach dem *Passawischen Vertrag* entzognen Güetter der zeit beruhen, und in diesem Bistumb nit wenig gottsheüser (wöllche *Wirttenberg* und andere bis dato de facto inngehabt.) zu befinden seyen, wölche villeicht in Khürze von Newem mit Religiosis zu ersezen sein werden, als trag ich Sorg und haben E. Hochw. dero beywohnender hochen vernunfft nach es Selbsten verständig zu ermessen, das es bey meniglich, und sonderlich vnserm Ordinario deß Herrn Bischoffen zu Costanz fürstl. gnaden, ein seltsam Ansehen gewinnen, auch schier vnuerantwortlich sein wurde, wann wir vnß unserer Leuth entblössen, und die Dioeces darinnen wir sizen, sampt unnsern aigens anuertrautten gotteshäüseren trostloß lassen, dagegen aber frembden orten oder Bistumben (wie genaigt mancher Prälat sich sonsten darzu befinden möchte, und Ich innsonderheit begürig wäre E. Hochw. hierunder nach Müglichkeit zue willfahren.) zu hilff khomen sollten wöllen, dabey gleichwol E. Hochw. sich sicherlich zu getrösten, das der jenig, der in dergleichen sachen den Anfang zu machen pflegt, nit underlassen werde, derselben nach und nach sollche media ahn die Handt zegeben, dardurch Sy zu Vollendung Ihrer stattlichen und hochverdienstlichen Conatuum nit allein glükhlich gelangen, sonder nach diesem zeitlichen Leben die hierunter verdiente Cron empfahen etc. Geben Im Gottshaus Weingarten den 3. Julii Ao. 1629.

ist, so ersuchen Wir Sie auch vor diessmal hiemit in freündschaft, dieweil den *geistlichen* in den *gasthäusern* einzukehren vnbequem, Sie wolle dieselbe bey dieser Reyse zutwillig aufnehmen und accommodieren lassen. Das seind Wir gegen E. Ehrw. in der gleichen und mehrerm zu erwideren und deroselben ohne das mit freündschafft zu allem guten bereittwillig. Datum in vnser Statt Fuld am 24. Aprilis Anno 1630.

E. Hochwürden

guter freündt

F. JOANN. BERNARDUS, *Abbas. Mppria.*

Quae hactenus de suppetiis exteris sacri nostri Ordinis Monasteriis latis fusius quam proposueram, in medium adtuli, nemo opinor in eam partem interpretabitur, quasi ad captandam Vineae nostrae famam scripserim. Mentem meam viri docti facile assequentur; praeterquam enim quod probe norim, ea nostra non esse sed Patrum nostrorum, insuper & illud fidenter affirmo, potius dedecori haec, quanta sunt, futura, nisi premere & ipsi vestigia Praedecessorum nostrorum adlaboremus, & tam elegantis doctrinae scientia florere, quam ex legibus benedictionis Patrumque exemplis viuere pro virili contendamus. Sed jam alio stylus noster conuertendus est.

In principali asceterio *S. Galli* anno 1628. solennis agebatur sanctarum Reliquiarum translatio, ad quam inuitatus quoque Abbas noster fuit per epistolam à Bernardo Reuerendissimo Abbate ad eum perscriptam, quae posteriorum memoria dignissimam narrationem continet. Sic scribit:

„*Reuerendissime in Christo Pater, Domine Amice honorande.*

„Quintus jam annus est & amplius, cum SS. PP. NN. Othmari & Not„keri hujus quondam loci respectiue Abbatis & Monachi, aliorumque Sancto„rum Reliquiae, singulari DEI munere ac beneficio, nostro vero summo cum „gaudio ac consolatione lucem post longas tenebras iterum aspexerunt. Conti„nuimus eas hactenus in occulto exspectantes, donec meliora se darent tem„pora, quibus cum aliquali saltem solennitate easdem possemus transferre. „Et quamuis modo aeque misera atque tum, imo miseriora propemodum nos „tempora exerceant, non putauimus tamen negotium vlterius differendum,

 „sed



„sed facere cito, quod faciendum est semel. Constituimus ergo ad venturi „proxime mensis Octobris diem decimum quintum, praemissa pridie templi „D. Othmaro exaedificati Consecratione, praedictas sacras reliquias in lucem „proferre, ac populo Christiano deuotionis causa concursuro venerandas pro- „ponere, ac demum locis suis recondere: non quidem cum eo, quo alias „par esset, splendore ac plausu, sed cum ea ad quam infelicium horum „temporum iniquitas, circumdantisque haereticae Vrbis coarctatio ac pressu- „ra nos cogit, simplicitate atque modestia. Vt proinde frustra fururus sit, „qui aliud in isto translationis actu praeter simplicem religiosamque deuotio- „nem sanctorumque Venerationem qnaerere voluerit aut exspectare. Quoniam „tamen nouimus viros vere religiosos strepitus plaususque saeculares parui, „pietatem vero facere permagni, ob eamque non raro occupationibus suis „grauissimis non attentis, molestas etiam peregrinationes suscipere ac subire; „idcirco non erubuimus vicinos aliquos Praelatos & Abbates ad nostrum hoc „festum familiaritur inuitare, atqae vt comparere velint, peramice rogare. „Qui si obsecundare nobis dignati fuerint, gratum Sanctis obsequium prae- „stabunt, nobis gaudium facient singulare. Illud ipsum tamen gaudium ple- „nius foret & honor Sanctorum major, si inter alios Religiosissimos Patres „etiam P. V. Reuerendissimam praesentem intueremur. Majorem proinde in „modum eandem rogamus, vt sepositis tantisper aliis suis negotiis, & mo- „lestiis viarum non attentis, ad nostram qualem solennitatem concurrere, „suaque illam praesentia in Pontificalibus suis cohonestare dignetur. Faciet „in eo rem Deo cumprimis ejusque Sanctis gratissimam, nobis ita jucun- „dam, vt obstrictos nos fore fateamur, vbi & quomodo poterimus eam re- „compensare. Et quoniam P. V. Reuerendissimam neutiquam emansuram, „sed nobis omnino gratificaturam, & idipsum per praesentium latorem signi- „ficaturam speramus; cum faustissima alia, tum felix iter eidem ex animo „adprecamur, ad quaeuis officia semper paratissimi Ex Monasterio *S. Galli* „die 18. Septemb. Ao 1628. Reuerendissima P. V.

Amicus studiosissimus

F. BERNARDUS, *Abbas. Mppria.*

Humanissimae huic inuitationi detulisse nostrum certum fit ex Diario su- pra citato: in quo haec leguntur. „13. Octobr. Reuerendissimus Dominus Ab- „bas *Ochsenhusanus cum suis*, & Reuerendissimus noster Abbas cum *P. Bene-* „*dicto*,

„*dicto*, *P. Carolo* Domino *Joanne Martini* Secretario, *Michaele Rraff Compo-*
„*nista etc.* ſumpto jentaculo profecti ſunt in *Langenargen*, inde in *Rorſchach*,
„altero die ad *S. Gallum* ad *Translationem Ss. Othmari*, *Galli*, *&* *B. Notkeri*,
„*decimo quinto* inſtituendam. Comparuerunt praeter Abbates *Heluetiae* et
„*Ciriacus Roccius* Archiepiſcopus Patracenſis, & Reuerendiſſimus ac Illuſtriſſi-
„mus Princeps Abbas *Campidonenſis etc.*

Huc etiamnum referendum eſt, quod jam pridem in ſuo Benedicto rediuiuo adtulit R. P. Bucelinus: Zelus promouendi cultus diuini, & templi exornandi ardor quibus praeditus fuit hic Abbas Vt primum enim in laudatiſſimi illius *Genuenſis* apellis & Architecti *Julii Benſonis* notitiam deuenit, mox ipſi per litteras mentem aperuit ſuam, tantique viri uſus Conſilio *totam Coenobii Baſilicam fornicibus & cupro concamerare* conſtituit. *Tabulas Altarium omnes* ejusmodi *Benzonis* artificioſiſſima manu pictas non niſi magno pretio comparauit. Sed & alia templi ornamenta, periſtromata ſacrasque veſtes Comparare ſtuduit. Ita ille.

Hujus *Benſonis* artificioſiſſimae Tabulae Altaribus quoque moderni templi aptatae ſunt: aliae vtrique lateri in ſuperioribus parietibus appenſae nedum dignum tanta Majeſtate ſpendorem adjiciunt, ſed & omnium oculos perſtringunt: inprimis vero artis peritos in admirationem rapiunt.

Quantum porro ſtudium litterarum promouerit, nedum effuſi illi ſumptus, quos in Juniores ſui Monaſterii Profeſſos impendit, quales continua ſerie in Academiis exteris ſuſtentauit, demonſtrant, ſed & quum hoſtium fuerori cedenum fuit, *Veldkirchii* in exilio conſtitutus cum ſuis, ex eis delegit, qui Philoſophiam & Theologiam profiterentur: ne in tanta iniquitate temporum deeſſent, qui Patriae & Proximis vtilitati ac auxilio eſſe poſſent, ad eo apud eum non voluit illud vulgatum ac ſermone tritum prouerbium: Inter arma ſilent Muſae. Conſule Diarium cit. ex quo haec duntaxat exſcribenda duxi: 27. Aprilis cum aduertiſſet Reuerendiſſimus Dominus Abbas noſter, in *Veldkirch* ſat multos eſſe homines *juuenes*, qui *Dilingae* coacti fuerunt ſua ſtudia propter bellicos tumultus abrumpere, Conſulendum eis ratus *ſcholas inſtituit*, Theologicam & Philoſophicam. In Theologia incipi voluit a I. Parte *S. Thomae Aquinatis*, & huic parti Profeſſorem conſtituit R. P. *Dominicum Laymann Priorem Veldkirchenſem.* Primam *ſecundae* ex planari voluit a P. *Auguſtino Brendlin.* Lectio-

nibus



nibus Philosophicis praefuit, P. *Magnus Zürcher* — — Humanista P. *Gabriel Buzlin*. Rerum spiritualium, morum Praefectum & Confessarium discipulorum esse voluit P. *Maurum Baldung*.

Tandem silere hic nec licet nec libet, quod Bibliothecam nostram hic Abbas insigniter dotauit. Vt de aliis, quos suorum vsui comparauit taceam, hoc vnum dicam, sagacissimum virum uno mercatu supra *nongentos libros* coëmisse, inter quos 330. erant MSSta & quidem 150. in *pergamena*, alii *chartacei*: reliqui *impressi*. Satis fecit. Satis de eo dixi. Praematura nimis morte obiit dignissimus antistes 1. Octobr. Ao. 1637. in sacello S. Nicolai communi Patrum sepultura juxta Gregorium Antecessorem sepultus. Vixit annos 56. menses 7. dies 15. Ex *Ara funebri* R. P. Bucelini, qui singulariter huic Abbati in amoribus fuit.

Eodem anno objerat alius quidam egregii Nominis Abbas e gremio nostro *Hirsaugiam* assumptus, cujus elogium ex R. P. Gabrielis Bucelini *Ara funebri* hic recensebo, quam sic sedulus vir atque suorum amantissimus sub hoc titulo statuit: *Piis manibus Religiosissimae memoriae Patrum & Fratrum quorum ab anno Christi MDCXII. quo Coenobium sum ingressus contubernio atque consortio ad legi & perfrui indignus merui: qui ab oculis quidem meis abrepti, cordi nihilominus profundissime insculptam Nominis sui ac virtutis tam Caram, atque jucundam memoriam reliquere.*

Hic itaque integerrimae vitae atque fidei vir No. 29. haec adnotauit.

Reuerendissimus in Christo Pater ac Dominus *Andreas Gaist a Wildegg*, Abbas *Hirsaugiensis* natus est *Rottweilae* A. C. 1590. 10. Decemb. *Joann. Philippus* ante professionem appellatus quam A. C. 1608. 21. Martii solemniter emisit. Sacrum primum Deo obtulit 1. Januarii 1615. Ex Priore *Veldkirchensi Weingartensis*, inde *Administrator Hirsaugiensis*, Abbas denique *primus post restitutionem* sanctissimi ejusdem Monasterii esse meruit A. C. 1635. 15. May, consecratus; Nouemb. e. a. non sine singulari coenobii nostri ornamento, tanto post similis olim multoties acceptae gratiae gratiam referentis & vere dignum Antistitem eidem concedentis: cujus a puero vita talis fuerit, vt a condiscipulis *Sanctulus*, ab ipsis demum Heterodoxis, restitutionem Monasteriorum aegerrime ferentibus, etiam vulgari appellatione Bonus Abbas,

bas, a multis aliis Vir Sanctus diceretur. Fuit digne nomine suo vere *Spiritualis*, rigidus sui corporis tortor: Meditationis studio addictissimus, disciplinae monachicae zelator strenuus: verus pauperum Pater, vt si non ipsissima miracula, miraculis tamen proxima de ipsius liberalitate exhaustissimi Coenobii rebus, celebrentur. Transiit ad meliorem vitam singulare ordinis ornamentum A. C. 1637. 28. Aprilis *Hirsaugiae* ad pedes *S. Wilhelmi* sepultus, cum omnia *Wirttenbergiae* Coenobia multis modis demeruisset, nullis sumptibus pro honore ordinis pepercisset, ab ipsis Acatholicis haud leuiter deploratus. Haec ibi. Confer. Catalog. Fl. Weing. ejusdem Bucel.

DOMINICUS LAYMANN A LIEBENAU, ABBAS XXXIII.

Wolfgangi Christophori Nomen in Baptismo inditum est huic nostro Abbati, cujus Pater eodem compellabatur nomine teste P. Bucelino, mater *Hortensia Reüttin*, natus est 24. Mensis Augusti anno 1598. Monachum apud nos professus est 21. Martii 1615. Primitias celebrauit 17. Martii in Dominica *Laetare*. Patris ejus obitum describit cit. *Diarium P. Knausii* nostri hoc modo: Anno 1629. 1. Jan. In *Liebenau* profecti sunt *P. Jacobus Plaz* Subprior, & *P. Nicolans Deuring* ad *nobilem Dominum Christophorum Laymann*, *nostri Patris Dominici parentem* periculose decumbentem. Sed viuum non offenderunt; nam ille ipso hoc die mane hora 7ma pie in Domino obierat, requiescat in pace. — — — 3. Jan. *nobilis Dominus Christophorus Laymann* fuit sepultus in *Eschenn*, de matris obitu non constat. Sororem quoque habuit Monialem *M. Theresiam* Ord. S. Francisci hic in Partheone *Altdorffensi*, vt ex eodem *P. Gregorio Knaus* constat.

Post varias *missiones* quas in Monasteriis reformandis obierat, Prior factus est in *Veldkirch* anno 1631. & demum 12. Octobris anno 1637. Abbas Weingartensis. Praefuit annos prope 36. mortuus anno 1673. 15. Sept. postquam die 7. ejusdem mensis onus abbatiale *resignauerat*. Incidit in difficillima tempora, pessime habitus nedum a *Sueco* milite, sed *Caesareano* quoque nec non *boio:* vt taceam eas presuras & afflictiones, quas perferendas habuit ab iis, qui *defendere* debuerant. Sed satius est tacere quam loqui. Nunc P. *Godefridi Reding*, qui sub eodem Abbate Dominico vixit, adeoque



vel conſcripta a ſe | ipſe vidit, vel aliorum *ſynchronorum* relatione didicit, *annales* huc ex ordine referamus, vt ne eorum memoria intercidat.

Anno 1638. 7. Febr. *Weimario Saxonum Duce Duellium* vsque cum ſuis excurſionem faciente, cum de transportanda *Bibliotheca Weingartenſi* ageretur, & *plurimi* jam alias *pretioſiores Libri* transportati eſſent, numerus Librorum tunc in *Bibliotheca adhuc extantium* iſte inuentus eſt. In claſſe *Spiritualium* 1159. *Manuſcriptorum* 82. (reliqui jam ſubducti erant) *Canoniſtarum* 845. horum inſuper *Manuſcripti* 25. *Concionatorum* 628. *Graecorum* 500. *Hiſtoricorum* 1245. *Humaniſtarum* 1128. *Philoſophorum* 1031. *Germanicarum* 998. *Manuſcriptorum* praeter ſupra memoratos diuerſorum 408. *Patrum* 295. *Biblicorum* 565. Vniuerſim 10245. Praeter illos, quos Reuerendiſſimus Dominus Abbas, & *quisquis magno numero in cella penes ſe habebat*, praeterque *Bibliothecam S. Joannis iu Veldkirch.* Numerati ſunt autem ſolummodo *Libri compacti:* cumque ſaepe 5. vel 7. ſimul compacti eſſent, omnes ſimul *vnius Libri* nomine recenſiti ſunt. 18. Februarii Culina ex Conventu in aulam translata eſt, & Patres deinceps in *hypocauſto cubicularii* refecti ſunt. Fuit annus iſte ob bellum valde periculoſus & inquietus, vt plures hinc *alio dimitti*, & in diuino officio plurima intermitti debuerint etc.

Annus 1639. Exulauit & hoc anno pax e terra noſtra, bellumque inhumaniter ſaeuiit. Quin ipſum etiam coelum iratum ſe oſtendit praeſertim in menſe Junio; nam 14. ejusdem veſperi horrenda adeo tempeſtas fuit, vt intra mediam horam octo fulmina cecidiſſe numerata ſint: quorum duo in pagum *Altdorf* ſed absque ſingulari damno lapſa ſunt. Fuit coelum vniuerſim inclementius, ita vt fruges modo poſt feſtum *Aſſumptae Virginis Mariae* meti, & circa medium *Septembris* in horrea recondi potuerint.

Annus 1640. denuo bellicoſus. 8. Jan. *Capitaneus Hörwart* cum militibus ſuis vi in Monaſterium noſtrum ſe intruſit, nulloque modo arceri potuit. Permanſit usque ad 14. qua tandem absceſſit, furatus quatuor equos, plures oblaturus niſi auffugiſſent. Qui tamen 1. Febr. nobis redditi ſunt. 26. Febr. R. P. Prior noſter, aliique ſtatus ab N. *Haslango* Rauenſpurgi arreſto detenti ſunt. 29. tamen R. P. Prior noſter dimiſſus ad nos rediit.

10. Martii idem *Haslang* miſſo vexillifero ſuo *Wolfgango Holz* cum ſatis numeroſa & petulanti militum cohorte Monaſterium obſedit, portas vi effregit,

git, & obuia quaeque abſtulit. Perfractis dein etiam portis Conuentus pecora 57. quae in Conuentum, vt ſecurius nonnihil laterent, introducta erant, abegit. Captiuum inſuper R. P. Priorem *Rauenſpurgum* abduxit. Pecora 11. May *) in abitu *Haslangii*, licet jam usque in *Bajenfurt* abacta fuerint, redempta pecuniis nobis reſtituta fuerunt. 19. Julii non minus a militibus *Marcheſii de Tullian* & aliis oppreſſi ſumus.

Annos 1641. Iſt das *Mayen* und *Brudergericht* wiederumb gehalten worden, quae a *viginti annis* hucusque ob continua bella & alias miſerias intermiſſa ſunt.

Annis 1642. 12. May Reuerendiſſimus Dominus Abbas Ss. Sanguinem ſecum *Veldkircho* iterum adduxit, quod in vigilia aſcenſionis Domini populo e cathedra a P. *Gabriele* tum Concionatore publicatum fuit. Publicationem hanc excepit Hymnus *Te Deum laudamus etc.* inde conſueta proceſſio & populus prima iterum vice de Ss. Sanguine potatus eſt **).

28. Nov. R. P. *Placidus* SS. Sanguinem iterum *Veldkirchium* transportauit. 29. Noctu ob metum hoſtium irruentium, quae potuere, abſcondita fuere. Poſt medium noctis *P. Alphonſus* cum Nouitiis & ſcholaribus abſceſſit. Fugit etiam Reuerendiſſimus die tamen altera redierunt.

Anno 1643. Hoc anno frequentes fugae tam e *noſtro*, quam etiam ex *Wirttenbergicis Monaſteriis.*

18. Julii ob famam ingruentis hoſtis omnes ad fugam parati ſumus. *P. Gabriel* cum Ss. Sanguine Chriſti dimiſſus *Brigantium* vix euaſit.

19. Julii. Intercepti ſunt *tres currus noſtri*, ueſtimentis & *Litteris* onuſti, & *quindecim equi optimi* dierepti. Deinceps non niſi fuga, praedae, Incendia etc. Direptionem hanc ita deſcribit *P. Gabriel*: currus noſtri in *Langen* mane ſub hora 3tia expoliantur, *vbi optima quaeque perdidimus.* Rogatus manere apud currus, ſi paruiſſem, etiam actum de Ss. Sanguine fuiſſet: Quem tamen *Brigantio* feliciter Veldkirchio intuli.

Anno

*) *Legendum cenſeo:* Martii.

**) Vino *nempe* benedicto *per* immerſionem vaſculi *quo* Sacer Cruor *continetur.*



Anno 1644. 30. May. Post horam octauam vespertinam *fulmen* in turrim & Ecclesiam nostram decidit, varie hinc inde diuagatum, donec se tandem in Peristilio ad parietem in terram dimiserit sine vlteriori damno. Cernitur *inscriptus anni numerus*, quo id factum est etiamnum hodie in eodem muro etc.

21. Viennae Reuerendissimus Dominus *a Sorina Canonicus Mantuanus & Olumucensis* R. P. Gabrielem nostrum ad prandium inuitauerat: vbi praecipuum fere *de Ss. Sanguinis historia* colloquium miscebatur. Asseruit inter alia, idem Reuerendissimus D. Caconicus *nostram cum Mantuana Fraternitatem* etiamnum durare, & deinceps duraturam esse *cum jure hospitii etc.*

Anno 1645. *Hohenwilani Buchhornam & Hofen* expoliarunt, & Joannem N. officialem nostrum captiuum abduxerunt, tantumque omnibus locis adjacentibus metum incussere, vt nemo nec diu nec noctu securus viueret & quietus. 7. May.

3. Sept. a *Conrado Wiederhold* Commendante *Hohenwilano* captus est *Reuerendissimus Dominus Dominicus Abbas noster*, & in arcem *Hohenwilanam* abductus. Confugerat Reuerendissimus D. Abbas in ciuitatem *Rauenspurg* ob frequentes & inimicas dicti commendantis excursiones & totius regionis hujus depopulationes. *Obsidebatur* tum etiam dicta ciuitas, cumque hostis comperisset in ea morari *Weingartensem Praesulem*, eum sibi *tradi* postulauit, ni ferro & flammis non sola vrbs, sed tota circumiacens regio deuastari mallit. Quod vbi Reuerendissimus Abbas resciuit, ne sui causa Patria majus damnum pateretur, libens & spontaneus nox petentibus id ciuibus, in manus hostium se dedit. Detinebatur in hac captiuitate *usque in sequentis anni mensem Martium*, quo tandem iterum dimissus, & in locum ejus substitutus est in obsidem *P. Anselmus Oswald* conuentualis noster, quousque citerum integrum *ad octo florenorum millia* minimum excrescens; quod pro se, Monasterio, subditis & *Altdorffensi oppido* spondere coactus erat D. Abbas, persolueretur. Eo persuluto sperabat quidem Reuerendissimus Dominus Abbas noster, ab *Altorffensibus* & in *Landvogtia* degentibus refusionem expensarum; quam etsi aequam agnouerint, libentique animo exsoluissent, tamen ab *officialibus austriacis* inhibiti fuerunt, praetendentibus id *juribus suis* derogare. *A Bauaris* quidem *Sporggius* Equitum Praefectus, vt e manibus hostium captiuum eriperet Abbatem,

dum

dum abducebatur, eos insecutus est usque ad *Zwifaltense* Monasterium; sed re infecta rediit, causatus nimiis se imbribus impeditum vlterius progredi non potuisse.

Anno 1646. 11. May. Solennissima in Vineis Processio equestris cum Ss. Sanguine fuit spectatu dignissima. Conductus nonnemo qui angustiore transitu equos numeraret, recensuit *mille & quadringentos* *). Interfuere praecipui Praefectus vtriusque Sueuiae D. *Joann. Georgius Comes a Koenigsegg*, Colonellus, *Franciscus Fuggerus*, Equitum *Sporckianorum Praefectus Hermanus Ritter* cum suis omnibus.

12. Junii. Reuertitur obses Reuerendissimi nostri etc. arce *Duelliana P. Anselmus* noster ad Vineas.

24. Junii. Culina & Refectorium Conuentus iterum aperta, quae nouem annos & aliquot menses ob bellum clausa fuerunt.

3. Sept. *Hohenwilanus* Anniuersarium celebrauit, & plures hincinde in vicinia villas incinerauit. Quod R. P. Gabriel Buzelinus hisce describit: Dum in Monasterio & cella mea Weingartensi nonnihil a studiis requiescens in hortum prospicio, monitus prouinciam circumspicere, diuersis locis simul semelque *ad viginti incendia* intueor, *Gubernatore*, *Duelliano* Rauenspurgenses sic terrente & cogente, quod murus clausis tributum pendere recusarent, omnes illorum pagos exurere comminatus, ni parere annuerent.

26. Nou. *Festo S. Conradi Episcopi & Patroni nostri* summo mane dum Laudes in Choro dicerentur, suecus miles Monasterium nostrum inuasit. Extarsit 600. fl. relictis in praesidium duobus equitibus. Aufugit quisque vel abdidit sese quo potuit. Vere fuga haec facta est in hyeme & Sabbatho. Sed horum malorum nondum finis. Nam

10. Dec. Cum duobus turmis Magister Equitum *Didiman* aduenit, & in oppido Altdorff diuertit, cui paulo post alii plures se conjunxerunt: ita vt in plures turmas excrescerent. Qui non diu haeserunt *Altdorffii* sed omnes ad

*) *Nostra aetate minimum 4000. immo aliquando supra 7000. Equites adfuere.*



ad Monasterium se contraxerunt. Qui vt noctu liberius perlustrare & indagare possent aedes & Thesauros absconditos, quos sibi imaginabantur, Patres omnes ex conuentu in hypocaustum prope culinam aulae abduxerunt, ibique additis custodibus pernoctare jusserunt. Sequenti die, reducti sunt in hypocaustum R. P. Prioris, vbi edendum & noctu cubandum. Exinde in hypocaustum quod P. *Joannes Martini* incoluerat, conclusi usque ad discessum eorum. Abeuntes, duos ex Patribus nostris secum abduxerunt, *P. Magnum Zürcher*, & *P. Anselmum Oswald.* Lytrum pro nobis redimendi 20000. Philippaeos extorquere conabantur, sed frustra. Quare tandem & praenominatos Patres, cum diu eos circumduxissent, liberos dimiserunt. Dum in monasterio morabantur, omnia in praedam cessere. Incolae *Altdorffenses* relictis vacuis aedibus vel *Rauenspurgum* vel alio diffugerunt, & ideo tota militum moles nobis imposita, & eo usque supportanda fuit, donec penitus exspoliati fuerimus. In aula nostra conclauia omnia vi aperta, serae confractae: pecora, vinum, frumentum, lecta & omnis linea materia abrepta, e culina vasa omnia cuprea & stannea etc. In stabulis tam equorum quam pecudum remotis a tecto tegulis foenum omne ejectum est. Ignes in ipsis horreis excitati, ita vt nocturno tempore omnia ardere crederes, & horrea & stabula.

Pridie quam discederent, 10. nimirum Decemb. de nocte cum ipsis ad aedes *sclopedarias* (Schiesshütte) omnes nos secum abduxere, fuitque ibi pernoctandum, tribus solum senioribus *P. Joanne Spies*, *P. Gregorio Knaus*, & *P. Joanne Martini* domum remissis. Mane etiam reliquis domum reuerti concessum est, exceptis *P. Magno* & *P. Anselmo*, quos secum captiuos vltra abduxerunt.

22. Dec. Nuntius *Wolfeggio* ad nos missus mane circa horam tertiam aduenit, indicans omnes Suecorum exercitum in propinquo, nimium *Leutkirch* & *Waldsee*, stare. Quare ocyus conuasatis reculis suis Patres alii *Rauenspurgum*, alii *Constantiam*, alii *Brigantium*, nonnulli *Roschachium*, reliqui *Veldkirchium*, quo jam ante plerique tam Patres quam Fratres professi confugerant, se contulere. Sed cum occupato sequenti anno in festo trium Regum *Brigantio*, nec ibidem tuli consisterent, in regiones diuersas, *Heluetiam*, *Tyrolim*, *Styriam*, *Salisburgum etc.* dispersi sunt.

Annus

Annus 1647. Infauſtus praeeuntis anni exitus, ſed infauſtius longe praeſentis auſpicium, totusque deinceps decurſus. In feriis Natalitiis, poſtquam Sueci *Langium* & *Rauenſpurgum* obtinuerant, caſtra *Robertus Duglaſſius* Generalis locum tenens *Brigantium* verſus mouit, quo & 4. Januarii facillime obtinuit, re bellica a *Praefecto Eſchero* & caeteris turpiter & magna cum confuſione adminiſtrata. Opimam & vix exſplicabilem praedam tunc hoſtis obtinuit in nauibus jam prioribus diebus oneratis & abire paratis, ſed a D. *Walſero Proconſule* inhibitis. Ipſa dein occupationis die tanta ventorum & tempeſtatis violentia ingruente, vt nullum vlterius nauigium e portu ſubduci potuerit. Exteri, qui res ſuas hic in tuto futuras exiſtimauerant, earum omnium jacturam fecerunt. Haec vt primum Reuerendiſſimus D. Abbas noſter comperit, ipſe ſe *Veldkirchium* contulit, miſſurus Patres & Fratres noſtros ad illa monaſteria, quorum Praelatos ad finem ſuperioris anni in omnem euentum fortunae noſtrae exarauerat pro Exulum ſuſceptione.

5. Jan. hora 2. noctis antelucana occurrit *R. P. Caſparus Fröwis* ex Veldkirch cum *R. P. Alphonſo* & Fratribus noſtris *Jacobo*, *Altone*, *Benedicto*, & *Joachimo*. Hi poſtremi cum Magiſtro ſuo *R. P. Alphonſo* recipere ſe juſſi ſunt ad Monaſterium *Mariaemontanum*, *RR. PP. Caſparus*, *& Gabriel in Admont* deſtinati. Cecidere ea ipſa nocte altiſſimae caelo niues, vt maximo ſane labore ſub veſperum pedes in *Daldas* peruenerimus, magna *Bludenti* condolentium & complorantium multitudine occurrente. Pranſi ſumus paupertine admodum & frugaliter, ſed neque lautius coenauimus, in terras & per ſcamna nocte effuſi, ignari quandonam hoſtis ſuperueniret, qui niſi bonum Numen aliter diſpoſuiſſet, ea iſta die *Arlebergenſem in Tyrolim tranſitum* facillime praeoccupare potuiſſet. Haec belli fama vbi ſuperiores peruaſit Ditiones, alii fuga in *Heluetiam* ſibi conſuluerunt: alii qui in *Embſiana*, *Veldkirchenſi*, *Blumeneggenſi*, *Bludentiana* Ditionibus domi manſerant, pacta pecunia cum Suecis tranſegerunt. *Arx Neoburgenſis* tum etiam in hoſtium manus peruenit, quae poſtea ab *Enkenſortio* multo labore recuperanda fuit. Ea recuperata *Suecis libere abire datum eſt etc.* Interea & *Lindauium* a Suecis *Brigantii* morantibus tentatum eſt, & obſidione cinctum. Qui tamen incaſſum laborantes & magna ſuorum ſtrage & *Lindauio* & *Brigantio* abſcedere coacti ſunt. His quoque temporibus Monaſterium *Langen*, ordinis S. Pauli Eremitae, quod olim Praepoſitura Ordinis S. Benedicti fuerat *), combuſtum

eſt.

*) *Pertinens ad Abbatiam S. Saluatoris in Schaffhuſa.*



est. Monasterii nostri Weingartensis *curiae seu villae* 63. incensae. *Arx Marisburgensis* Episcopi Constantiensis Residentia a Suecico praesidio *Veberlingano* in cineres redacta. *Arx Comitum Montfortiorum Langenargen* in lacu *Bodamico* sita, expugnata facillime, deserente eam & turpiter auffugiente *Decurione Lindauiensi;* quod tamen capite luere debuit. Solus in ea arce *Moria* in maenibus hinc inde discurrere visus hostes aliquamdiu retinuit, vt ingredi ausi non fuerint, quousque tandem ipse se solum & vnicum in arce esse confessus est. Eadem facilitate Domus Teutonica *Maynaw* ab ipso commendatore loci sine omni resistentia in manus hostium tradita est. *Elector Bauarus Maximilianus*, vt Ducatum suum a *Suecica* liberaret seruitute, cum iisdem & *Gallis* pacem certis conditionibus iniit. Inter quas *munitas* aliquot in *Sueuia Ciuitates Imperiales* iis cessit, e quibus praecipue *Memminga* & *Vberlinga*. *Memmingensibus* haud dubie gratus fuit Suecarum aduentus, cum ejusdem essent Religionis & fidei. *Vberlinganus*, licet non adeo gratus apparuerit, maluerunt tamen *mille quingentos Suecos* admittere quam alios. Dubitant quidam, an id *Elector* sua sponte fecerit, an potius Consiliariorum suorum suasu & impulsu; cum ipse tunc & senectute fessus, & morbis grauatus, quasique in extremis agens decubuerit, vt vix calamum, quo Diploma scripsit, regere potuerit. Fuerunt praeter praedictas etiam aliae Ciuitates, nimirum *Rotwila*, *Villinga*, *Friburgum etc.* quas *Suecis* tradere constituerat; Ciues autem earundem parere noluerunt. Haec vtut sint, certe hoc facto omnium heroicorum actuum suorum ante hac perpetratorum splendorem haud parum obscurauit etc. Posteaquam igitur Sueci *Vberlingam* occuparunt, *toti Acronio Lacui* ita dominati sunt, adeoque eum intutum reddiderunt, vt nullae naues, quemcunque in locum excurrerent, deinceps securae esse potuerint.

13. Martii *Rauenspurgo* excessit *Vrangelius Sueciae Marschallus*, cum vndecim hebdomadis hic locorum spolia egisset.

20. Aug. *Arx Rauenspurgensis* succensa & exusta est. Quidam hoc *Suecis* imputant: sed virorum fide dignorum relatione constat, id a ciue Acatholico ejus loci factum fuisse.

Anno 1648. 9. Aprilis quinque Sueci milites in Conuentum nostrum irruentes varias exercuere insolentias. Quos 11. May subsecuti trecenti Equites

tes *Caesareani* portas conuentus effregerunt, plures equos & alia plura tam intra quam extra conuentum diripuerunt.

19. Sept. *D. Colonellus Casparus Schoch* ciuitatem *Rauenspurgensem*, in qua Colonellus *Carolus Comes Suecus* tum morabatur, dolo capere molitus est. Sed proditus absque verbis recuperatione cum suis abscessit.

23. Sept. Nix adeo ponderosa cecidit, foliis adhuc in arboribus existentibus, vt ramos plurimos diffregerit.

Anno 1649. Initio anni hujus ante festum *Epiphaniae Domini* ingens aquarum inundatio, vt illam, quae ante *octoginta* & plures annos fuisse memoratur, longe excesserit. Hanc aquarum major belli ac militum inundatio sub sequuta est: *Hyberna* enim hisce in regionibus *Galli, Suecique* subeuntes miseros rusticos, alioquin penitus exhaustos, grauissimis & pabuli & pecuniarum exactionibus adeo premebant, vt dici non possit. A quibus nec Monasterium nostrum immune fuit. Duae enim Equitum Turmae a *conuentu circuli sueuici Vlmae habito* nobis destinatae obtigerunt, quas Vicecolonellus *Joannes de Porta Gallus Caluinus* homo crudelis & impius ducebat, qui nos & subditos nostros non militis sed *Tyranni* instar intolerabiliter excruciabat; nec tunc subuenire miseris subditis Reuerendissimus noster potuit, etsi id lubens fecisset. *Nobiles* circuli sueuici & *Austriaci subditi* ab hisce hybernis & exactionibus quidem liberi erant: sed alio, nimirum in praesidia *Brigantinum* & *Constantiense* stipendia militaria pendere, & praesidiarium militem alere cogebantur. 8. Junii RR. PP. *Capucini a Commissariis Wirtenbergicis* e monasterio suo emigrare jussi sunt, Itaque exules boni Patres colonias suas *Altorffium* in aedes nostras parochiales traduxerunt. 15. Aug. Monasterium PP. Capucinorum in *Rauenspurg* dirui coeptum contra vota *Directorii Norimbergensis*, vrgentibus ita ciuibus heterodoxis & praesentibus militibus suecicis, qui catholicos ad id armata manu adegerunt, ex imperio *Duglassii Generalis sui.* Qui tamen ea hora, qua nefarium hoc opus inchoatum est, laethali morbo correptus aegrotare coepit, exigente vtique paenas diuino Numine.

30. Sept. Simul & semel vno eodemque die praesidiarius miles suecicus e ciuitatibus *Lindaw, Vberlingen, Memmingen, Langenargen, Maynaw* aliisque locis abductus est. Hinc aliqua finiendarum tandem miseriarum spes

 affulQ

affulgere coepit. Caeterum fuit hoc anno frumenti penuria & caritas maxima. *Modius frumenti* vendebatur 12. 13. florenis: *auenae* 5. fl. 5. crucig. *Hordeum* nouum 11. vetus 12. multos tunc reperire erat, qui longo tempore ne micam panis gustauerant. Vinum quoque ob frequentes priuinas maturescere non potuit, vnde paucum & id valde acerbum collectum fuit: intolerabiles insuper militum exactiones multos desertis laribus stipem rogare cogeban*.

Anno 1650. Menses *Junio* tantem Pax (iniquissimis licet conditionibus, ad quas ineundas catholici ab acatholicis vi coacti & impulsi sunt) & ab utraque parte *Norimbergae* subscripta & ratihabita fuit. 7. Junii Acatholici in aede *PP. Carmelitarum Rauenspurgi* primam iterum concionem habuerunt, quod exercitium ipsis a *Ferdinando II. Imperat.* Anno 1624. ademptum erat.

27. Octob. Ss. Sanguis Christi a R. P. *Paulo Rummel Veldkirchio in Vineas* reportatus est *).

Anno 1651. 6. May postquam catholici ciues *Rauenspurgici* hortum PP. Capucinorum asseribus cinxissent, die altera ciues acatholici numero *ducenti* armati eruperunt, & ingenti furore ac rabie pridie exstructa demoliti sunt. Adeo initae Pacis obseruantes sunt etc.

Anno 1653. Mense Martio Reuerendissimus *Dominicus* noster Abbas ad *comitia Ratisbonensia* in causa Monasterii nostri profectus est, secum assumpsit P. *Gabrielem Bucelinum* Priorem Veldkirchensem. Commoratus ibidem fuit vsque ad mensem Majum sequentis anni etc. diuertens ad Monasterium *Scotorum* Ordinis nostri. In quo 5. Augusti annuente Reuerendissimo Domino Abbate loci *Comites Imperii* solemnissimum instituerunt epulum, & *Principes Imperii*, *Aulaeque Caesareae Magnates* inuitauerunt. Durauit haec Coena a *sexta vespertina* vsque ad *tertiam Matutinam*. Assedere epulo Principes & Comites 106. fercula calida illata sunt 400. alias quatuor missus, & in singulis fercula

*) *Eodem anno* 1650. *D. Joannem Steib &* 1669. *D. Jacobum Schueler a D. Hermanno Egone Comite Furstenbergensi praesentatos, tamquam Ecclesiae collegiatae Bettenbrunnensis Praepositos adprobauit, & inuestiuit. Eundem quoque actum repetiit anno* 1672. *in Domino Joanne Baptista Gagg a Consiliariis nomine Principis tum absentis ad hanc Ecclesiam praesentato.*

fercula 120. Catini argentei pro bellariis 150. ex superiore numero fuerunt *Principes* 22. *etc.*

Anno 1654. 19. Julii ad Vineas venit Pronobilis Dom. *Joann. Ochsenbach* Aulae imperialis Consiliarius e *Wirttenbergia* alias oriundus, a Lutherana ad fidem catholicam conuersus. Qui deinceps ad mortem usque hic permansit, ac omnia sua, inter quae etiam instructissimam variis libris aliisque raritatibus *Bibliothecam*, quae etiamnum cernitur, Monasterio haereditario Jure reliquit. Obiit Ao. 1658. 11. Nou. sepultus in Sacello S. Leonardi.

Anno 1655. Mense Aprili primum iterum post bellum suecicum *Triennale Capitulum* seu Conuentus Generalis Patrum Weingartensium in Vineis celebratus fuit, ad quem omnes Patres Capitulares, etiam tum absentes conuocati comparuerunt.

Anno 1656. 11. Octob. Ad Vineas diuertere dignatus est Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps *Franciscus Joannes* Episcopus Constantiensis qui eodem adhuc vespere vltra trecentas personas in templo nostro confirmauit, & sequenti die in nostro, *Altdorffensi* & *sanctimonialium* templis profanata a *Suecis* Altaria reconciliauit. Cumque rursus vltra quingintos confirmasset, sumpto prandio discesit.

Anno 1659. *R. P. Ambrosius a Plawen* & R. P. *Caspar Fröwis*, *Murbacum*, & inde in *Luders* missi sunt, ubi, incertum cujus inuidia, ossa intoxicata interierunt etc. ita dum conamur juuare alios, nos ipsos destruimus *).

Anno 1659. 29. Nou. Accepit Veldkirchii P. Gabriel Bucelinus duo Ss. Corpora Ss. Martyrum Romanorum *Magni* & *Martialis* a perillustri Domino *Melchiore Dapifero de Reinfelden*, & Admodum R. D. *Victore Wittwer* Parocho in *Schönis* allata. Quorum primum postea 2. Dec. dictus Admodum R. P. Prior ad Vineas detulit, cui prandenti in *Dettnang* obuiam missus est P. *Christo-*

*) *Vel casu, vel coqui negligentia venenum ossae immixtum autumo. Quid si* cicutam *herbarum aliarum loco adhibuisset? sensim enim boni viri contabuere. Casum noster R. P.* Andreas Hildebrand *tum* Praeses Murbacensis *data ad P.* Adalbertum Ebinger *nostrum prolixa epistola describit, culpamque in coquum conjicit, qui & mox aufugit. Hic tamen transiens sese, sed menduciter, vt is quidem ait, excusauit.*



Christophorus Sauer granarius, qui eas ad Vineas comitaretur. Vesperi itaque aduenientes, eas in aedibus D. Cancellarii nostri deposuerunt, donec campanis consonantibus Reuerendissimus D. Abbas cum toto Conuentu occurreret, sacrumque corpus a duobus Religiosis deportatum in manus suas susciperet. Asseruatur sacrum hoc corpus hodiedum in sacello domestico Reuerendissimi Domini Abbatis *).

Anno 1662. 7. Dec. Ab illustrissimo Domino Barone de *Schwarzenhorn* Caesaris ad Portam *Ottomanicam Residente* & oratore, vna e vetustissimis Deiparae Mariae imaginibus ex *Moscouia* R. P. Gabrieli nostro oblata est, quam Ipse illustrissimus D. Legatus a *Benedicto* Patriarcha Constantinopolitano dono accepit, argento deaurato, & gemmis circum caput ornata, veneranda omnino omnibus; quotquot eam inspiciunt: ita, vt eam primum contuens Viennae Senior D. a *Lindenspüer* nunquam tali Religione & sacro quasi horrore concussum se fuisse, quam hujus primo etiam aspectu, fateretur. Eandem modo eleganti altariola insertam R. P. Prior penes se asseruat, ac deuotissime veneratur.

Anno 1671. Impetratur a *Clemente X.* summo Pontifice Diploma pro Confraternitate S. Sanguinis canonice erigenda **).

Anno 1673. Initur a Congregatione *Sueuico - Benedictina* Confoederatio cum *Academia Salisburgensi*.

Eodem anno die 2. Aug. Reuerendissimus & Amplissimus Dominus Praesul noster *Dominicus* apoplexia tactus Ss. Ecclesiae Sacramentis ritu solemni in Conclaui suo prouisus est, atque ab ea die decumbens e lecto vltra non surre-

*) *Hodie in Prioratu* Hofensi *vna cum corporibus SS.* Martialis & Gaudentii *M M.*

**) *Ad preces* Eleonorae Augustae *Bulla concessa est, cujus hoc est exordium: Clemens PP. X. Ad perpetuam Rei memoriam. Coelestium munerum Thesauros etc. etc. Cum itaque sicut charissima in Christo Filia nostra* Eleonora Romanorum Regina illustris clar. mem. Ferdinandi dum vixit Romanorum Regis in Imperatorem electi relicta vidua *Nobis nuper exponi fecit, in Ecclesia Monasterii Weingartensis etc. etc. Datum* Romae *apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris die XX. Nouembris MDCLXXI. Pontificatus nostri Anno secundo. Vidit* Franciscus Joann. *Epus Constant. Mppria.*

surrexit usque ad finem vitæ suae. Qui dein paucis ante obitum diebus, nimirum 7. Sept. resignauit Abbatiam, cum praefuisset annos 36. & obiit 15. Sept. requiescat in aeterna pace! hactenus P. *Gotefr. Reding*, pleraque ex P. Bucelini Ephemerid. deflorata, vbi multa notatu digna adscripta sunt: sed quae tum a scopo nostro aliena magis sunt, tum etiam prolixiora, quam vt hic locum inueniant. Futuris aliqua relinquenda quoque sunt.

Superest, vt epistolam coronidis loco adjiciam, quam *Benedictus Montis S. Georgii* in *Tyroli* Abbas, apud nos quondam Discipulus, vt supra vidimus, ad *Dominicum* perscripsit. Haec est:

Reuerendissime Praesul, amplissime Domine, Domine obseruandissime Ordinis nostri Monasterium Montis S. Georgii in Tyroli prope Schwaz situm, vno abhinc lustro ex immani incendio extremam pene ruinam passum fuisse, Reuerendissimam Dominationem vestram jam dudum ab aliis intellexisse arbitror. Et ne hoc malum solum nos premeret, auxit irreparabilem jacturam saeua mors, quae paulatim, cum e satis copioso Religiosorum coetu, uno post alterum successiue sublato, vix sex superstites fecerit, haut mitius ipso Vulcano in dicti montis incolas passim grassabatur.

Verum ne ob istos tam tristes casus, montum Georgianum a multis jam saeculis Benedictinae familiae celebrem desolatum ire, aut perpetua cum Ordinis nostri ignominia cedere e loco aliis cogeremur, duplicem tum materialis cum etiam spiritualis restaurationis fabricam moliri necessum fuit. In illa quidem nihil hactenus laboris neglectum, sed Deo sic concedente pro Religioso Conuentu vtcumque necessariis contignationibus vltima modo manus est apposita. Hanc vero cum absque aliorum subsidio prosequi nequaquam me posse animaduerterem, prae aliis ad Reuerendissimam D. V. tendendum ac supplicandum operae pretium duxi, qua me in hoc quoque labore conantem, vnius aut duorum Religiosorum Patrum e suo amplissimo Religioso coetu, praesertim eorum, qui apud Reuerendissimum Dom. montis Maria Praesulem pro tempore hospites agunt, auxilio subleuare velit. Vt nimirum concessa sibi ad nos sese conferendi facultate, diminutum meorum Confratrum numerum restaurare, atque quia ad varias identidem domesticas curas distrahimur, formandis ad disciplinae monasticae normam susceptis Nouitiis operam nauare dignarentur.

Reuerendissima V. Dominatio haec mihi bona fide roganti veniam dabit, cur ad eam potius quam ad alios appellam. Causa non vna sed plures mouent, qua-



rum primam praebet ipse Dominationis vestrae in promouendo undique ordinis nostri bono laudatissimus zelus: alteram meorum Religiosorum fratrum in plurimum reuerendos Patres Weingartenses, ob eorum humanitatem, qua paucis abhinc annis coram se vsos fuisse asserunt, constans affectus, ac denique magnorum virorum accedit consilium, qui hujus meae petitionis haud iniquae, nullam apud suam Dominationem repulsam me passurum esse pro certo habent. Ergo petiti ego compos factus (ut spero) beneficium hoc in memoriam saepius reuocatum, quauis oblata oportunitate una cum meis pro viribus compensare studebo. Deus suam Dominationem diu seruet, cui me demisse commendo. E Monte S. Georgii 13. *Octobr.* 1642.

Vestrae Reuerendissimae Domininationi

In Christo Seruus
F. BENEDICTUS *Abbas. Mppria.*

Responsum tale tulit: *Admodum Reuerende in Christo Pater ac Domine Praesul amplissime.*

Litteras admodum R. P. V. recte accepi, ex quibus potissimum intellexi, singulari ipsam desiderio optare, vt vnus vel alter ex mei Monasterii Religiosis ad sui coenobii Montis S. Georgii subsidium (cujus ego tam solicitae ac felici e fauillis restaurationi plurimum in Domino congratulor) submittantur: & quidem in specie ex iis, qui jam in Prouincia ipsa, in Monasterio S. Mariae de monte commorantur. Quod Admodum R. P. V. desiderium jam ante ex litteris mei F. Michaelis dicto loco degentis, intellexeram. Equidem licet me paratum prorsus sentiam, quo possim modo gratificandi, quia tamen difficile mihi accidit sine praescitu & consensu Admodum Reu. Dom. Abbatis Mariaebergensis quenquam meorum Fratrum ibi viuentium ab ipsius seruitio abstrahere, necessarium omnino reor, prius ab ipso per litteras indagare, quid circa hanc meorum Fratrum mutationem cum bona ipsius voluntate fieri possit. Cujus vbi responsum habuero, polliceor me quam primum mentem ac consilium meum quod inde pendet, plenius significaturum, cui me ad omnia officia pronum offero, eique me demisse commendo. Ex Monasterio meo Weingartensi 14. *Nou.* 1642.

Admodum Reuerendissimae Paternitati Vestrae.

Seruus in Christo
F. DOMINICUS. *Mppria.*

Pro-

Proximo anno certiora perscripsit in hanc sententiam:

Admodum R. etc. Quam nuper A. R. P. V. promptitudinem promiseram gratificandi per meos Religiosos e monte S. Mariae ipsi mittendos, reipsa nunc praesto, postquam A. R. D. Mariaebergensis voluntas accessit. Mitto igitur duos hos Fratres meos, Gerardum ac Christophorum Monasterii mei Sacerdotes, quos pro temporum conditione ac paucitate hominum idoneos fore confido, qui Monasterii vestri, quod vnum cupio, commodis aliquatenus inseruire queant. Ego optima quaeque ex gremio meo subjecta mittere promptissimus quidem essem: sed calamitas praeteritorum annorum plerosque mihi Seniores & rerum experientia magis ex cultos abstulit: alii aliarum Monasteriorum subsidiis inseruiunt. Hos itaque ad manum habui, qui si institutionis suae, quam apud nos didicerunt, patrumque suorum exemplis pares se, vt spero, praestabunt, satisfacere A. R. P. V. poterunt. Commendo igitur eos paternae solicitudini, & vbi opus erit, ad corrigendum eos, vel ad meliora quaeque erudiendos in disciplina monastica. In iis ad quascunque occupationes applicandis plena ac libera vtetur facultate, cujus voluntati ac imperio ipsos ceu bonos Religiosos subdi par est. Si ad SCHOLAM *tamen alterutrius opera opus judicauerit, F. Gerardum idoneum censeo, alter ad reliqua omnia expeditus erit. Quae breuiter significare A. R. P. V. placuit, cui me ad omnia obsequia paratum demisse commendo. E Monasterio meo Weingartensi 19. Jan. Anno* 1643.

Superest, vt etiam compendio quidquam de duobus Abbatibus dicamus, qui hujus sub Abbatis regimine aliis exteris Monasteriis praefuere & diem postremam obiere.

Reuerendissimus D. *Matthias Lang* ex *Coadjutore* Weingartensi Abbas *Mariaemontanus in Tyroli*, natus in vigilia *S. Matthiae* Anno 1570. vitam monasticam professus 20. Aug. 1587. Prior Weing. designatus 12. Jan. 1605. Abbas *Mariaemontanus* postulatus 27. Octobr. Ao. 1615. ad immortalia vocatus 20. May 1640. repertus aliquot a morte annis incorruptus, barba, alias niuea, flauescente.

Reuerendissimus & Amplissimus Praesul ac Dominus *Wunibaldus Zürcher* natus 3. Febr. Anno 1605. votis Nomini sacer factus 24. August 1621. primum sacerdos ad aram fecit 5. Aug. 1629. Creatur Abbas *Hirsaugiensis* 5. May 1637.

 in



in *Blumenegg*, quo posteaquam *Wirttenbergia* pulsus est, secessit. obiit 18. Octobr. anno 1664. Ita PP. Bucel, & Reding l. c. Historiam eorum temporum & res ab his gestas explicatius tutiusque narrabunt posteri.

ALPHONSUS STADELMAYER, ABBAS XXXIV.

Joannes Christophorus Stadelmayer *Oeniponti* natus est anno 1610. die 4. Martii. Indutus habitu Benedictino anno 1625. 5. Oct. Professus Monachum 29. Oct. 1626. *Alphonsi* nomen consequutus. Sacerdos primum litauit Numini Sacrificium 23. Aprilis anno 1634. in exilio *ad S. Gallum* in Heluetia ob tempestatem suecicam constitutus. Ita P. Bucel in Catalog. Monach. Weing. postquam, vt superius vidimus, in instituendis Juuenibus cum in disciplina regulari, tum in bonis litteris aliquot annos insumpsisset, anno 1652. In *Rectorem* almae Vniuersitatis *Salisburgensis* eligitur, quo munere summa cum laude functus est, quousque anno 1673. 7. die Sept. Abbas Weingartensis creatur. Viri hujus in Vniuersitatem Salisburgensem merita nostra commendatione non indigent. Sufficit producere litteras, quibus rogant Abbates Academiae Praesides, vt finito primo triennio diutius Rectoris officio fungi permittatur per veniam Abbatis Weingartensis *Dominici*, a quo domum reuocatum iri metuebant, Tales sunt:

Reuerendissime in Christo Pater Amplissime Domine Domine Praesul, Domine calendissime:

Beneficio est dignus altero, qui gratus extitit pro primo. Beneficium nos accepisse fatemur, dum a Reuerendissima Paternitate Vestra Admodum Reuerendissimum ac Clarissimum P. Alphonsum impetrauimus & obtinuimus: quare deuotissimas nomine totius Academiae aginius gratias. Certe tanta hactenus P. Alphonsi merita in bono communi promouendo ac Rectoratus munere administrando fuerunt, vt sibi & Monasterio Weingartensi eximiam famam compararit: sibique Reuerendissima V. P. gratulari possit, se talem virum submisisse, qui & vitae exemplo, singulari industria ab prudentia prosit Academiae & praesit. Quo viro, si diutius Academia gaudere possit, non diffidimus, quin ingens emolumentum bono publico sit accessurum. Rogamus igitur jam quidem ob priorem fauorem obligatissimi, vt praedictum P. Rectorem Academiae nostrae diutius relinquere, ac vt absoluto hoc

triennio

triennio rurſus confirmari poſſit in tricennium admittere dignetur. Speramus R. P. V. nobis hoc alterum beneficium collaturam. Deus eandem ſoluam & incolumem diu ſeruet. Datae Salisburgi 10. *Julii Anno M. DC. LIV.*

Reuerendiſſimae ac Ampliſſimae Paternitatis Veſtrae

addictiſſimi

VRBANUS, *Abbas in Tegernſee, pro tempore Praeſes. Mppria.*

ALBERTUS *Abbas S. Petri. Mppria.*

PLACIDUS *Abbas Lambacenſis. Mppria.*

MICHAEL *Abbas Michelburanns. Mppria.*

P. ANSELMUS *Prior Shyrenſis a Reuerendiſſimo Domino Abbate ſuo ſpecialiter deputatus. Mppria.*

Abbatem noſtrum his poſtulationibus conſenſiſſe euentus probauit; continua enim ſerie Rectoris dignitate fulſit noſter *Alphonſus*, quousque tandem anno 1670. eum domum datis litteris vocaret: ſed nullo ſucceſſu. Hanc enim epiſtolam praedictae Vniuerſitati Praeſides Vineas perſcripſerunt:

Reuerendiſſime etc. Litteras Reuerendiſſimae Dominationi veſtrae quibus Profeſſum ſuum Admodum Reuerendum & Magnificum P. Alphonſum Vniuerſitatis Salisburgis Rectorem meritiſſimum a Curis & negotiis ad domeſticam quietem reuocat, in nupera Viſitatione accepimus & legimus: ſimul conſuetam triennalem Rectoris reſignationem audiuimus. Quia vero Rectoris mutatio inter fundamentales Vniuerſitatis conſiderationes habenda, ne in detrimentum Status Academici fiat, vel in praejudicium Perſonae, cujus nomen & aeſtimatio ſine juſta & graui cauſa dubiae famae non exponendum,: cum etiam ampliſſima P. Alphonſum merita nobis commendent, ac vires & humeri huic oneri pares & ſufficientes adhuc adſint viro exercitatiſſimo: Ideo Reuerendiſſimam veſtram Dominationem (habentes Celſiſſimi ac Reuerendiſſimi Principis & Archiepiſcopi Salisburgenſis pro hoc negotio nutum & conſenſum) enixe rogamus, vt nobis & Vniuerſitati Admodum Reuerendum & Magnificum Virum P. Alphonſum pro Rectore diutius indulgere dignetur. Pro qua amica & fructuoſa ordini noſtro beneuolentia Nos quoque ad omne officiorum genus promptos experietur, & orabimus, vt bonum Numen



Reuerendissimam vestram Dominationem diu bono ordinis incolumem conseruet. Datum Salisburgi ad S. Petrum 1. Octobris 1670.

Reuerendissimae & Amplissimae Dominat. vestrae.

Serui in Christo addictissimi

ROMANUS, *Abbas Seonensis p. t. Vniuers. Praeses. Mppria.*

AMANDUS, *Abbas S. Petri Assistens. perpetuus. Mppria.*

RAYMUNDUS, *Abbas Admontensis p. t. Vniuersitatis Assistens. Mppria.*

Vt conjicio, jam tum *Dominicus* de deponendo regimine, atque in *Alphonsum* transferendo cogitabat. Quidquid sit, Salisburgenses rursus hunc in munere rectorali confirmauerunt, laudante inprimis electionem Archiepiscopo: quae ex epistola desuper data habentur:

Reuerendissime etc. Peracta hac anno mense Aprili per Nos infra scriptos Academica Visitatione, rursus voce & consensu vnanimi per membra Vniuersitatis in Rectorem Magnificum declaratus est Reuerendissimae & Amplissimae Dominationis Vestrae filius professus Admodum Reuerendus Religiosissimus P. Alphonsus Stadelmayr. Placuit in primis Celsissimo Principi & Archiepiscopo Vniuersitatis affectus & concordia in hanc dignissimam Personam stabilis: placuit & Nobis DD. Professorum constans inclinatio, maxime hoc tempore, quo Celsissimi ac Reuerendissimi Principis ac Archiepiscopi Domini nostri clementissimi gratiosissima liberalitas, Collegii infirmos redditus & tenues augmento aliquot millium florenorum succoliauit per donationem Peregrinationis in PLAIN. *Quae noua accessio nouam curam secum trahit, quo ad noua aedificia inchoanda, aliaque sacra instituenda. Huic moli pares habet humeros ob notam experientiam prudentiamque P. Alphonsus. Quare confidentes de Reuerendissimae & Amplissimae Dominationis vestrae constanti in nostram Academiam (vnicam Gemmam ordinis) fauore & affectu, eam quoque in haec acta consensuram speramus. Ita rogamus pro nostri officii curae publicae ratione, pro bono ordinis, Academiae. Deus Reuerendissimam & Amplissimam Dominationem vestram diutissime saluam seruet. Salisburgi 28. May Anno 1671.*

Reuerend. & Ampl. Dominat. vestrae.

Addictissimi

ROMANUS, *Abbas Seonensis Vniuers. Praeses. Mppria.*

PLACIDUS, *Abbas Lambacensis Vniuersitatis Assistens. Mppria.*

AMANDUS, *Abbas S. Petri Assistens perpetuus. Mppria.*

MICHAEL, *Abbas Buranus, loco* D. OTTONIS, *Abbas S. Blasi. Mppria.*

Vellent

Vellent ergo Weingartenses P. *Alphonsum* sibi reddi, prope vnico remedio vti poterant, vt eum sibi in Abbatem eligerent. Supra ex R. P. *Gotefrido Reding* mortem antecessoris intelleximus: ergo ea serie, qua is in adscribendis rebus notatu dignioribus vsus est, pergamus referre ex ejusdem annalibus. Filum narrationis sic texuit:

Eodem die 15. Sept. successit Admodum R. P. *Alphonsus Stadelmayr*, almae Vniuersitatis Salisburgensis *Rector Magnificus*. 17. Consecratur a Reu. Dom. *Georgio Sigismundo* Suffraganeo Constantiensi.

Anno 1674. 8. April. obiit Dom. *Rudolphus de Halden Praefectus in Blumenegg*. A quo tempore alius ibidem constitutus non est, sed omnia per Patrem *Vicarium* Veldkirchii ad S. Joannem commorantem, & Archigrammataeum administrabantur. 22. Julii Festo S. Scapularis Reuerendissimus Abbas noster Alphonsus Rauenspurgi in solemni Processione venerabile Sacramentum circumtulit, & apud RR. PP. Carmelitas summum Officium cantauit ad magnam aedificationem Catholicorum etc.

Anno 1675. *Hyberna Caesareani militis*. Hybernabat hisce in partibus Legio Illostrissimi Ducis de *Bourneuille*. Ipse Dux *Rauenspurgi*: tormentorum bellicorum Praefectus *Schaefer* Altdorffii. Alii officiales militares & gregarii in diuersis circumiacentibus pagis & villis dispersi. Expendere debuit in militem hunc Monasterium nostrum & subditi ejus singulis mensibus 600. fl. ad discessum Illustrissimo Duci pro discretione oblati sunt 120. fl. quibus optime contentus mense Majo abscessit.

Rursus *Hyberna Caesareana*, sed supra memoratis longe rigidiora; obtigerunt enim subditis nostris portiones *sexcentae*, Colonello *Pio* & Legioni suae persoluendae, praeter honoraria etc. Propter haec hyberna in Dioecesi Constantiensi dispensatum est in esu carnium per totam quadragesimam vsque ad Dominicam *Palmarum*.

Anno 1676. Colonellus *Pio* *) Rauenspurgi hybernans, quod ei *stipendia militaria* ad nutum & libitum non exsoluerentur, executionem fieri mandauit,

*) *Reuerendus P. Bucelinus in suis Ephemerid. ad* 21. *Febr. sequentia adnotauit:* A. Ch. 1676. flagellat Numen & Caesar impietate Marchionis Pii vere impii innocentissimos subditos. In cujus pietatem sic non nemo lusit:

In



uit, & initium fecit in *commitatu Wolfeggenfi*, e quo 163. pecudes abegit vsque *Altdorfium*: quas tamen certis conditionibus iterum dimifit. Idem egit Capitaneus *Villanius* in Territorio Salemitano, & quidem ipfa facra *Dominicae Paffionis* hebdomada. Minitatus eft idipfum Monafterio noftro: jamque qui exequerentur *fexaginta* viri Conftituti erant. Quod tamen a nobis Diuina auertit Prouidentia. Illuftriffimo Principi *Carolo Marchioni Badenfi*, cui etiam hyberna hic loci affignata fuerant, difcretionis loco oblati funt centum Imperiales: & ejus Secretario, qui durantibus hifce hybernis loco Principis fui aderat, vnaque cum famulo & duobus equis continuo fuftentabatur in Monafterio, 50. fl. videbatur nihilominus honorarium hoc nimis quam exiguum.

13. Maji Fer. 4. Rogatae magnus populi adcurfus: numeratae cruces 23.

24. Junii Dedicatio noftrae Ecclefiae. Coelum ferenum, & ideo tantus populi vndequaque concurfus, quantus a multis annis vifus non eft. Numerata funt *nouem* hominum millia. S. Synaxi refecti funt vltra *quatuor* millia.

Anno 1677. 14. Martii Reuerendiffimus Dom. Alphonfus Abbas nofter baptizauit Judaeum aliquem Religionem catholicam amplectentem in parochiali Ecclefia noftra *Rauenfpurgenfi*.

26. Aprilis aedificari caepta eft noua ftructura in Nouitiatu.

Ad initium Decembris *Miles Caefareanus* hyberna ingreffus eft. Obtigerunt nobis duae Compagniae de equeftri Legione *Sporggiana*, quibus foluendae fuerunt 220. portiones. Conftiterunt ultra 24000. fl. *)

Anno

IN ATHEISMUM PII *IMPII EPIGRAMMA:*

Impius. *ille* Pius, *verae* impietatis *imago*
Lufor & illufor Caesaris *atque* DEI.
Vae tibi! qui facrum profanas Impie *nomen*,
Quae tua, certe eadem Daemonis eft Pietas:
Hujus adorator fubfannas Impie *Numen*.
Non Deus *eft! inquis, experiere* Deum.

*) *Huc fpectat Epiftola Leopoldi Imperatoris ad Alphonfum Abbatem Weingart. Data hoc ipfo anno. qua petit, vt confcribi militem in Ditione fua patiatur Praelatus etc. Ita habet Autographon:*

LEO-

Anno 1678. 6. Januarii pro impetranda pace etc. instituta est oratio publica. Eadem quoque intentione ordinatum fuit, vt tam in Parochia Altdorfensi, quam in Monasterio singulis diebus hora duodecima meridiana signum majori

LEOPOLD von gottes Gnaden Erwöhlter Römischer Kaiser, zu allen zeiten Mehrer des Reichs etc.

Ehrsamber lieber andächtiger; demnach bey nunmehro geEndigtem veldzug allerseits dahin zu gedenkhen ist, wie man aufkünftiges fruheJahr zu veldgehen: dem feindt den Kopf biethen: ein vnd anderen Ort anzugreifen: mitels göttlicher gnade verleyhung eroberen: und sehen könne, erst bemeltem feindt nit allein von ferneren progressen abzuhalten und zu hinderen, sondern anbey allen möglichen abbruch zu thuen, umb desto Ehender zue Eingehung billicher Fridens conditionen zue bezwingen, und dem lieben Vatterlandt teutscher Nation den Erwünschten Ruhestandt wiederumb bey zuebringen, zue Erraichung dieses hailsamben zweckhs aber von nöthen sein will, das unsere in voriger Campagna abgenommene Armada anderwerts verstärckhet werde;

Als seindt Wür aus trewer Sorgfält gnädigst bewogen worden, so wohl in unsern ErbKönigreich und Landen *alß dem heyl. Röm. Reich* die Werbungen vornehmen zu lassen; vnd begehren dannenhero under anderen auch an dich hiemit gdst, du wollest dennen in vnserem nahmen mit vorzaigung vnserer Kayl. Patenten oder dern von vnserer Kayl. Generalitet Ihren vorgesezten obristen habender vollmachten sich anmeldenden officieren und Befelchshabern in DEINES GOTTSHAUS GEBÜETH nit *allein die Werbung einer Anzahl Kriegsvolks guetwillig verstatten, sondern auch zu deren fürderlicher Aufbringung allen gedeylichen Vorschub laisten und Erweisen, auch ein gleichmässiges von denen deinigen zu beschehen anordnen und befehlen.*

Dieses, ohne das es der Rettung teutscher Libertet und allgemeinen Weesens Wohlfarth zum besten angesehen ist, geraicht vnß zu gdgstem gefallen, und Wir seindt dir benebens mit Kayl. gnaden wohl gewogen. Geben in vnser Statt Wien den dreyzehenten Decembris Anno sechzehenhundert, sieben und siebenzig, vnsrer Reiche des Röml. im zwanzigisten, des hungarischen im drey und zwanzigisten und des Böheimbischen im zwey und zwanzigisten.

LEOPOLDT. Mppria.

Vt LEOPOLD WILHELM GRAFF zu KOENIGSEGG. Mppria.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Majestatis proprium.

WILHELMB SCHROEDER. Mppria.



majori campana in turri daretur, qua populus ad implorandum diuinum auxilium admoneretur.

5. Augusti horribilis grando, quae & ruri domi & plurimum damni intulit. Excussae sunt in solo Monasterio nostro rotulae fenestrarum circiter 1951.

18. Sept. dies Dominica. *Nato Caesareo* adplausit Vinea nostra. Hora 8. Concio. Ea finita decantatus Hymnus: *Te Deum Laudamus* etc. inde officium solemne, quod cantauit Reuerendissimus Dominus *Franciscus* Abbas *Ethenmonasteriensis* in Alsatia tum temporis *hic moratus.*

Anno 1679. Fer. 6. Rogat. Ss. Christi Sanguinem in Processione equestri comitatae sunt duae Campagniae *Haranthianae*, & vna *Ttrautmansdorfianae* Legionis.

19. Jul. Miles tandem ex hybernis (quae Deo sint Laudes, cessante *Bello Alsatico* vltima fuerunt) abscessit.

16. Augusti obiit Dom. *Joannes Franciscus Sprenger Cancelarius noster*, vir Jurisprudentia praestantissimus, & de Monasterio optime meritus, Sepultus est in Coemeterio nostro, magno omnium nostrum luctu. Requiescat in aeterna pace.

4. Nou. Ss. Reliquiae nostrae, quae sex annis ob Belli pericula *Roshacii* afferuabantur, iterum ad Vineas reportatae sunt.

Anno 1680. Vnio & Confoederatio inter Congregationes *Sueuicam* & Heluetîcam inita est etc. actum ad *S. Gallum* 16. Maji. — Quia hoc tempore *Erucae* valde in valuerunt, & magnum terrae frugibus damnum fecerunt, ideo tam a Reuerendissimo Domino nostro, quam aliis circumjacentibus locis a Reuerendissimo Praesule *Faucensi* petitus est aliquis Reu. Pater, qui *Pedum S. Magni* ad has partes deferret, agrosque ac prata benediceret. Impetratum & factum est cum optimo & exoptato fructu.

8. Jul. Reuerendissimo nostro *Alphonso* a subditis *Blumeneggensibus* oblata est tabula argentea, similis ei, quam Reuerendissimo *Dominico* ad diem electionis iidem suis sumptibus confectam obtulerunt.

3. Sept.



3. Sept. Allata sunt *sex argentea Candelabra cum Crucifixo etc.* quae Reuerendissimus Dom. Alphonsus Abbas *Brigantii* ab Aurifabro *Joann. Georg. Hoeger* elaborari curauit.

Dom. 1. Aduentus Reuerendissimus & Amplissimus Dominus *Raymundus Rembolt* postulatus e Monasterio nostro Abbas *Blauburanus*, Jubilaeum aetatis, Professionis & Sacerdotii nec non Abbatialis dignitatis celebrauit. Anno videlicet aetatis 85. Professionis 69. Sacerdotii 61. Abbatiae 50. Primas vesperas & solenne officium ipsemet cantauit. Inuitati fuerunt ad hanc solemnitatem RR. DD. Abbates *Benedictus Ottoburanus*, *Isnensis* & *Majoraugiensis*. E quibus Abbas *Ottoburanus Concionatus est*. Populi tantus concursus, qualis vix in festo Dedicationis etc.

26. Dec. Et pluribus subsequentibus diebus aparuit horribilis *Cometa* tam in hisce quam aliis longe dissitis locis, qualis expertissimorum etiam *astrologorum* testimoniis vix vnquam visus est *).

Anno

*) *Hoc itidem anno ab Imperatore* Leopoldo *accepit Litteras* Alphonsus *Abbas*, *quibus nedum, vt in superioribus, petit facultatem in* Dominio Territoriali *Monasterii nostri militem conscribendi*, *sed & si disciplinae militaris rationem minus essent habituri*, *eos etiam* custodiae mandandi, *nedum gregarios, sed & cujuscunque Conditionis & status forent. Imperatorem ipsum auscultemus:*

LEOPOLD von Gottes gnaden Erwöhlter Römischer Kaiser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs.

Ersamer, lieber, andächtiger. Obwohlen Wir unsers höchsten orths nichts mehrers Verlangen, alß daß allerseiths der liebe Frieden und Ruhestandt kräfftiglich beybehalten, mithin die vergiessung so vill unschuldigen Christenbluts abgewendet werde, gestalten was zu Erraichung sothanen Zwecks immer hat geraichen mögen an vns bißhero nichts erwunden, Wir auch zu einigem widrigen vrsache zu geben im geringsten nicht gemeindt seindt; so werden Wir jedoch wegen der dem Heil. Röml. Reich nicht minder dann unsrem Erbkönigreich und Landen, sonderlich *ab Oriente* antrohender gefahr aus trew vätterlicher Sorgfalt billig bewogen, unsere vorhin auf den Bainen habende Armada zu verstärkhen. Damit nun diese Mannschafft desto ehender und leichter aufgebracht werden könne, ein solches aber umb der in unsren Erbkönigreich *Böheimb*, auch *vnder* und *Inner österreichl. Landen* eingerissene und ahn theils orthen noch nit völlig aufhörender *Contagion* willen, sich nicht wohl bewerkstelligen lässet, damit das übel nicht weiters eingreiffe und anderstwo von newem ungelegenheit entstehe;

Als

 

Anno 1681. 13. Jan. Propter supra memoratum *Cometam*, *pestem* in diuersis locis grassantem & imminentia *belli pericula* Reuerendissimus Abbas noster in altari *S. Sebastiani* quotidie celebrari fecit, & reliquias S. Martyris exponi etc. frequens erat populi aduentus & magna deuotio. Idem Reuerendissimus Alphonsus *Dominica infra octauam Corporis Christi solemnem Processionem cum venerabili Sacramento instituit* intra septa Monasterii, quae etiamnum magna populi frequentia & deuotione celebratur.

10. Junii

Als haben Wir vns gnädigst entschlossen, obberührte verstärckung nicht allein in vnsern *vorder* - und *oberösterreichl. Landen* (allwo beraiths der Anfang gemacht worden) sondern auch im *heil. Röml. Reich* anzustellen, und gesinnen dannenhero under anderen ahn DICH, das du gehöriger orthen die weitere verfügung thuen wollest, auf das denen *in vnsrem Nahmen mit vorzaigung vnsrer Kayl. Werbungs patenten* sich anmeldenden officieren oder Befehlshaberen nicht allein *in deines dir anvertrauten Gotteshaußes* POTTMAESSIGKEIT die anwerbung einiger Mannschafft *guetwillig verstattet*, sondern zu deren schleüniger aufbringung *aller befürderlicher Willen und Vorschub* gelaistet werde.

Dessen Wir vns umb so mehr gnädigst versehen, als nach ausweisung ersterwehnter *Werbungs patenten*, und sonsten denen *commandierenden officieren* sowohl als gemeiner *Soldatesca* die haltung scharpfer Kriegs Disciplin gemessen eingebunden, und *eines* JEDEN ORTHS OBRIGKEIT anheimb geben wirdt, über die *excedierende officier* (*sie seyen hochen oder nideren Standts*) wie auch gemeine Knechte *zu der Apprehension und Captur* zugreiffen, und darauf die Reos oder schuldige ihrer militarischen instanz zu gebührender abstraffung (welche nicht weniger ernstlich anbefohlen worden) anzuzaigen.

Seindt es benebens umb dich anderwerths danknehmig zu erkhennen erbietig, und verbleiben dir mit Kayl. gnaden gewogen. geben auf vnsrem Schloss zu Lintz den fünffzechenden Nouember Anno Sechzehenhundert und achzig, vnsrer Reiche des Römischen im drey und zwanzigisten, des Hungarischen im sechs und zwanzigisten, und des Böheimischen im fünff und zwanzigisten.

LEOPOLD. Mppria.

Vt. LEOPOLD WILHELM GRAFF zu KOENIGSEGG. Mppria.

Ad Mandatum Sacrae Cesareae Majestatis proprium.

JOHANN AMBROSS HOEGELL. Mppria.

10. Junii. Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps Dominus *Franciscus Joannes* Episcopus *Constantiensis* e singulari ad Ss. Christi Jesu Sanguinem deuotione peregrinationem promissam exsoluturus aduenit post vesperas. Quem Patres & Fratres nostri induti floccis, & ex vtroque latere *Anticapellae* Ss. Sanguinis consistentes exceperunt: quos & ipse singulos porrecta ad osculum manu salutauit. Dein cum sacellum Ss. Sanguinis ingressus esset, & aliquamdiu orasset, Ss. Sanguinem a P. Custode exhibitum deuote veneratus, a Reuerendissimo Domino ad aulam deductus est. Mansit sequenti die, missaeque sacrificium in Altari Ss. Sanguinis celebrauit.

11. Julii Dom. *Georgius Sigismundus* Suffraganeus Constantiensis consecrauit sacellum in Coemeterio *Hasenwilano* recens exstructum. Inde 19. ad Vineas diuertit, vbi a prandio confirmationis Sacramentum magno numero senum Juuenumque impertiit etc. vltimo ante mortem suam anno Dom. *Andream Wey* a consiliis aulicis nomine sui Principis in bello pro Caesare militantis pro Ecclesia Collegiata Bettenbrunensi praesentatum, in Praefecti jura ex commissione pontificia induxit.

Anno 1683. 19. Jul. obiit Reuerendissimus & Amplissimus D. *Alphonsus Stadlmayer* Abbas noster. Requiescat in aeterna pace! cui successit & electus est in Abbatem Reu. Pat. *Willibaldus Kobolt* 22. Jul. hactenus P. *Reding* cit. supra. Alius quidam hoc ei Encomium scripsit: Vixit hic Reuerendissimus Praesul annos 74. in Religione 56. in Sacerdotio 50. *non Completos.* In Abbatiali vero Dignitate nobis affulsit vt splendidum sydus benedictinae religionis annos 10. praeclaros longe lateque diffundens virtutum radios. Cujus prudentiam, rerumque non tam gerendarum dexteritatem, quam gestarum gloriam magni quoque Principes admirati sunt. Vir de Religione & bono publico optime meritus. Denique plenus dierum & meritorum occubuit aeternae felicitati oriturus etc. *)

*) *Aduenere Litterae Imperatoris* Leopoldi 23. *Augusti datae ad* Alphonsum *nostrum postquam integro mense prius obierat: mortis nempe fama ad aulam Caesaream nondum perlata, celerem Abbatis opem flagitat Caesar contra Turcas* Viennam *arcta obsidione prementes. En Litteras:*

LEOPOLD etc. In was noth Wir vns gesezt befindten zu Rettung des gesambten Reichs und werthen Christenheit gegen den mit aller Macht vor- und einbrechen-



WILLIBALDUS ABBAS XXXV.

Pater hujus Abbatis fuit *Sebastianus Kobol de Tambach* *), seu vt aliis placet, de *Thannbach*, Mater *Anna Margaritha Kernin.* Ortus est hic praeclarissimus Praesul *Lindauii* Anno 1641. die 21. Febr. S. Regulam professus 8. Maji anno 1658. Primitias celebrauit anno 1666. 1. Nouembris. Ob singularis doctrinae praestantiam ad cathedram tum a *Mariae Montano* coenobio, tum ab Vniuersitate *Salisburgensi* certatim petitus. Praeualuit haec, & obtinuit WILLIBALDUM, qui sibi & illi tradita *Philosophiae & Juris canonici* doctrina magnum nomen conciliauit. Religiosi quoque *Conuictus* ibidem *Regentem* agendo feruentem disciplinae Zelum cum discretione conjunctum demonstrauit omnibus & singulis subditis. Denique domum reuocatus Abbatiali Mitra coronatus fuit anno 1683. 22. Julii in festo S. Mariae Magdalenae, quam admirabili pietate, religione, vigilantia, Prudentia, suauique conuersandi modo velut

brechenden Bluetdurstigen Erbfeindt den Türckhen alle mögliche Hilff und Assistenz eyligst zue samen zu ruffen und aufzubringen, ist dir schon vorgetragen worden: und wollest demnach, *wessen wir vns absonderlich zu deinem mitleidigen Eyfer gegen vnserer belägert und beängstigten Haubt- und Residenz Statt Wienn ferners versehen*, von vnsrem gesandten, Reichshofrath und Cammereren dem *graffen von Zeyl*, mit mehrerem vernehmen.

Massen vnser gnedigstes Begehren hiemit an DICH ist, du wollest ihme darüber nicht allein vollen glauben zuestellen, sondern dich auch dabey also bezaigen, wie es die noth selbsten erfordert, auch *das Exempel der Vorfahren deinen Eiffer anspornen wirdt*, und wir dessen umb so sicherer von dir erwarthen. So wir hiewiederumb danknehmblich zu erkhennen genaigt seindt, und dir anbey mit Kayl. Gnaden wohlgewogen verbleiben. Geben zu *Passaw* den drey und zwanzigisten Augusti Anno Sechzehen hundert drey und achtzig, vnser Reiche des Römischen im sechs und zwanzigisten, des Hungarischen im neün und zwanzigisten, und des Böheimischen im sieben und zwanzigisten.

LEOPOLD. Mppria.

Fr. LEOPOLD WILHELM GRAFF zu KOENIGSEGG. Mppria.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Majestatis proprium.

CHRISTOPH BEWER. Mppria.

*) *Ita scribit P. Bucelinus, cui assurgendum omnino hic reor.*

lut pretiosioribus gemmis & vnionibus exornauit: latumque adeo splendorem vt inde non tam religiosae suae VINEAE, quam & *Aulae Caesareae* acceptissimus fuerit, merueritque Imperatoris LEOPOLDI *Consiliariis* adnumerari *). Interfuit etiam *Augustae Vindelicorum* coronationi August. Imperatoris & Regis JOSEPHI glor. memoriae, *Capellani Aulici* functus officio. Venditis bonis *Lanensibus* in Tyroli comparauit annuum censum *Marckdorffi etc.* PRIORATUM *Veldkirchensem* mutauit in *Hofensem* e fundamento aedificandum **).

Granariam, vulgo die neue Kornschütte magnis sumtibus e fundamentis excitauit: multa exstantia debite antiqua expunxit. In causis Monasterii iter arduum *Oenipontum* & *Viennam* feliciter aggressus est. Omnes ad quos peruenit, quibuscum egit, in sui amorem & venerationem adtraxit. Denique nimiis laboribus pro Dei gloria & Monasterii vtilitate consumptus, frequentibus apoplexiae ictibus fractus ad aeternam fidelis Dispentationis coronam transiit, magno sui relicto desiderio anno 1697. 17. Junii. Haec ex continuatore Lib. Abbat. Tom. IV.

Quae sequuntur, ex laudati saepius *Gotefridi Reding* annalibus deprompta sunt:

10. Augusti 1683. Reuerendissimo Domino Wilibaldo Abbati subditi Blumeneggenses homagium praestitere.

1686. 15. Febr. subditi Blumeneggenses Reuerendissimo Domino Abbati offerunt peluim argenteam cum Cantharo infusorio 170. semiunciarum Augustae Vindelicorum affabre elaboratum.

Anno 1687. 15. Decembris Celsissimus ac Reuerendissimus *Cantelmi* hactenus Nuntius in *Heluetia*, modo autem in *Poloniam* destinatus, ad Monasterium nostrum diuertit. Sumpsit hic prandium, inde SS. Sanguinem veneratus eo adhuc vespere iter accelerans vsque in Waldsee profectus est. Ceremonias ecclesiasticas, quibus Nuntii Apostolici excipi solent, intermitti voluit.

Anno

*) *Haec relatio ex Diplomatum fide certa est, inprimis* Leopoldi *Imperat. Viennae* 21. *Febr.* 1685.

**) *Bello enim suecico haec Praepositura penitus diruta fuerat.*



Anno 1688. Renouatum est a Reuerendissimo Abbate Wilibaldo *Templum S. Viti* *) ad arcem Rauenspurgensem situm.

2. Julii propter murum Granarii, quod circa haec tempora Reuerendissimus exstruere coepit latius producendum & propter viam regiam concambium cum Altdorffensibus initum est etc.

24. Sept. Diruta fuit taberna vinaria juxta portam majorem sita, & in Domum pomarii translata est.

27. Solennissime summaque cum gaudio ubique decantatus est Hymnus: *Te Deum Laudamus etc.* propter occupatum a caesareano milite *Belgradum*. Sed gaudium hoc breui in luctum transiit; nam subsequenti mense Octobri dum Gallus, rupto cum Imperatore ad annos viginti inito Armistitio, Imperium inuasit, *Philippoburgum* occupauit, multas ciuitates & propugnacula in tractu *Rhenano* & *Palatinatu* deuastauit. Exegit insuper a *Ducatu Wirttenbergico* & vbi id non prompte pendebatur, rapina omnia & flammis vastabantur etc. Monasterium nostrum tribuere coactum est quinque florenorum millia. Mirum tam exiguum hostium numerum (fuere enim viri tantum quingenti) in tam amplis & populosis regionibus tantum efficere potuisse.

25. Octob. ob crescentia pericula thesaurus Ecclesiae etc. in Blumenegg transportatus est.

25. Nou. Empta est Domus aliqua refugii *Stadii* in Heluetia prope lacum Acronianum sita *Grundegg* dicta a Dom. Baesler Archigrammathaeo vallis Rhenanae, in quam tempore necessitatis reculas Monasterii nostri transportare possemus.

Hoc anno in nouum Granarium, quod anno 1685. a Reuerendissimo nostro Wilibaldo extrui caeptum est, primae fruges illatae sunt. Renouatum quoque & in meliorem ordinem redactum est Pistrinum cum molendino. In Hofen exstructa fuit domus lateritia.

Anno

*) *A quo* monti *nomen. Hic Principum illustrissimae gentis* Quelficae *quondam castrum, quod incoluere, postquam* Altdorfio *auita sede emigrauerant. Hinc in Monumentis* Zwifuld. *constanter* Comites Rauenspurgenses *vocantes etc. etc.*

Anno 1689. 7. Martii obiit Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps Dominus *Franciscus Joannes de Prasberg* Episcopus Constantiensis cui 14. Aprilis successit Reuerendus Dominus Decanus Cathedralis *Marquardus Rudolphus de Roth.*

Mense Julio restaurari caepta est parochialis Ecclesia in *Buochorn.* Contulit Reuerendissimus noster in parata pecunia 600. fl. calcem insuper & tegulas ad tectum etc. ea conditione, vt ipsi Buochornenses in pago nostro *Hofen* aream e recens exstructi hospitii sitam Monasterio cederent.

22. Aug. Reuerendissimus D. Willibaldus *Augustam* Vindelicorum ad *Electionem* Romanorum Regis *Josephi I.* Austriaci, *Leopoldi* Imperatoris semper Augusti Filii: & *Eleonorae Magdalenae Theresiae Neoburgicae* Imperatricis *coronationem*, proficiscitur. Hoc anno in Monasterio nostro exstructae sunt *officinae* fabrorum, vietorum, scriniariorum etc.

Anno 1690. 18. Jan. *Augustae* eligitur Rex Romanonum *Josephus I.* anno aetatis suae duodecimo. 19. Coronatur Imperatrix *Eleonora* Neoburgica etc.

26. Coronatur Rex Imperii romani *Josephus I.* 3. Febr. Imperator *Augusta* discedit. 4. Febr. Reuerendissimus Praesul noster domum reuersus est.

Interea dum Augustae morabatur Reuerendissimus Dominus Abbas noster, officiales Austriaci nouas iterum in Monasterium nostrum machinationes excogitarunt. Persuaserunt nempe subditos, Reuerendissimum nostrum Abbatem empturum totam *Sueuiae Landvogtiam*, ac pro eadem offerre Augustissimo Imperatori bis centena & quadringenta florenorum millia. Si itaque a jugo hoc monastico redemptos se vellent, oblata certa pecuniae summa priuilegium *de non abalienanda Landvogtia ab Imperatore* efflagitarent. Sequuti haec consilia subditi quagraginta florenorum millia spoponderunt. Annuit Augustissimus & petitam gratiam concessit. Isthaec vbi Reuerendissimus Dominus Abbas noster comperit, ad Excellentissimum Dominum Comitem *Strattmann* aulae caesareae Cancellarium, & Dom. N. *Remich* Superioris Austriae Referendum se contulit, rem apperuit, ac se de vindicanda sibi *Landvogtia* ne cogitasse quidem vnquam luculentissime comprobauit. Audientes haec subditorum Deputati, seque deceptos conspicati, praefatum Dom. Cancellarium accesserunt,

 seque



ſeque ab officialibus deceptos conteſtati ſunt, rogantes vt promiſſa pecuniarum ſumma remitteretur. Sed fruſtra; reſponſum enim tulerunt, rem ad Auguſtiſſimum Imperatorem jamiam delatam, ab eodem acceptatam approbatamque retractari non poſſe etc. 18. Junii Conſecratur Celſiſſimus ac Reuerendiſſimus Princeps *Marquardus Rudolphus* Epiſcopus Conſtantienſis.

Anno 1691. 17. Junii Dominica infra Octav. Corp. Chriſti ſub officio ſummo in Altari S. Crucis Primitias legit. R. P. *Amandus Gebelin* Capucinus Reuerendiſſimi noſtri ex ſorore nepos.

11. Julii Dom. Abbas noſter poſt decantatam miſſam conuentualem ſolemni ritu in ſummo Altari duodecim *vexilla* militaria *Carraffianae* Legionis in *Sabaudiam* deſtinatae, benedixit.

Anno 1692. Deſtruitur vetus hoſpitale extra muros Monaſterii ſitum. emitur ornatus holoſericus ſtriis aureis & *Inſigniis hiſpanicis* exornatus.

Anno 1693. Reuerendiſſimus ac Illuſtriſſimus Princeps Einſidlenſis Abbati noſtro venalem offert Dynaſtiam *Ittendorff* cum Juribus & pertinentiis ſuis, prout ipſe eandem hactenus poſſederat. De pretio contractum atque conuentum eſt. Quia vero durante hoc actu Reuerendiſſimus & Celſiſſimus Princeps Epiſcopus Conſtantienſis *Marquardus Rudolphus* ſeſe interpoſuit, obtendens eamdem Dynaſtiam & ſibi oblatam eſſe, ideo cum ipſo partienda fuit, ac quaelibet pars, quae ſibi obtigerant, exſoluit.

Anno 1694. 12. Martii: Euoluto jamjam *ſexto ſaeculo* ab eo tempore, quo *Juditha Regina Angliae* *) SS. Chriſti Redemptoris *Sanguinem* Vinearum Monaſterio intulit & donauit, Reuerendiſſimus & Ampliſſimus Dom. Wilibaldus Abbas ſolennem gratitudinis ac ſaecularis memoriae feſtiuitatem in diem hanc, qua pretioſiſſimus iſte Theſaurus a Deo reuelatus *Mantuae* inuentus **) & e terra erutus eſt, celebrandum inſtituit, quae ſub ſequentibus ceremoniis peracta eſt.

Die

*) *Vxor* Toſtici, *qui de hoc regno contendebat: ſed obtigit* Wilhelmo Conquaeſtori, *Marito* Mathildis Judithae *ſororis. Non ergo haec, ſed illa* Angliae *Regina fuit, qua de re alibi. Interim Lector adeat* Ordericum vitalem *Lib. VII. p.* 638. *vel Orig. Guelf. Tom.* II. *p.* 269. *huic poſtea nupſiſſe* Guelfonem *Ducem Bauariae* Azonis *Marchionis* Eſtenſis *&* Chunizae Guelficae *Filium in vulgus notum eſt.*

**) *Teſte Herm. contracto ad ann.* 1048.

Die 11. praecedente post decantatam missam Conuentualem Reuerendissimus & Amplissimus Dominus *Vdalricus* Abbas *Zwifaltensis* (ad hanc solemnitatem singulariter inuitatus) comitante venerabile Conuentu Weingartensi ardentibus cereis ad facellum Ss. Sanguini sacratum processit, indeque assumptum Ss. Sanguinem ad summam in choro Aram deportauit, & in praeparato ibidem Tabernaculo collocatum publicae venerationi exposuit. Inde solennes Vesperas decantauit, & iisdem finitis Eumdem praecedente iterum Conuentu & Antiphonam: *Saluator Mundi salua nos etc.* concinente ad facellum proprium reportauit.

Die 12. subsequente (quo etiam deinceps festum *Inuentionis* Sanctissimi hujus cruoris ex Apostolicae sedis indulto cum *officio* & *missa propria* sub ritu *Duplicis primae classis* quotannis celebrabitur) hora 8ua antemeridiana A. R. ac Doctissimus D. P. *Eugenius Speth* Regii & Imperialis Monasterii *Salemitani* Professus, S. Scripturae Doctor, Proto-Notarius Apostolicus eruditissimam in laudem S. Sanguinis ad populum concionem dixit. Ea finita, instituta fuit Processio circum Monasterium per oppidum *Altdorffense*, cui ecircumjacentibus Parochiis Cruces nouem adfuere cum magna populi frequentia. Ad egressum e facello Ss. Sanguinis a RR. PP. Conuentualibus nostris decantatus est hymnus *Te Deum Laudamus etc.* & deinceps *Psalmi Graduales.* RR. PP. Conuentuales aliique DD. Hospites religiosi numero 44. sacerdotalibns induti vestimentis incedebant. Reuerendissimus D. Abbas Willibaldus abbatialibus amictus Ornamentis & infula etc. ac quatuor comitatus Diaconis sub Baldachino Sanctissimum Sanguinem in puluinari holoserico rubei coloris, quod catenulis aureis, annulis, vnionibusque pretiosis exornatum splendebat, repositum praefetulit. Quem tres Reuerendissimi Domini Abbates nimirum *Vdalricus Zwifaltensis*, *Placidus Ochsenhusanus*, & *Michael S. Petri in Waldsee*, & ipsi abbatiali ornatu induti & infulati, subsequebantur. Nobiliores dein diuersi status Hospites, ac demum copiosissima populi multitudo. In oppido *Altdoff*, vbi ad aedes *Kleckerianos* deuentum est, substitit nonnihil processio, sacramque benedictionem accepit: indeque ad Ecclesiam nostram reuersa est, vbi Reuerendissimus & Amplissimus Dom. *Zwifaltensis* officium, vesperasque solemnes celebrauit, & iis peractis Ss. Sanguinem e summo Altari in ejusdem facellum reportauit, locoque solito recondidit.



Vt autem fidelis populus majori ad hunc ſacratiſſimum Chriſti Jeſu Seruatoris noſtri Cruorem deuotione ac veneratione inflammaretur, ſanctiſſimus Dominus Papa *Innocentius XII.* omnibus Chriſti fidelibus Eccleſiam Weingartenſem hac die deuote viſitantibus, *vere poenitentibus*, confeſſis ac S. Euchariſtiam ſumentibus etc. plenariam omnium peccatorum remiſſionem clementiſſime indulſit. Quae Indulgentiae etiam deinceps in *ſingulos annos* impetratae ſunt.

Quantus proinde populi feruor, haſce Indulgentias lucrandi fuerit, ex eo pateſcit, quod RR. PP. noſtri, licet numero non pauci ad excipiendas tamen confeſſiones ſoli non ſuffecerint: ſed aliorum etiam Religioſorum Sacerdotum opem implorare coacti fuerint. Prolongatae ſunt Confeſſiones ſacraeque communiones ad horam vsque ſecundam pomeridianam, numerusque S. Synaxis ſumentium vltra quinque hominum millia excreuit.

Anno 1695. ad initium veris nouum templum in *Hoſen* extrui coeptum eſt. Architectus fuit M. *Chriſtianus Tumm* Brigantino-Syluanus.

Emitur a Praenobilibus Dominis *Scherrich* Patriciis Veberlinganis *Ferrifodina* in der *Hammerau Salisburgi etc.* ea intentione, vt reditus ejusdem in ſumptus Fratrum noſtrorum *Salisburgi Studentium* applicarentur, ſicque Oeconomia hoc onere ſubleuaretur.

Menſe Majo cum Reuerendiſſimo ac Celſiſſimo Principe Epiſcopo Conſtanſienſi de admittenda Monaſterio noſtro ſuprema Jurisdictione *) in pagum *Hagnaw* & reliquas in emptione Dynaſtiae *Ittendorff* ad nos deuolutas villas & praedia, Contractus initus fuit, in quo ceſſit Monaſterium duas villas proprias *Hundweiler* & *Reuthin* vna cum decimis in *Hundweiler*, contra nobis Celſiſſimus Princeps dictam Jurisdictionem & decimas ſuas in *Radrach*, quarum pretium licet villis noſtris aequiualens non ſit, condeſcendendum tamen fuit Epiſcopo etc.

13. Octo-

*) *Quam* pignoris *loco ab illuſtriſſima Domo* Fürſtenbergica *ſeu Comite de* Heiligenberg *Epiſcopus habebat. Anno praeſenti, quo haec ſcribo finitum eſt concambii negotium, quo Sereniſſimus Princeps* Fürſtenbergius Joſephus Wenceslaus *acceptis a nobis aliquot praediis & villis* omnia nobis Jura cum Regalibus perpetuo conceſſit: *ita vt deinceps* Hagnouia *aliaeque villae ad hanc pertinentes* ſeparatam Dynaſtiam *&* Territorium a Comitatu S. Montis omnino exemptum efficiant.

13. Octobris Antiquum in choro Altare summum vetustate pene consumptum tollitur, & in locum ejus tabula a *Julio Benfone* celeberrimo Genuensium Pictore elaborata collocatur. Muro circumquaque cingitur hoc anno hortus conuentualis. Murus etiam in der Hanfhalden reparatur, & altius euehitur. Reparatur etiam arx *Liebenau* valde alias ruinosa. Hoc etiam anno 17. Jan. venumdatur *Veldkirchensibus Prioratus S. Joannis* ibidem cum pertinentiis. 14. Junii P. Maximilianus ad dirigendum aedificium in *Hofen* destinatur. Mense Julio instituta est Parochia in *Blizenreuthi*, eique primus Parochus praefectus est ab Abbate R D. *Gürttler*. Anno 1696. 24. Octob. F. *Pantaleon* & F. *Raphael Salisburgum* ad studia Theologica mittuntur. 23. Nouemb. ex *Majenberg* domum reuertitur P. *Michael Hoecht*, qui anno 1690. eo in subsidium missus fuerat. 29. P. *Gerardus Linser* mittitur in *Marienberg*. Anno 1697. 31. Jan. Rauenspurgenses reluunt Praefecturam suam *Schmalegg*, quam anno 1677. ob immensos belli sumptus ad 20. annos obpignorauerant, 30. May in eamdem Ditionem immissi.

17. Junii circa primum quadrantem ad horam primam matutinam obiit Reuerendissimus & Amplissimus Dominus Wilibaldus Abbas noster. Requiescat in sempiterna pace! hactenus ille.

Superest, vt quae nuper *Cremisano* ad me perscripsit Cl. P. *Marianus Pachmayr*, is cujus jam IV. Pars de Abb. Cremif. sub praelo sudat, hic referam; ex iis enim nullo negotio discimus quantam sibi existimationem Willibaldus noster jam inde *Salisburgi* comparauerit. Sic ad me scribit: *Quum Abbas noster* Erenbertus II. *Anno* 1685. 28. Junii officium Praesidis Vniuersitatis *Salisburgensis resignaret, sequentibus vsus est verbis: — — — Jam cedo clauum Reuerendissimo Domino Wilibaldo Imper. Monast. Weingartensis Abbati meritissimo. Qui, si quidquam neglexi, omnia restituet in integrum: cujus clarissimus Dominus Antecessor* (Alphonsus) *huic Vniuersitati viginti annis summa cum Laude praefuit. Digniori itaque fasces submitto, & me omnibus ex animo commendo. Et quo non gestiebat gaudio noster P. Retterbacher* (Auctor Chron. Cremif.) *postquam eumdem ad Abbatiam Imperialem anno* 1683. *adsumptum intellexerat? nec praelo parcebatur, vt gratulantium vota latius diffunderentur.*

Quot porro annis *Prasidis* munus gesserit Wilibaldus noster, Ephemerides Salisburg. loquuntur, singulis annis Typis expressae.



SEBASTIANUS ABBAS XXXVI.

Sebaſtianus Hiller *Juliomagi* ſeu *Pfullendorffii* in Sueuia natus anno 1667. 5 Febr. Profeſſus anno 1685. 1. Aprilis. Primitias celebrauit anno 1691. 14. Octobr. Primitus ſe in cathedra Philoſophum, in culina oeconomum, in Nouitiatu Magiſtrum probauit eximium. Salisburgenſi in Vniuerſitate Philoſophiae Profeſſorem agere dum in procinctu erat, Deo aliter diſponente in Vineis Abbas eſſe juſſus eſt Anno 1697. 20. Junii.

Qua in hoc Dignitatis faſtigio humilitate, qua prudentia & diſcretione qua experientia rerum cum temporalium tum ſpiritualium; qua pietate & Religione in Deum ejusque promouendo cultu, qua dexteritate in tuendis monaſterii Juribus effulſerit, nec calamus nec lingua ſatis exprimere valent. Grauiſſimorum bellorum tumultibus ingruentibus non ſemel fugere coactus, ne extrema monaſterium pateretur, ingentem auri vim expendere & profundere in hoſtem debuit. Poſtea tamen Dominum in *Brochenzell* magnis ſumptibus comparauit: aedificia varia reſtaurauit, & multa de nouo funditus exſtruxit: inter quae Prioratus *Hofenſis*, ante ingreſſum Regiminis exigua parte inceptus, durante etiam bello gallico ab ipſo abſolutus fuit, & nouellis plantis conſitus anno 1702. in feſto S. Andreae. Praeprimis vero noſtra magnifica Eccleſia huic praeclariſſimo Abbati ortum ſuum ac ſplendorem debet, quam e fundamentis exſtruere maximis ſumptibus non tantum incoepit, ſed & feliciter abſoluit. Templa quoque *Thuringenſe* in Blumenegg & *Krumbacenſe* ſub ipſius regimine exſtructa fuere monaſterii impenſis: & ni morte fuiſſet praeuentus, aedificium quoque reliquum Monaſterii excitaſſet, cujus aliqua parte jam fundamenta jecerat. Ejus praecipuam in agendo dexteritatem Reuerendiſſimi Abbates circuli ſueuici adeo venerati ſunt, vt nedum eum in *Directorem* ſibi elegerint, ſed & plerumque ejus conſilia ſint amplexati. *Praeſidium* almae congregationis noſtrae geſſit vltra annos 16. ſaepius in eo confirmatus. Jura Monaſterii contra frequentes inſultus vicinorum aduerſariorum dexterrime tutatus eſt. Pauperum, eorum maxime qui ſtipem rogare pudori ſibi ducebant, fautor, imo Pater largiſſimus fuit. In omni vita ſua ſuauis moribus & mire affabilis. Ipſe omnium amore dignus, plus quoque amari quam timeri ſtuduit. denique poſt exactam vitam cumulo meritorum refertam, calculi doloribus, quibus multis annis laborauit, ſuppreſſus, & tandem Apoplexia tactus ſuperos petiit, mercedem boni Paſtoris percepturus aeternam Anno

1730.

1730. 10. May. Ita fere Lib. Abbat. T. IV. p. 344. Nunc annales P. Gotefridi Reding prosequamur: 20. Junii electio noui Abbatis. In quem electus est Admodum R. P. *Sebastianus Hyller.* Huic electionis actui nomine Celsissimi ac Reuerendissimi Principis Episcopi Constantiensis praefuit Reuerendissimus Dominus *Conradus Ferdinandus Gaist* Episcopus Tricallensis & suffraganeus Constantiensis ac Reuerendissimus Dominus *Franciscus* Abbas Ochsenhuhusanus Praeses Congregationis. Scrutatores e gremio assumpti sunt R. P. *Oswaldus Clesin* Prior, P. *Godefridus Reding*, P. *Vincentius Kopp.* Finita electione & peracta Congratulatione Reuerendissimus D. Suffraganeus electum Dominum Abbatem in Sacello Beatissimae Virginis Mariae confirmauit. Hora 2. pomeridiana Reuerendissimus Abbas *Defunctus* sepultus est in sacello B. V. M. officiatorem egit Reuerendissimus Abbas Ochsenhusanus. 21. Jun. Exequiae ab eodem celebratae.

Finito hoc officio D. N. *Kurz* Landwaibel solus accessit R. P. Priorem templo egredientem petens ejus alloquium, vtque aliquem ex Patribus Capitularibus secum acciperet. Qui tum praesentem P. *Vdalricum* secum ire jussit, atque cum eo ac D. Kurz in hypocaustum recreationis concessit. Vbi isto nomine DD, officialium *Austriacorum* breuiter proposuit, miratos se esse, quod ex parte Monasterii nihil ipsis indicatum fuerit neque de morte Reuerendissimi D. Abbatis defuncti, neque de electione noui Abbatis; cum tamen notum sit, quod Serenissima Domus Austriaca habeat jus aduocatiae. Quapropter si quid contra illud Jus factum fuerit, protestari se nomine Praefecturae Austriacae.

Respondit R. P. Prior fateri nos atque probe scire quod ex libera nostra electione Serenissima Domus Austriaca ante annos circiter ducentos assumpta sit in Monasterii Aduocatum seu Defensorem. Sed in transactione anni 1655. expressis verbis vocari hanc aduocatiam tantum *simplicem:* quae tum secundum Juris peritos: tum maxime ex Conseruatorio Ferdinandi II. anno 1623. clare explicatur, quod Aduocatus vel quisquis locum Aduocati tenet, *si monasterium requirat*, teneatur Monasterium fideliter protegere & defendere: irrequisitus vero nihil adtentet: multo minus vllam superioritatem, vel aliud Jus sub praetextu Aduocatiae sibi arroget nullo modo, quocumque nomine adpellari siue excogitari possit, sub poena Indignationis Imperatoricae & 30. Marcarum Auri puri. Quapropter quum ex hoc titulo Aduocatiae

nihil

 

nihil officialibus Auſtriacis circa electionem competat, nihil etiam ipſis fuiſſe ſignificandum vel de morte vel electione Abbatis. Vnde ſi quid praetendant, ſe contra proteſtari *).

7. Jul. Reuerendiſſimus Dominus Abbas *Sebaſtianus* a Reuerendiſſimo Domino Suffraganeo Conſtantienſi ſub ſolemni miſſae officio S. Benedictione inauguratus eſt, aſſiſtentibus *Franciſco* Ochſenhuſano Congregationis Praeſide, & *Vdalrico* Zwifaltenſi Viſitatore. Interfuerunt praeterea ſolemnitati huic Reuerendiſſimus Dominus *Chriſtophorus* Abbas Augiae candidae, Reuerendiſſimus Dominus Praepoſitus & Abbas Canonicorum regularium in Waldſee *Bernardus*. Reuerendiſſimus Dominus Placidus Abbas reſignatus Ochſenhuſanus, Frater Germanus Reuerendiſſimi Domini Abbatis Defuncti: diuerſi Clerici, imprimis D. Decanus Rauenſpurgenſis ac alii Parochi & Capellani qui Beneficia a Weingarten habent. Varii Religioſi: P. Confeſſarius ex Baindt, P. Prouincialis Franciſcanorum cum PP. Guardianis ex Waldſee & Sulgen. P. Prior Carmelitarum, & P. Guardianus Capucinorum Rauenſpurgi. E Saecularibus Illuſtriſſimus Dominus *Franciſcus Maximilianus Comes a Koenigsegg* Landuogtiae Praefectus: Ejus Vicepraefectus: D. Judex Prouincialis cum alliis officialibus Auſtriacis. E Magiſtratu Rauenſpurgenſi Ambo vtriusque Religionis Conſules & Stattamanni, duo Senatores, & D. Syndicus. Ammanus Altdorffenſis, omnes noſtri Ammani villani, & alii quamplurimi. Intortitia ardentia ad aram obtulerunt Praenobilis Dominus Joſephus Andreas *de Gall* Conſul, & Praenob. D. Ludouicus *Schulthais* Stattamannus Rauenſpurgenſes. Panes deauratum & deargentatum Praenob D. Vdalricus de Deuring & praenob. D. Joſephus *Gaiſt de Wildegg* Rauenſpurgenſes. Doliola praenob. D. Joann. Franciſcus *Kuon* J. V. L. Cancellarius noſter, & proenob. D. Joſephus Antonius Cajetanus *Schmidlin* a Steinbach ſupremus officialis monaſterii noſtri.

27. Aug. Reuerendiſſimus D. Conradus Ferdinandus Gaiſt Suffraganeus Conſtantienſis ex juſſu Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Principis Epiſcopi viſitauit Monaſteriolum ſanctimonialium in *Altdorff*, quod ab anno 1534. quo monaſteriolum hoc Reuerendiſſimo Domino *Gerwico* Abbati noſtro commiſſum fuit, factum eſſe non memoratur, ſed viſitatio hoc DD. Abbatibus noſtris ſemper permiſſa fuit.

Eodem

*) *Hoc qualequale dubium ſublatum eſt ab Auguſtiſſimo Imp. Carolo VI. 7. May anno 1740. ac libera electio in perpetuum aſſerta eſt.*

Eodem die idem Reuerendissimus Dominus Suffraganeus consecrauit Altaria in Capella *S. Viti* prope Rauenspurgum, quam D. Abbas *Wilibaldus* nuper renouari curauerat. 29. August. consecrauit etiam renouatam & ampliatam Ecclesiam parochialem in *Bergentreüthin.* E Monasterio nostro huic actui nemo interfuit, quod tamen conueniens fuisset, quum Reuerendissimus noster Collator sit. Quia vero D. Abbas noster Domo aberat, & D. Parochus neminem inuitasset, intermissum est. Nam 24. Aug. Reuerendissimus Sebastianus in Blumenegg profectus fuerat, homagium a Subditis excepturus. Cum eo R. P. *Oswaldus Clesin* Prior, D. Cancellarius noster, & D. *Mezger* Notarius Caesareus.

20. Sept. Illustrissimo D. Comiti de *Koenigsegg* Landvogtiae Praefecto cum consensu venerabilis Capituli conceditur venatio in sylua *Mochenwang*, certis tamen conditionibus, & cum restrictione ad certum tempus etc. *).

16. Octobris R. P. *Joannes Martinus a Bodman* qui anno 1679. a Reuerendissimo & Illustrissimo Principe *Campidonensi* in subsidium petitus fuerat, ad Vineas reuertitur.

31. Octobris Scholae puerorum saecularium e Conuentu in domum extra portam sitam translatae sunt, & praeceptores illis constituti sunt P. *Jacobus Dorsi*, & P. *Lucas Boll.* Philosophiae etiam Professor designatus est P. *Paulus Bauz:* cui pro Auditorio assignatum est hypocaustum supra portam Conuentus. Qui proinde solenne suae Professurae initium fecit die 4. Nouembris.

Anno 1698. Reuerendissimus Dominus Abbas ad Registraturam Archiuii constituit P. *Columbanum Schenz*, P. *Franciscum Haas*, P. *Leopoldum Herderer*, P. *Joann. Bapt. Persues*, P. *Bonifacium Muschgay*, P. *Meinradum Hueber.*

Praeterea denominauit Bibliothecarium P. *Placidum Renz* etc. & quia Reuerendissimus *Isnensis* Philosophiae Professorem petiit, P. *Alphonsus Torrelli* ad hanc Professuram designatus est. Hoc Vere, Templo in *Hofen* jam sub tectum anno praecedente deducto, etiam *Prioratus* aedificari caeptus est.

Post-

*) *Tunc temporis Monasterium nostrum pignoris loco Jus Forestale possedit.*



Poſtquam Reuerendiſſimus Dominus Abbas Sebaſtianus ad initium regiminis ſui a ſubditis noſtris homagium exceperat, citauit dein etiam Feudatarios Altdorffenſes, qui comparere recuſarunt; inhibuerat enim eos Ammanus Altorffenſis, obtendens citationem hanc ſibi & non monaſterio competere: quum tamen Jus hoc monaſterio nemo vnquam diſputauerit. Immo & ipſi aliique viri fide digni, qui antehac ejusmodi actibus interfuerunt, aſſeruerunt, feudatarios hoſce ante hac ſemper a Reuerendiſſimo Domino Abbate & non ab Ammano ad homagium citatos fuiſſe: in cujus rei fidem ſi requireretur, ſe etiam Juramentum praeſtituros eſſe. Ipſi tamen non adquieuerunt. Vt itaque Reuerendiſſimus Dominus Abbas refractarios hoſce ad debitam obedientiam compelleret, eos feudis priuare minatus eſt etc. Tandem poſt multas tricas 17. May a Vice-Praefecto Landvogtiae *Mayer* (germano Ammani) Feudatarii iſti conuocati & ad monaſterium adducti, ipſo praeſente Juramentum praeſtitere. Contra quam tamen conuocationem & adductionem ex parte Monaſterii publice & ſolenni forma proteſtatum eſt. Finito hoc actu D. Vice-Praefectus cum Ammano ad prandium inuitati ſunt, ſed neuter comparuit etc.

20. Sept. Reuerendiſſimus proficiſcitur in *Asnang*, etiam ibidem homagium a ſubditis excepturus.

15. Octobr. P. *Gerardus Linſer* & P. *Auguſtinus Magg* redierunt ex *Marienberg* in Tyroli.

Anno 1699. 9. Febr. in feſto *S. Altonis* ſub regimine D. Sebaſtiani Abbatis omnes RR. PP. & FF. monaſterii hujus Profeſſi numero ſexaginta inſimul congregati praeſentes fuerunt, & in Refectorio ad menſam regularem vna pranſi ſunt, quod ab integro ſaeculo factum eſſe non memoratur. Ad initium prandi loco ordinariae Lectionis breuis ex Cathedra oratiuncula gratulatoria dicta eſt. Qua finita Reuerendiſſimus Dominus Abbas diſpenſauit in ſilentio ſeruando, & colloquium admiſit. Appoſiti ſunt cibi lautiores ſex, vinumque praeter ordinarium praeſtantius infuſum. Ad prandium hoc hoſpitum & exterorum nemo adhibitus, ſed omnes ad aulam dimiſſi ſunt.

29. May Fer. 6. poſt aſcenſionem Domini SS. Sanguinem Chriſti Seruatoris in annua Proceſſione comitati ſunt equites 1180. quos inter primarius fuit Reuerendiſſimus Dominus *Chriſtophorus* Abbas Augiae candidae.

Hoc

Hoc etiam anno Reuerendissimus Dominus Sebastianus Abbas ad ornatum summi altaris quatuor Vrceos argenteos, florum receptacula, Augustae fieri curauit: constiterunt 800 fl. 7. Junii prima vice in altari expositi sunt.

3. Julii Illustrissimus D. *Comes de Koenigsegg in Aulendorff* Reuerendissimo nostro per litteras insignauit, animum sibi fuisse sacella illa, quae D. *Auia sua* ante annos circiter quadraginta juxta viam regiam, *Beienfurtum* ducit, exstruerat, & modo valde ruinosa essent, reficere. Interea autem sibi relatum esse, quod Monasterium Weingartense ad ea conseruanda teneatur. Luberet ergo D. Abbati eadem priusquam penitus collabantur, restaurare. Indagatum itaque in Archiuio nostro, talisne obligatio scripta & authentica adesset nec ne? sed nihil repertum fuit. Quod Reuerendissimus Dominus Abbas Illustrissimo Domino Comiti amice renunciauit. Quapropter Illustrissimus Dominus Comes ea suismet ipse sumptibus restaurari curauit.

Anno 1701. 10. May R. P. *Alphonsus Torrelli* professus Weingartensis postulatus & electus est Abbas *Isnensis* in Algoia: Cujus Benedictio celebrata est in Monasterio Weingartensi die 5. Junii. *Hic finiunt annales P. Reding.*

Filum vero narrationis contexuit R. P. *Oswaldus Clesin* Prior Weingartensis in Ephemeridibus suis, quae octo annos complectuntur. Fuit is vir doctrina praestans & prudentia singulari praeditus: sed quum chyragra vehementer nec minus frequenter laboraret, apices ita tremulos efformauit vt aegerrime internosci queant: vt de promiscua linguarum latinae & gallicae confusione nihil dicam. Pleraque quidem, quae adnotauit domesticas res adtinent, non raro tamen etiam quae ad historiam patriam pertinent, cujusmodi sunt sequentia:

Anno 1700. 10. Febr. Dux *Furstenbergius* ex Aulendorff veniens hic transiit.

14. Febr. Kislegii nuptiae D. Comitis *de Wolfegg* cum filia Baronis *de Schellenberg.*

15. Febr. Vxor judicis prouincialis D. *Eshenbrugg* (qui euicta sua caussa, regiminis Oenipontoni reformata sententia, Vienna Altdorffium ceu Ju-



dex prouincialis aduenerat) D. Comitiſſa *de Altenburg* (quam Viennae promouendae ſuae cauſſae gratia vt fertur duxit) aduenit.

3. Martii aduenere D. Landvogt & D. Baro *de Vlm.*

5. Mart. Milites noſtri abierunt in *Kehl.*

24. Mart. Oſſa ſeu reliquiae Ducis Lotharingiae *Caroli*, Imperatoris ſororii, anno 1690. *Welſii* defuncti Oeniponto Lotharingiam aſportandae ſcribebantur. Quare Epiſcopus Conſtantienſis juſſit, vt in parochiis ſuae Dioeceſis, per quascunque transferentur, exciperentur pompa funebri, pulſu campanarum, proceſſione etc. Sed nunciatum eſt Campidona non hac, ſed per Memmingam, Vlmam etc. transferenda.

26. May. Reuerendiſſimus noſter ex Zwifalten redux ceu electus *Praeſes* Congregationis Sueuicae.

4. Junii Iſnae Viſitatio habita, quo & Reuerendiſſimus Ochſenhuſanus venit. In Priorem datus & illic relictus eſt noſter P. *Wolfgangus Zürcher.*

7. Jun. Milites noſtri ex *Kehl* rediere.

1. Sept. Adfuit R. P. Prior e S. Blaſio Hercyniae cum D. Secretario Schmid Reuerendiſſimo noſtro notis ex Salzburg, Oeniponto reduces in controuerſia contra Auſtriacos Miniſtros, qui quaſi Jure Dominii Territorialis prohibebant, ne homagium ſubditi Reuerendiſſimo praeſtarent in Armis Bombardisque: ſententia lata pro Abbate ſeu Monaſterio.

23. Sept. Nouus Rex Pruſſiae creatus ab Imperatore Elector *Marchio Brandenburgicus.* Qui ſequenti anno 18. Jan. coronationis ſolennitatem celebrauit *ſibi ipſe* coronam imponens. Fuit Rex agnitus a plerisque, excepto Rege Galliae, proteſtante inprimis ordine Teutonico. At contra *nonum* Electorem Ducem *Hannoueranum* Acatholicum adhuc aliqui principes Imperii proteſtabantur.

24. Ratispona relatum, quod Principes Imperii Regem *Galliae* pro Garantia contra nonum Electorem requiſierint.

25. In

25. In *Hofen* fusa est maxima campana pro ea Ecclesia.

27. Paullo ante medium noctis obiit summus Pontifex *Innocentius XII.* electus anno 1691. 11. Jul.

24 Octob. ad Reuerendissimum venit Legatus *Wirttenbergicus* ad Episcopum Constantiensem Dom. *Palmeister*: sed post colloquium discessit.

1. Nouemb. obiit Rex Hispaniarum *Carolus II.* improlis. Testamento instituit Haeredem *Philippum Ducem d'Anjou*, Filium Delphini Gallia secundo genitum, seu *nepotem* Regis Galliarum. Rex Galliae acceptauit testamentum, & Nepotem *Regem Hispaniae* declarauit, & vt talem tractare coepit, licet prius viuente rege Carolo cum *Anglis* & *Hollandis* tractatu inito partitus fuerit Monarchiam inter *Carolum Archiducem* secundogenitum filium Imperatoris, & suum filium *Delphinum*, seu *Nepotem*: vt ille esset Rex Hispaniae & Indiarum: iste obtineret regnum *Neapolis*, *Siciliae*, aliaque loca Italiae etc. Duc d'Anjou nouus Rex agnitus a Gallis, Hispanis, initio ab Anglis & Hollandis, qui tamen deinde contradixere. Hinc Imperator conjunctus foedere Anglis & Hollandis, & statibus quibusdam Imperii bellum parauit.

23. Nouembris Festo S. Clementis electus est summus Pontifex *Clemens X.* Cardinalis Franciscus Albanus Urbinas e statu Ecclesiastico, ortus parentibus vulgaribus: aetatis anno 52. Sub *Innocentio XI.* Secretarius Breuium, ab *Alexandro VIII.* creatus Cardinalis.

1. Decembris Ochsenhusanus Cancellarius cum filio Jurista aduenit acturus apud Prouinciale Judicium causam Biberacensis Apothecarii *D. Rauch* ad Catholicam fidem conuersi, a Lutherano Consule percussi.

Anno 1701. 18. Jan. Marchio Elector Brandenburgicus *Fridericus III.* Koenigsbergae in Prussia coronatus est in Regem Prussiae Imperatore consentiente & quasi pacificente. Nouus Rex Ratisponae insinuari id jussit Principibus Imperii, quod sine praejudicio inter Electores retinet pristinam sessionem ordo teutonicus, ad quem Prussia pertinebat, protestatus est. Rex Galliae noluit nouum Regem agnoscere.



17. Febr. Lustrati milites nostri a Commissario circuli *Wirttenbergico.*

20. Febr. Milites nostri discesserunt in Keel prope Argentinam.

22. Martii D. Comes Landuogt discessit Aulendorffium. Paulo ante Judex Prouincialis *Eshenbrugg*, & Vice-Praefectus *Mayer* pro deductione Dominae Comitissae rixati sunt. Hic ab illo percussus baculo fugit. Res delata Oenipontum atque vterque custodiae mancipatus est.

28. Mart. Fer. II. Paschae Drama a Rhetoribus P. Antonio Professore, exhibitum pro more.

4. Aprilis in Episcopatu festum fori Annuntiationis B. Virg. nos tamen in nostra Ecclesia celebrauimus secundum rubricas festum S. P. Benedicti cum Octaua.

Eodem die in pago Altdorffensi Dom. *Pappus* vt Commissarius aduenit in causa 22. Martii relata. Testes sub juramento auditi. Sequenti die aduenit etiam Dom. Comes Landvogt. 7. In Monasterio Hospites D. Comes Landuogt cum vxore, & Commissarii.

10. Reuerendissimus in Waldsee profectus ad collegialem Dietam.

22. D. Comes Landvogt proposuit Altdorfensibus Dom. *Guldinast* ceu locum tenentem (Stabhalter) Ammani. Protestatus est contra factum Reuerendissimus per Secretarium ciues etiam male contenti; quod non secundum legem municipalem datus sit; quum per 7. annos prius ciuis esse deberet.

1. Maji. In *Cammerhof* equitarunt P. Longinus, P. Gerardus, Dom. Praefectus noster etc. pro judicio ibidem in causis subditorum juxta auitum jus celebrando.

4. Maji D. Comes *Hannibal de Vaduz* adfuit. Reuerendissimus cum ipso pransit. Exspectauit D. Comitem Landvogt ex Aulendorff sequenti die venturum.

6. May. In Deductione SS. Sanguinis vltra bis mille Equites: inter quos D. Comes de Koenigsegg.

7. Maji

7. Maji. DD. Comites hoſpites in Monaſterio. Poſt prandium diſceſſerunt ille Aulendorffium, alter cum P. Joanne Martino a Bodman (pro quo Campidona miſſus eſt equus cum litteris ad Reuer.) Campidonam verſus.

8. Maji. Reuerendiſſimus cum P. Vdalrico *Isnam* diſceſſit, quo etiam commiſſio Conſtantienſis ſequenti die ſequetur pro reſignatione D. Abbatis *Michaelis*. Nix mane quaſi in hyeme jacuit, fluida tamen. Jubilaeum vniuerſale in noſtra Eccleſia promulgatum & inchoatum.

10. Maji. Reuerendiſſimus Abbas *Michael* Isnenſis reſignauit, ac electus eſt Abbas P. Alphonſus noſter praeſente Commiſſario Epiſcopi Dom. *Waibl*, Notario Dom. *Storer*. Scrutatores Reuerendiſſimus noſter Sebaſtianus & P. Wolfgangus Zürcher Prior Isnenſis ex Weingarten.

16. May. Reuerendiſſimus in Capitulo poſt Primam me (*P. Oswaldum Clesin*) ob morbum articulorum Prioratu liberauit, conſtituto in hoc officium R. P. Gregorio: in cujus locum P. Vincentius Oeconomiam adeat etc.

26. Maji. Sub meridiem aduenerunt Copiarum Duces militum Caeſareanorum per Landvogtiam diſtributorum. Inter quos Dom. *Zinzendorff* tribunus militum.

5. Junii Benedictio Reuerendiſſimi Isnenſis in Vineis.

9. Junii. Noſtri milites ex Keel aduenerunt.

2. Jul. In aula hoſpites DD. Comites de *Zinzendorff* & Landvogt cum conjuge etc.

4. Julii milites noſtri *pedites* diſceſſere & *equites*.

13. Julii Veſperi aduenerunt Dom. Comes *de Wolfegg* cum conjuge ejusque matre, & Baro de *Schellenberg*: ſequenti die ſub veſperum reuerſi domum.

10. Sept. PP. Subprior & Vdalricus miſſi in *Marchthal* ad ſolennem Dedicationem nouae Eccleſiae Coenobii, ad quam Reuerendiſſimus inuitatus

fuerat



fuerat (Celsissimus ipse consecrare promiserat, sed interim aegrotare coepit) lubens Abbas noster eo perrexisset, nisi Commissarios Tyrolenses tanquam in Vineis hospitaturos exspectasset.

11. Sept. In Marchthal consecratio Ecclesiae. Commissarii Oenipontani Comes de *Spaur* & Dom. *Coret* reduces Brisgoiae Friburgo in Rauenspurg noctu diuerterunt: ad quos summo mane Abbas noster vectus eos salutauit, mox iter ingressuros.

15. P. *Jacobus* noster *Isnam* missus est ad docendam ibi Philosophiam petente Reuerendissimo Alphonso.

19. Octobris. Per Landvogtiam in hyberna distribuit milites Cataphracti sub *Ducae Hannouerae.* In transitu Altdorffii *Comes Zinzendorff* tribunus sub Legione dimachica *Styrum*, quae tota Legio hyberna in *Austriaco - Ante - Arulanis* locis habebit, sequenti die *Wangium* inde *Veldkirchium* tendebat.

Anno 1702. 1. Jan. Drama a Rhetoribus exhibitum pro more.

5. Febr. P. Prior Gregorius missus est Hofenam cum praefecto Hofensi, & Hagnouam pro Judiciis. Inde ad Episcopum & Lucernam cum Litteris Episcopi ad suum Agentem pro informatione Nuntii, apud quem Reuerendissimi Abbates Ochsenhusanus & Vrsinensis conquesti fuerant contra contributiones Hagnouae praestandas. Minaces prius ad Reuerendissimum Nuntius scripserat, sed postquam informatus est, P. Prior ab ipso exceptus est humaniter, & auditus. Quieuit, & ille cum satisfactione rediit 10. Martii.

28. Febr. Allatum fuit Decretum Episcopi Constantiensis dispensantis in jejunio 40. ei ob certas causas vsque ad Dominicam Palmarum. Similiter in *Curiensi* Episcopatu praeter morem dispensatum fuit propter milites in hybernis demorantes: non autem in Episcopatu *Augustano.*

19. Martii obiit *Guilelmus* Rex Angliae. — Rumor sparsus, quodnouus Rex Hispan. *Philippus V.* Duc d'Anjou 13. Martii Barcellonae mortuus sit. Sed falsus; nam postea vere relatum Roma, quod 17. Aprilis hor. 4. post meridiem *Neapolim* venerit.

1. Maji

1. Maji. Parochia Altdorffenſis Proceſſionem ab Epiſcopo indictam ad Eccleſiam noſtram inſtituit pro felici ſucceſſu Armorum Caeſareanorum.

30. Maji. Dom. Comes Landuogt veſperi ex Aulendorff Altdorfium cum vxore venit, pro reparatione viarum publicarum. 1. Junii pranſi in aula, 3. diſceſſerunt.

4. Sept. Comoedia pro fine ſtudiorum & praemiorum diſtributio, ad quam ex Aulendorff aduecti ſunt Dom. Comes Landvogt, duo filii *Carolus* & *Erneſtus* & Sodalis Baro de *Badux* cognatus, *Bailliſius de Alſatia* cum illarum moderatore. Qui ſequenti die in aula manſere.

9. Sept. Allata noua, quod *Vlma* Ciuitas heri a *Bauaris* occupata inopinato per ſtratagema ſit; vnde apud multos trepidatio exſpectatione ſuſpenſos. Eodem die 8. Sept. *Landau* vrbs munitiſſima poſt diuturnam obſeſſionem Rege Romanorum praeſente noſtris dedita eſt a Gallis, cum *Melac* eam fortiter defendiſſet.

10. Sept. Ex Wiblingen Pater N. aduenit ante prandium cum curru rerum in tutiorem locum transferendarum, & ſequenti die alius currus, ipſeque diſceſſit.

11. De Vlmae occupatione per Bauaros relatum eſt, triduo ad deliberandum dato vrbem totam ſe dediſſe, vt omnes portas miles Bauarus teneret.

12. Nuntius Bauarus ad Reuerendiſſimum miſſus cum litteris, vt quia Monaſterium teneat feudum Bauarum *Rotis*, in recognitionem duos equos praeſtaret.

14. His diebus translatae in locum tutiorem res noſtrae, alias propter dedicationem Eccleſiae Hofenſis ac inde Blumeneggium.

19. Audita vsque huc exploſio majorum tormentorum frequens per horas aliquot *Conſtantiae*: an probandi cauſa, an laetitiae ob *Landau* expugnatum? Bauari milites ad vrbem *Juliomagum* ſubſtiterunt dubii de progreſſu detecta intentione Electoris per interceptas litteras, quod Gallis ſub *Catinati* ductu ſe conjungere intenderit prope *Stüelingen*.



24. Sept. pro hac die Dedicatio Ecclesiae nostrae Houensis indicta fuerat inuitatis pluribus Abbatibus, sed dilata est in Dominicam seq. Ss. Rosarii, missis ad inuitatos nuntiis pro dilatione. Deinceps tamen hac Dominica 4. Sept. celebrabitur.

1. Octob. Dedicatio Houensis Ecclesiae alias hac die videbatur celebranda, sed Episcopus non venit. Indicta fuit in seq. Dominicam.

4. Octob. In Capitulo P. Prior edixit, quod P. *Augustinus Magg* ad petitionem P. Rectoris & DD. Abbatum *Salisburgum* mittendus sit.

6. Octob. Mane hora 5. centum Dimachae & Husari per noctem a Juliomago equitantes Altdorffii taciti aduenerunt. Manserunt per diem & hora 11. noctis discesserunt Wolfeggium.

8. Octob. In Hofen Dedicatio nouae Ecclesiae, ab Episcopo Suffraganeo *Ferdinando Conrado Gaist* peracta, cum Celsissimus Episcopus vti ante octiduum propter phlebotomiam iterum quidem dilationem petiisset; sed quia promulgata & omnia parata erant, concessit Suffraganeo. Apparatus multus erat pro Episcopo cum 38. hominum comitatu, pro Abbatibus *Salemitano, Ochsenhusano, Zwifuldensi, Marchtalensi, Rothensi, Sorethano, Candaugiensi, Petrusiano, Vrspergensi, Majoraugiensi., Isnensi.* Item pro Comitibus *Königsegg* cum conjuge, *Wolfegg, Montfort, Ballifio de Altshausen.* Praesentes tantum erant Abbates noster, *Candidae- & majoris Augiae,* ac *Isnensis.* Dedicata omnia Ecclesiae altaria. Episcopus ipse volebat tantum summum consecrare.

9. Tumultus exortus quasi hodie *Bauari* castra in nostris Campis posituri sint.

12. P. *Augustinus* discessit Salisburgum per Tyrolim futurus Praefectus Conuictorum & Controuersiarum Professor.

23. Noctu circa horam 8uam equites Bauari ultra 100. in Bayenfurt venerunt quaerentes Hussaros. Quorum quinque in hospitio inuenerunt, in quos per fenestras sclopetis jaculati sunt. Sed iis elapsis equos eorum abstulerunt & mox versus Waldsee redierunt, deliberarunt Altdorffium venire ad liberandum

dum Bauarum subcenturionem nuper ab Hussaris captum, sed ob rumorem de Hussaris auersi sunt.

26. Colonellus *Sauremba*, famosus velitator, cum Dimachis & Hussaris unacum praeda abacta 40. Jumentorum & 40. Equorum (quos vti & frumentum vendidit hic, sed aliqui emere dubitabant) aduenit ante prandium, inuitatus cum Reuerendissimo pransit.

29. R. P. Gerardus vicarius Prouincialis PP. Carmelitarum in aula pransit. Non permisserunt Rauenspurgenses vt sua Rheda transueheretur; quum omnes vrbis portas ob vicinos milites clausas tenerent, & angustam tantum portam pro hominum transitu aperirent.

6. Nouemb. aduenit ex Aulendorff Dom. Comes Landuogt cum conjuge. In Conuentu ad mensam regularem, & seq. die in aula pransi.

9. Nouemb. Rauenspurgi Conuentus superioris circuli sueuici — — petendum auxilium ab Imperatore contra Bauaros.

24. Nouemb. In Capitulo post Primam Reuerendissimus de antiqua intentione a 100. annis scilicet sub Georgio Abbate concepta sermonem instituit: nempe erigendi Prioratus seu Prioratuum in membra Monasterii Weingartensis, ne alio aliquando Fratres nostri mittendi: singulariter in Houen, ubi modo constructa esset Ecclesia & Monasterium. Ideoque, vti desiderent, ibidem constituendus sit Conuentus ob amplificandum cultum diuinum, proximorum aedificationem & salutem promouendam. Ne ergo quisquam detrectaret, si eo mitteretur. Denominati sunt ex Senioribus, mediis & junioribus sequentes: *P. Godefridus Reding* Prior, *P. Vincentius Kopp* Subprior, *P. Wolfgangus Zürcher* Exhortator, *P. Anselmus Sulger* Organaedus, *P. Josephus Werder* Confessarius, *P. Maximilianus Waller* Celerarius, *P. Columbanus Schenz* Bibliothecarius, *P. Antonius Schreiber* Custos & Concionator, *P. Georgius Zallinger* Vestiarius & Infirmarius, *P. Matthias Breni* Musicae Praefectus, *P. Lucas Boll* Concionator, *P. Marcus Deuring* Concionator. *Br. Jacobus Zoller* Coquus, *Br. Judas Bodmer* Ostiarius, *Br. Andreas Schreck* Aedilis.

28. Nou. Migratio in Houen. Reuerendissimus noster cum Priore etc. vno quadrante ante 12mam discessit.



30. Nouemb. In Houen a 1. Vesperi heri inchoatum publicum officium. Missam solennem cantauit Reuerendissimus cum Ministris, subjungendo Hymnum *Te Deum Laudamus etc.*

8. Decemb. Veldkirchii Primitiae P. Francisci Capucini, ad quas a parente ejus, Germano meo fratre Consule Veldkirchensi inuitatus fui. Sed nec Reuerendissimus etiam inuitatus (vtpote Professor ejus in Philosophia) voluit, nec ego ob tempus hyemale mihi periculosum.

21. Dec. Ante meridiem aduenerunt *Bauari equites quadringenti* (cum Reuerendissimo in aula pransi supremus tribunus, aliique tres cum Dom. Landuogt Comite) in campo mouentes. E pago ipsis datum vinum, panis, caro & pabulum pro equis. Sub crepusculum vesperi discesserunt transeuntes juxta vrbem *Rauenspurg* in *Türingen*, vbi paene tumultus oriebatur. Vna domus expilata. Parcitum pago propter Dom. Comitem de Aulendorff. Sequenti die pedites vltra ducentos sequuti.

24. Dec. rediere vtrique, re vt dicitur imperfecta ad quam intenderant timentes intercipi, aliquot horis in campo stantes sine molestia vsque in Waldsee redierunt.

22. Dec. Noster Cancellarius a circulari dieta *Heilbrunnae* habita rediit. Franconibus permissi proprii milites, sed Sueui destinati ad Rhenum, nec concessi Circulo a *Ludouico Badensi* circuli supremo Praeside. Ratisponae conclusum, vt Exercitus Imperialis colligatur $\frac{m}{120.}$ militum.

Anno 1703. 15. Jan. milites Bauari 300. Dimachae Langenargam venerunt, querentes Arcem occupare ad transuehendam ex Heluetia, S. Gallo, Roschachio pecuniam Gallicam vel Gallos officiales milites, ut dicitur: sed cum paulo ante 2. hor. Lindauio missi aliquot milites arcem intrassent, retrocesserunt.

22. Errantes aliqui prope Lindauium primum, altera vice accessum tentarunt in dictum Castrum: sed audito signo aliis locis lacus bodamici dato reuersi sunt.

28. Febr.

28. Febr. P. Anſelmus Sulger (egregius Mathematicus) quod noctu magis periclitaretur vltima hujus circa horam 5tam veſp. S. Viatico & S. Vnctione praeſentibus Patribus cum accenſis Cereis, munitus fuit. Ipſe vrgebat vt Crypta Hofenſis benediceretur, tanquam proxime deponendus.

1. Martii Conſtantiae D. Comes Koenigsegg Landvogt ex Commiſſione Imperatoris inſtituit ſolenniter Gubernatorem vrbis D. Comitem *de la Tour et Taxis*, qui pridem ante auocatoria Electorem Bauarum reliquerat, & militare officium reſignarat.

4. Mart. Mane benedixit Reuerendiſſimus caemeterium ſiue cryptam religioſorum in Houen ex Pontificali omnibus ceremoniis ſeruatis, ſine cantu tamen. Poſt prandium diſceſſimus ad Vineas.

10. Munimentum *Keel* 3. Martii a Gallis ductore *Marishal de Villar* oppugnatum, 10. dedictione honeſtis conditionibus occupatum noſtris militariter diſcedentibus. Occubuit in oppugnatione trajecto per Caput globo Antonius Hölzle filius Chirurgi noſtri.

15. April. Ex *Schuttern* pulſis religioſis per Gallos milites quidam huc venerunt etc.

23. April. dum ad nigram ſyluam galli aggrediuntur *Stollhauenſen* lineam, a noſtris repulſi ſunt cum 5000. militum damno, vt 26. Argentoratum redierint. Sed

1. Maji. Mareshalcus *Villars* 20000 militum exercitu ad Wirtenbergiae oppidulum *Hornberg* a 5000 defenſus ſe ſtitit. Dimachici equites deſilientes per altiſſimos montes proditoribus ducibus circumdederunt vrbeculam. Aggreſſi ſunt eam ex alto & a tergo, vbi minus firma erat, vt poſt pugnam germani ſe dediderint. Galli vltra progreſſi, prope *Villam* penetrarunt *nigram ſyluam*, vt ſe jungerent Bauaris, quod paulo poſt factum.

4. Maji. Abbas Marchtallenſis cum 2. PP. aduenit. Altera die diſceſſi in Heluetiam, vbi proprium locum habet pro ſecuritate.



5. Nuntia certa, quod galli milites transscenderint syluae hercyniae angustias vsque Villingam. Vnde timores, auectiones, fugae in conspectu Bauarorum militum: qui de lacu bodamico uenientes hodie constiterunt extra oppidum Altdorff, denunciantes, vt pro reuersuris cum pluribus 15600 panes a Weingart. statu seu Monasterio parati sint. A Rauenspurgensi 15000. Conuasata Monumenta, libri etc. ex Altdorff multi res suas, cistas etc. in Monasterium vexerunt vel portauerunt, quasi in tutum.

7. Reuerendissimus noster Sebastianus conuocatis PP. exposuit causam sui discessus exemplp aliorum Abbatum & Comitum, & post hor. 10. discessit in Houen, inde Brigantium, & in Blumenegg mansit.

14. Majı *Bonna* (Electoris Coloniensis, qui ad Gallos discessit residentia) intra 6. dies expugnata est, frustra defendentibus Gallis, per supremum rei tormentariae praefectum *Cohornam* & exercitum casari foederatorum.

24. Maji Galli 7000. Duce Mareshalco *Chamarante* Brigantium accesserunt, per tubicinem petentes steuram incendiariam. Sed frustra. Leui assultu tentato ad *Besenreis* recesserunt. seq. Die Rauenspurgi statiua posuerunt, & manserunt vsque ad 25. Junii.

In Junio Dux Bauariae occupauit Munimentum *Kuefstain:* 18. illud aggressus: 19. incenso suburbio incendioque in vrbem propagato, comite Wolkenstain commendante discedente, cepit. Inde *Rattenberg* etc. peruenitque ipse Dux Bauar. *Oenipontum*, & cepit ordinare etc. sed 1. Julii prope *Landegg* versus *Fünstermünz* Bauarogalli succubuerunt coesi a rusticis, postea in *Brenner*, vt iterum cum damno 5000 mill. militum e tota fere Tyroli expulsi sint: nec potuerint transitum seu conjunctionem cum Gallis ex Italia venientibus obtinere.

21. Jul. prope *Munderkingam* pugna inter caesareanos Duce *de la Tour* comite & Gallos. Alia item pugna inter Gallos & Caesareanos Duce Generali Styrum, gallis occupantibus tormenta & impedimenta, secumque captiuos ducentibus vltra mille *Vlmam*.

Heluetii

Heluetii quoque male audiebant, quod gallis transitum per suum territorium *Schaffhusae* (etsi ea conditione vt quotidie tantum 20. scilicet 10. ante & 10. post meridiem irent) permisterent.

11. Nou. Nunciatum, gallos excurrisse vsque *Campidunum* (nostris circa Leutkirch castra tenentibus).

13. Aduecta impedimenta Comitis *Cronsfeld*, qui dicitur hyberna habiturus in territorio *Vberlingano*.

15. Nou. Galli *Landau* obsidentes ceciderunt *Hollandos* sub Duce *Nassau* volentes succurrere obsessis, seu liberare vrbem ab obsidione.

17. Nou. Reuerendissimus Rothensis aduenit, in hoc Monasterio ipse Mareshalcus supremus Villars cum Duce Bauariae fuit.

18. Nou. Capitulatione facta Galli occuparunt *Landauium*.

20. Gallis propinquos *Soretho* pagos expoliantibus Reuerendissimus cum equo clitellario hora 2. post mediam noctem aduenit. Idem nuper proditus, & irruentibus Gallis intercipiendus occulte euasit, abducto P. Priore *Innocentio Biberacum*.

21. Falsus rumor, quod Galli in Waldsee, imo in Bajenfurt stent, multam excitauit trepidationem. Attamen Gallo Bauari expilarunt Aulendorff, excepta arce, quam Comes Touffkirch in gratiam Comitis Koenigsegg eripuit.

24. Media nocte tumultus. Altdorffenses reculas in Monasterium portabant, eo quod milites Caesareani Castra *Altshusii* habentes (Galli in *Sulgau*) mox venturi dicerentur ad auferendum foenum, pecora etc.

25. FF. Basilius & Anselmus Schutterani ex Hofen venerunt ad vineas Theologiae studio daturi operam. Venit etiam Reuerendissimus Sorethanus vocatus a suis, eoquod Galli de Sulgen mouentes Sorethi male tractassent Religiosos & saeculares Sacerdotes, ex Ecclesia Calices, Ciborium effusis Ss. Hostiis abstulissent etc.

25. Quo-



25. Quoque Elector Bauariae cum nouo Mareschalco *Marcin* (loco *Villarii* in Galliam reuocati) & exercitu venit *Ochsenhusium.* Ipse cum curia sua diuertit in Monasterio. 26ta *Te Deum Laudamus* solenniter cantatum explosis tormentis majoribus & minoribus. 27. Discessit versus *Augustam*, vt jactabant.

26. Hodie Galli relictis castris Sulgensibus pars mouere dicitur Ochsenhusium, Memmingam, Augustam, remanentibus castris Principis *Ludouici Badensis* Altshusi.

2. Decemb. Post meridiem aduenerunt milites pedites in Altdorff & in Monasterio. Hora 11. praemisso Nuntio *Carolus Princeps Wirttenbergiae* filius Administratoris cum 3. aut 5. ordinum Ductoribus tantum pransus venatum iuit, sequenti mane jentaculo sumpto discessit *Isnam*, vbi cum milite hyberna habuit.

5. Aduenerunt ex Legione *Cusani* milites equites per Landvogtiam in hyberna distributi: ex Legione *Cronsfeldiana* distribuenda in Weingartensi Ditione aduenit in vicem *Cronsfeldi* Praefectus Comes de *Leiningen* cum Comite *la Croix* & aliquot aliis militum Ductoribus. Hic in *Blizenreuthi*, alter in *Houen* propter securitatem, sibi hyberna elegerunt.

9. Dom. 2. Aduent. nouem Hosenae conscendimus vento prospero in *Fussach* provecti, & altera die equitauimus in *Blumenegg*, ubi mansimus vsque ad 21. 3. Quoque tormae peditum ex Legione *Badensi* intrarunt Blumendestinatione Comitum *Castell*, *Koenigsegg* & *Schellenberg*. Sed inde vrgente eggium ex Reuerendissimo per Cancellarium in fine Dec. reuocatae sunt, missis aliquo ex *Cronfeldianis* in Blumenegg.

14. Dec. *Augusta Vindelicorum* per 6. dies ignibus injectis se dedit Duci Bauariae Galli ibi hybernant.

Anno 1704. 3. Jan. Comes *de Leiningen* ex Houen aduenit, habitaturus in domo Kleckleriana, sed quia haec nondum parata hospiti erat, inuitatu Reuerendissimi in Monasterio mansit. Pro victu sumptuoso & pecunia tandem cum ipso conuentum est in singulos menses 100. fl. Subcenturio Comes *Croy* in Blizenreuthi executionem minitabatur rusticis. Pro redemtione

pendi

pendi a nobis debuere ad nouum annum 10000 fl. pro Decembri: & 6000. pro Nouembri.

28. Discessit D. Comes de *Leiningen* ad ordines, transiit quoque *de la Tour*. Commonitus Reuerendissimus ab his, pro sua persona tutiora quaereret.

5. Febr. Princeps Wirttenbergicus *Alexander* Isna adfuit in monasterio pernoctans, sed apud Comitem de Leiningen refectus discessit 7. hujus. In Aulendorff irrumpunt Galli ex Biberach 500. circiter. Abduxerunt D. Parochum Decanum. Iu reditu occisi circa 20. a militibus caesareanis.

16. In Aula pernoctauit P. *Basilius* Roggenburgensis 2. Hussaris & vno decurione stipatus, nam ab Hussaris ipse & P. Granarius e monasterio abreptus Conuenire D. Comitem de Leiningen voluit: sed quia is Brigantium profectus fuerat, eo abiit.

10. Febr. Brigantii decollatus est publice Comes *ab Arco*, quia *Brisacum* sine imperata defensione Gallis permisit. Comes *Marsigli* eadem de causa infamis factus fracto ense super caput ejus. Alii tres Capitanei quod capitulationi subscripserint aliter puniti — sed ex gratia Imperatoris restituti.

12. Martii SS. Sanguis heri a P. Custode ex Houen huc allatus ad Vesperas expositus est. In publica supplicatione eumdem portauit Reuerendissimus Sorethanus. In refectorio prandium sumsere Reuerendissimi Sorethanus & Albaugiensis, Generalis de Leiningen & officiales militares alii.

30. In aula Hospites Generales Comes *Dingen*, Comes *Leiningen*: Comes *de la Tour*, Princeps de *Hechingen* & alii.

2. April. Generales discesserunt ex Altdorff. 8. milites discesserunt.

7. May milites *Mercyani* aduenerunt pergentes versus Danubium.

28. Cum nunciatum fuisset Gallos vsque in *Reuthe* venisse vbi sanctimonialibus e claustro & cellis omnia abstulerunt, cogitatum est de reportan-

 do



do Hofenam SS. Sanguine. Galli etiam *Altshusium* & Arcem expilarunt. Populus cum domestico commendatore in syluas abierat, pugnauitque projumentis abactis contra Gallos. Aliis quoque in pagis incolae cum jumentis in syluas fugerunt.

10. Jun. Obiit Celsissimus & Reuerendissimus *Marquardus Rudolphus* Episcopus Constantiensis.

2. Jul. Pugna Caesareanorum & Confoederatorum Anglo- Hollandorum contra Bauaros *apud Donawerdam.*

21. Jul. Constantiae electio noui Episcopi praeside Nuntio Apostolico Lucernensi *Bichi.* Electus est Reuerendissimus *Joaunes Franciscus Schenk a Stauffenberg.*

11. Augusti Galli ex Biberach in Waldsee non admissi, pecora eorum abegerunt, molendinum incenderunt.

13. Aug. Praelium terribile apud oppidum *Hoechstetten* ad fluuium Danubium, qum Gallo - Bauari vellent recuperare *Donawerdam* & aggredi Principem *Eugenium.* Iste conjuncto Duce *Marleburg* cum Anglo - Hollandis, imo superuenientibus etiam Wirttenbergicis 10. Legionibus, ingenti clade attriuit Gallos praecipue, capto Mareschallo *Tallard*, fugato Duce Bauariae: vltra 30000 desiderati. E nostris foederatis 5. millia, septem millia vulnerati.

19. Hora 2. noctis Galli *Biberaco* discesserunt, *Augustam Vindelicorum* sine damno 18. reliquerunt. Dux Bauariae *Memingam*, quo ipsius Conjux cum filiis declinauerat: indu 19. *Mengam* & Conjux *Monachium* versus. In transitu versus alsatiam Galli aliqua loca incenderunt nostris eos persequentibus. Allata nuntia, quod *Landau* 23. Nouembris Regi Romanorum & Caesareanis post bimestrem fere oppugnationem se dediderit. Praefecto *Laubanio* paulo ante ex puluere pyrio oculis laeso. Item in Bauaria Ducissam & Status Bauaricos, referuato pro illa *Monachio* & *Burghusio*, Protectioni Imperatoris se tradidisse. Attamen cum ad rem ventum esset, *Ingolstadium* milites auxit. Galli ac Hiberni nolebant excedere, nisi stipendia ipsis soluerentur. Similiter & Praefectus in *Kuefsstain* tergiuersabatur. Sed 29. Nou. iste abs-

cessit.

cessit. Ingolstadium 8. Decemb. deditum caesareanis. In Bauaria dieuersae Legionis caesareanorum & foederatorum distributae.

In Hungaria rebelles obtinuerunt *Neosolium*, postquam Conuentus Legatorum pro pace vel treuga vanus fuit.

10. Dec. Reuerendissimus ad Caesaris Legatum in Heluetia Dominum Comitem a *Trautmansdorff* Badam Heluetiorum profectus est ab ipso vocatus.

25. Ornamenta Ecclesiae reducta ab Exilio, rursus exposita.

Anno 1705. 25. Febr. dies cinerum — — Reuerendissimus proposuit PP. Capitularibus R. P. Priorem *Augiae diuitis* sollicitare pro confoederatione cum nostro Monasterio, qualis inter Monasteria Congregationis est. Responsum affirmatiue etc.

In hac Dioecesi Constantiensi publicatum est Decretum Episcopi: dispensari in esu carnium per 40mam iis in locis, vbi est multitudo militum, non in aliis. Milites Dimachae ac Duce Wirtenbergico ex *Hohenwiel* (Duellio) missi *Buchhornium* ad rem monetariam exequendam.

1. Mart. D. Baro *Rost* Commissarius austriacus ad *Grisones* cum suo actuario hospes in Conuentu pransus.

29. Mart. Exspectabatur Legatus Caesareus Comes *Trautmansdorff* ex Bada Heluetiorum Viennam transiturus; ideoque & Brigantio D. Comes Landuogt aduenerat hodie in aula pransus.

24. April. D. Comes Landuogt discessit tamquam Commissarius Caesareus cum D. Barone *Im Hof* ad homagium nomine Imperatoris (modo Domini Bauariae) accipiendum in *Türkheim* a subditis, quod erat Dominium *Maximiliaui* Ducis Bauariae (patruelis moderni Electoris in Belgium repulsi) nuper defuncti.

26. Constantiae consecratio Episcopi *Joann. Francisci Schenk de Stauffenberg*, Consecrator Nuntius Apostolicus Lucernensis *Vicenzo Bighi*: assistentes Episcopi Suffraganei Augustanus *de Westernach*, & Constantiensis *Gaist*.

 3. May

 

3. May. Reuerendiſſimus Hofenam diſceſſit ibi excepturus Illuſtriſſimum D. Nuntium Apoſtolicum Lucern: nam per P. *Ambroſium Aggerman* noſtrum edixit, ſe ſequenti die 4. May venturum. Venit ante quartam veſpert: quinta poſt meridiem equitauit *Lindauium* apud nobiles Dominas & Principem Lindauienſem diuertens. 6. rediit Hofenam & 7. diſceſſit in *Münſterlingen*.

5. May Bauarus ligneo pede incedens Franc. *Widmann* cum aliis nouem Baienfurt per Emiſſarios auſtriacos comprehenſus eſt. Ducti ſunt Altdorffium. 8. Militiae Praefecti honeſte arreſtati, duo Nuntii ſeu famuli in carcerem conjecti ſeq. 9. Omnes ducti ſunt *Conſtantiam* a 20. militibus inde miſſis.

10. In noſtra Eccleſia Preces publicae pro Imperatoris impetranda reconualeſcentia, & pro felici ſucceſſu Caeſareanorum armorum.

11. Conuentus Abbatum Congreg. Sueuicae pro eligendo Praeſide etc. confirmatus demum eſt noſter Abbas. P. Prior Petruſianus adfuit ex more propoſitioni & receſſui.

15. Officium defunctorum pro Imperatore *Leopoldo* 5 May Viennae defuncto, tumba in noui Templi erecta. 16. officium de Requiem pro eo a Reuerendiſſimo decantatum.

31. Noſter Cancellarius ex Conuentu circuli ſueuici *Efslingae* celebrati ante duos vel tres dies rediit. Ibi ferme nihil actum, eoquod Dux Wirtenbergicus nollet vllo modo miſſum a Celſiſſimo Epiſcopo Conſtantienſi Legatum *Tilger* admittere, qui pro abdicato *Thierhaimer* Cancellario Epiſcopi, miſſus erat.

7. Jun. Praeces & ſacrificia pro ſalute & proſperitate Imperatoris *Joſephi*.

5. Sept. Reuerendiſſimus in Hofen profectus eſt, ibi ſeq. die excepturus D. Comitem *de Montfort*.

7. In Buchhorn D. Comes de *Thiermatingen* homagium nomine Imperatoris *Joſephi* ſuſcepit.

8. *Vlmae*

8. *Vlmae* hodie D. Comes de *Koenigsegg* Landuogt nomine Imperatoris solenne homagium suscepit. 17. *Heilbronnae*, nec non *Halae Sueuorum*.

10. Sept. Reuerendissimus noster tanquam Praeses, & Abbas Major-Augiensis visitator (nam Ochsenhusanus ob infirmitatem se excusauit) hodie apud S. Gallum cum Helueticis Visitatoribus praesentibus *S. Galli*, *Einsidlae* & *Rhinouii* Abbatibus Conuenit, juxta Congregationes & Confoederationem vtriusque Congreg. anno 1680. initam, visitationem habiturus. Dein cum P. Marco secum assumpto in *Einsidlen* prouectus 12. eo peruenit, 13. vesperas & 14. in S. Capella Dedicationis annuae festum pontificialiter celebrauit: ac rediit *Raperschwila*, *Fischinga* Houenam.

17. L. Baro de Halden junior Commissarius aliquando Collegii Abbatum in *Riswic* cum 2. Baronibus de *Rehlingen* in aula adfuit.

4. Oct. *Warsouiae* nouus Polonorum Rex *Stanislaus Lesinski* contra Regem *Augustum* Saxoniae Ducem electus opera Regis Sueciae, coronatus fuit sine magno plausu.

19. Oct. Salisburgi electio Coadjutoris Archiepiscopi. Electus est Episcopus Viennensis *Comes de Harrach*.

13. Oct. Transitus militum Caesareanorum in *Italiam*. Praefecti & Ductores cohortum inuitati apud Reuerendissimum pransi sunt.

6. Nou. ad mensam lectum & in capitulo indicatum Decretum Episcopi Constantiensis in scheda impressa distributum, quo ex testamento glor. memor. Imperatoris *Leopoldi*, & petitione moderni Imperatoris *Josephi* injungitur singulis Sacerdotibus tam regularibus quam saecularibus *in locis Imperii* in hac Dioecesi constitutis, vt 6. missas legant pro Defunctis in bello *caesareis militibus etc.*

25. Dec. In nocte Natiuit. Domini cum Bauari rustici tentarent *Monachium* occupare, caesi sunt eorum 5000.

Anno 1706. 6. Febr. Reuer. Pat. *Godefridus Reding* (Primus post instauratam *Hofenam* illic Prior) paulo post hor. 9. vesp. placide in Vineis, ad quas



11. Jan. aeger aduectus fuerat obiit anno aetatis 72. 19. Successorem ordinauit Reuerendissimus *P. Joann. Martinum a Bodmann.*

Hoc mense *Oenipontum* venit Gubernator Tyrolis *Carolus Dux Neoburgicus.*

13. April. Abbas noster Sebastianus *Director* Collegii Abbatialis discessit in Waldsee ad Conuentum Abbatum.

12. Maji fer. IV. Rogat. post datam Benedictionem consuetam *Eclypsis solis* tanta fuit, vt stellae aliquot viderentur & quasi nox esset ac legi e libris in platea vix posset.

29. Maji Reuerendissimus cum P. Joanne Bapt. Beerfues *Salisburgum* tanquam Vniuersitatis *Praeses* tendens (Reuerendissimus Abbas *S. Blasii assistens* se excusauit) vectus est Isnam inde Oenipontum, vt D. Baronem *Kriechbaum* Commissarium Caesareum conueniret, ac 7. Junii Salisburgi esset, quo indicta visitatio Vniuersitatis fuerat.

24. Jun. Austriaci Ministri (instigante D. Comite Landvogt) ante portam Monasterii circa meridiem promulgarunt decretum Caesaris contra Electores Duces Bauariae *Emanuelem & Clementem.* Sed contra protestatio facta est, quod non in nostro Territorio id ab exteris fieri debeat.

12. Sept. Commissarius Caesareus D. B. *Kriechbaum* heri cum explosione sclopetorum a ciuibus Altdorfensibus exceptus, inuitatus hodie a Reuerendissimo cum Comite Lauduogt in aula pransus est.

12. Octob. noctu Dom. Comes *Trautmansdorff* transiit per Altdorff Legatus Caesaris ac Regis Hisp. ad Heluetos.

9. Decemb. obiit Rex Portugalliae *Petrus* natus anno 1648. 26. Aprilis viuente *Alphonso VI.* fratre inhabili, relegato; dictus Petrus ab anno 1669. *Princeps Regens.* Illo anno 1683. mortuo *Rex.* Successit filius (dictus *Princeps Brasiliae etc.* Duce Neoburgica *Maria Josepha Elisabetha* quae anno 1699. 4. Aug. obierat Regina natus anno 1689. 22. Octob.) *Joannes V.* coronandus sequenti 1. Jan.

Anno

Anno 1707. 4. Jan. obiit Marchio Badensis Princeps *Ludouicus* supremus Imperatoris Legatus & S. R. I. *Archistrategus* postea subrogatus infeliciter Dux de *Bareit* instantibus Electore Brandenburgico & aliis Lutheranis: *Princeps Eugenius* recusauit.

12. Febr. Reuerendissimus Cancellario *Oenipontum* profectus est, pro causa Monasterii cum Commissario caesareano Dom. Barone *Kriechbaum* tractaturus antequam ille viennam reuerteretur, ubi causa concludenda. Rediit 25.

23. April. Sabbato sancto. In Directorio Constantiensi pro Dioecesi annotatum (quod alias non factum) festum S. Georgii Mart. Transferendum quoad *chorum & forum* post octauam Pascae, celebreturque festiue 11. Maji.

Galli duce Mareschallo de *Villars* mense Majo ad *Bühl* & *Stollhofen* transgressi lineam (quem 10. annorum laborem 4. millia rusticorum destruxerunt) *Wirttenberg* & *Baden* grauant, contributiones exigunt obductis obsidibus.

14. Jun. nuntiatum Gallos *Biberacum* venisse, immo circa meridiem in Waldsee, oppidumque occupasse. Ingens ubique trepidatio & fuga ac auectio mobilium. In Monasterio conuasatum subito. Circa horam 5. aduenit Abbas Sorethanus, & circa mediam 7. Abbas Ochsenhusanus. Cumque sub coena circa nonam nuntiaretur ex Gallis Hussaros 50. venisse in Baind discesserunt DD. Abbates & noster. At illi acceptis 110. fl. reuersi sunt in Waldsee ducto secum obside D. officiali. Seq. die 15. etiam ex Waldsee & Biberach discesserunt obsidibus secum abductis; nam Galli c. 800. Riedlinga ad exercitum subito reuocati sunt.

15. Aug. Tumultus de aduentu gallorum, qui 16. media nocte in Salem venerunt, & mane duos Patres *Anselmum* & *Raphaelem* pro obsidibus secum abduxerunt. Rauenspurgum vesperi hora 4. venientes sed non admissi, accepto chirographo quod se insinuarint, pro contributione & honorario 150. fl. Duci dato hora 8. Altdorffium aduenere. Sed non fidentes diuerterunt in domum nostram pecuariam proxime ad Schussam fluuium (in die Senne) sequenti mane hora 4. intraturi monasterium Weingart. ad tollendos duos Religiosos pro obsidibus. Verum sclopetarii ex Meersspurg & Marchdorff insequentes

junctis



junctis Altdorffensibus noctu post hor. 1. eos aggressi sunt: sex occiderunt, reliquos fugaruut. Inter occisos Equitum Magister: ex fugitiuis alibi occisi insuper 4. Liberati obsides PP. Salemitani mane intrarunt Monasterium nostrum. Euasit subcenturio aquis Schussae se immergens, dein sese dedens Rauenspurgensi senatui.

18. In oppido Altdorff ingens tepidatio, eo quod nuntiaretur Ducem *de Gall* Moeskirchii cum 600. militibus commorantem audita suorum cladc mandasse 400. milites ad comburendum Altdorffium. Vnde pro defensione collecti subditi etc. allatae cistae in Monasterium: quamquam & Monasterio Incendium timebatur.

20. Circa meridiem classicum campanis datum in Berg, Altdorffii & in Monasterio aliisque locis propter incursantes Gallos Hussaros: sed inani rumore.

28. Institutae in nostro templo preces publicae tum pro agendis Deo gratiis, quod hactenus seruati, tum etiam vt deinceps a calamitatibus belli praeseruemur; quae & deinceps in singulos dies continuatae.

4. Sept. aderat Dom. Baro de Halden frater Rudolfi Oeniponti defuncti, legatus olim collegii Abbatialis ad Risswicensem pacem, nunc praefectus Episcopi Frisingensis in Carniola.

29. Octob. P. *Placidus Renz* in Houen Prior loci a Reuerendissimo denominatus, discessit.

1. Nouemb. 3. Fratres Theologi Salisburgum auecti. 12. Reuerendissimus Blumeneggium cum P. Luca Boll & D. Secretario Duelli discessit. Mox autem Salisburgum, quo inuitatus fuerat ad dedicationem noui templi Academici.

18. Militum Dux Comes *Cronsfeldius* pro hybernis in Landvogtia Altdorffium venit cum vxore & multo apparatu famulorum, equorum & canum venaticorum.

22. P. Prior *Alto Höcht* cum Jacobo Dorsi Altshusium pro Exequiis D. *Benedicti a Baden* Bailliui mortui in Achberg, equitarunt ibi triduo celebrationi diei Depositionis, septimo, & trigesimo adfuerunt.

Pro

Pro Duce *Bareit* resignante constitutus est supremus Dux Elector *Luneburgensis Dux Hannoueranus*.

In Anglia Regina plaudente completa fuit vnio Angliae & Scotiae in vnum regnum sub titulo Parlamenti seu regni magnae Britanniae.

In Nouembri Dominum Welsch Neüburg Neufchâtel tandem adjudicatum est Regi *Prusiae* Electori Brandenburgico exclusi Gallis Principibus.

Pro *Carolo III.* Hispaniarum Rege, electa (a matre vidua Imperatrice & Fratre Imperatore) est Sponsa *Elisabeth Christina Juliana* Dux Brunswicensis Luneburgica stirpis *Wolffenbüttel* nata anno 1691. 28. Aug. Viennam ducta per Bambergam, vbi professionem fidei catholicae fecit.

Parisiis a la place de Victoire statuae Regis, cui Victoria laurum imponit, subscripsit aliquis:

Num vix aspiciens dubius discernere possis,
An Dea det laurum, tollere numne velit?

Anno 1708. 7. Jan. In Capitulo promulgatum est quod Reuerendissimi Domini Abbates Confoederati cum Vniuersitate Salisburgensi Celsissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo *Joanni Ernesto de Thun* in dedicatione nouae splendidae Ecclesiae Academicae ab ipso traditae Benedictionis 20. Nov. anno praecedente factae, obtulerint in signum gratitudinis & promiserint, quod singuli Patres pro ipso Archiepiscopo sint tres Missas lecturi etc. quod acceptatum est.

12. Febr. declamata est ex cathedra Altdorffensi facta dispensatio ab Episcopo Constantiensi pro esu Carnium in 40ma cum illis, qui milites in hybernis alunt. Caeterum militnm Praefecti qui Altdorffium venerunt, in aula aliquoties pransi sunt cum Reuerendissimo subinde se ipsos inuitantes.



In Martio Galli Principem *Walliae* tanquam *Jacobum III.* Angliae & Scotiae Regem in Scotiam auexerunt: ſed expeditio infelix fuit, amiſſis nauibus, praecipua *Sarisburi*, aliis diſperſis, praeda hoſtibus ceſſit. Princeps tamen reductus eſt.

15. Aprilis adfuit P. *Anſelmus Fiſcher* Ochſenhuſ. Reuerendiſſimo noſtro librum impreſſum a ſe compoſitum obtulit, ei dedicatum.

19. In aula pernoctarunt D. Landgrauius de Moeſskirch & D. Comes de Wolfegg, pranſi pridie apud Ducem Croasfeld: qui 21. cum ſuo apparatu diſceſſit.

Menſe Majo *Eliſabetha* filia Ducis Brunswic. Wolfenbüttel deſponſata *Carolo III.* Hiſpaniae Regi poſtquam Viennae declarata Regina eſt, per Italiam, Mediolanum etc. deducta eſt in Hiſpaniam, Barcellonam etc. Claſſe Hollandica.

14. Junii Ochſenhuſio aduenit P. Hieronymus Oeconomus propter mortem Reuerendiſſimi Abbatis Franciſci (Germani mei *) qui obiit 12. aetat. 65.

23. Junii dies memorabilis. Elector enim *Palatinus*, non tantum eorum, quae hactenus in Palatinatu poſſidebat, ſed & (poſt ſolennem Banni & priuationis declarationem *Emanuelis* Bauariae prius Electoris) vacantis antiqui Electoratus palatini & ad hunc pertinentium ſuperioris Palatinatus Feudorum Imperii, cum comitatu *Cham*, officio Archi-Dapiferi, prooedria & voto in Collegio Electorali immediate poſt Coronam & Electorem Bohemiae (ejus Legatus. 25. Junii occupauit quintum locum in Collegio electorali) & Vicariatu Imperii, ſecundum tenorem Inſtrumenti Pacis Weſtphalicae extincto 8/9. Electoratu, jure poſtliminii reuerſo tam pro ſe quam pro tota *Rudolphina* linea.

5. Julii

*) *Plures habuit Fratres cl. P.* Oswaldus Clesin *noſter. Hunc Abb: Ochſenhuſ: alium* Bernhardum *ibidem Secretarium.* 3. *Conſulem Veldkirchenſem.* 4. *Monachum Garſtenſem*, 5. *Mariae Cellae.* Ex ſuis Ephemerid.



5. Julii obiit Dux Mantuae *Ferdinandus Carolus* Paduae (venetiis diu moratus) vt forte de Banno suo nescierit.

7. Julii Dux *Sabaudiae* per praesentes Ministros ab Imperatore in Feudum accepit *Alexandrinam* & *Valencinam* Prouincias ad Ducatum Mediolanensem pertinentes, vna cum *Montferrato* secundum tractatum promisso a *Leopoldo* Imperatore. Quod Montferratum paucis ante diebus per banni publicationem 30. Junii factum contra Ducem Mantuae, Vacabat.

11. Julii in Flandria prope *Vdenardam* Galli victi sunt ab Exercitu foederato Duce Principe *Eugenio* & *Marlebourg*. Multi caesi, vulnerati, capti: ita vt vniuersim desiderata dicerentur 20000. postea notatus minor numerus.

16. Aug. Theses philosophicae aeri incisae in folio magno defensae fuerunt a Sigismundo & Joann. Bapt. filiis *D. Senger* syndici equestris nobilitatis *Hegouiensis* praesente Patre & argumentante, simulque finis impositus est cursui philosophico P. Wilibaldo Kobold Praeside.

27. Aug. *P. Constantinus a Welden* cum *P. Ambrosio Ackermann* vectus est in *Laupheim*, valedicturus nepoti suo ex Fratre, qui proposuit ingredi societatem Jesu (8. Sept. Landspergae inuestiendus) tametsi vnicus ipse superfit de Familia.

23. Sept. In Hofen dedicationis annuae memoria & translatio Reliquiarum Ss. *Martialis*, *Gaudentii* & *Magni* Martyrum speciose & praetiose a Sanctimonialibus ordinis nostri ornatarum, praesente Abbate celebrata.

Hoc mense Imperatoris Soror *Maria Anna* secundo genita desponsata est Regi Portugalliae *Joanni V.* missa solenni Legatione Viennam: vbi declarata Regina ducta est in Portugalliam.

In Heluetia detecta est foeda conspiratio contra Monasteria *Einsidlense*, *S. Galli*, *Muri*, *Rhenou*, vt comburerentur, conisciis & cooperatoribus quibusdam catholicis, inter quos praecipuus Praefectus *Stadler*, qui comprehensus mox confessus est totam seriem sceleris tentati, morte damnatus.



23. Octobris Reuerendissimus noster Sebastianus tanquam *Praeses Vniuersitatis* vocatus est ab Archiepiscopo Salisburgum pro electione Rectoris Vniuersitatis, hodie discessit cum *P. Joachimo Braumiller* & Secretario D. Duelli per Tyrolim. Electus est *P. Romoser* Admontensis.

24. *Riffel* (Insulae) ciuitas post duorum mensium oppugnationem, a Gallis praefecto Mareschallo *Bonfleur* dedita est foederatis pro *Carolo III.* Hisp. Rege. Arx retenta & defensa, tandem 8. Dec. dedita per concordata.

11. Nou. vesperi rediit per Bauariam Reuerendissimus Salisburgo cum suis. D. Secretarius ibi gradum Licentiatus ex Jure accepit.

19. Archistrategus Comes *Gronsfeld* cum Comitatu suo Altdorffium aduenit hybernaturus vt praeced. anno hactenus Calendaria R. P. *Clesin*, qui tandem calamum excutere tum per aetatem, tum magis ob chyragrae dolores omnino debuit fatis functus 31. May anno 1711.

Nunc succincta saltem narratione aliquid de nouo Templo a Sebastiano Abbate splendide exaedificato dicendum est.

Quum templum vetus, quod proxime sex integris saeculis steterat (aedificari nimirum Coeptum anno 1124. ab *Heinrico Nigro* Bauariae Ducae, *Welfonis IV.* & *Judithae* filio) tandem ruinam minitaretur, nec facile restaurari vel pro praesente necessitate ampliari posset, statuit magni vir animi Sebastianus nouum e fundamentis exsuscitare, insuper habitis impensis oppido magnis. Ergo 14. Martii anno 1715. dejici structura vetus coepit tanta Operarum copia & sedulitate, vt post quinque mensium interuallum Lapis sacer inmissus terrae cum hac inscriptione fuerit:

PRIMVM. HVIVS. BASILICÆ. LAPIDEM.
RITV. PONTIF: POSVIT. CELSmus. PRINCEPS.
D D. IACOBVS. CARRACCIOLVS. EX DVCIBVS.
MARTINÆ ETC. ARCHIEPISCOP. EPHESINVS.
APOSTOL. SEDIS. AD. HELVETIOS ETC. NVNTIVS.
DIE. XXII. AVGVST. ANNO. M. DCC. XV.

Jactis

Jactis igitur fundamentis, templum juxta Ichnographiam, quam felici prorsus delectu per praenobilem Dom. Josephum *Fisoni* Serenissimi Ducis Wirtenbergici rei Architectonicae Praefectum fieri curauit, assurgebat adeo ad artis regulas exactum, vt siue externam ejus formam, siue internam contempleris, nihil vnquam vel a peritissimis desideratum hactenus fuerit. Trecentos quinquaginta 350. pedes in longitudine, & varios secundum variam dimensionem in altitudine & latitudine complectitur. In Cruce (vt ajunt) ab vno latere ad alterum oppositum: Item in propylaeo seu aditu ab vna turri ad aliam centum & quinquaginta pedes: in Presbyterio & in naui centum pedes protenditur. Cupellus, qui medio ejus tecto insidet, ab Ecclesiae pauimento ad vsque crucem in ducentorum triginta trium: Caeteri vero quatuor tholi vsque ad fornicem in octoginta sex pedum altitudinem euehuntur.

Templi frontem (frontispicium vulgo dictum) centum quadraginta pedes altum, variis statuis floribusque, columnis atque epistyllis decoratum, in quinque portas diuisum, & vtraque parte turribus ducentos quinque pedes altis munitum D. Franciscus *Kuen* ad *Frisonii* Graphidem ex lapidibus quadratis affabre exsculpsit.

Altaria tria, summum & duo ex latere majora D. Antonium *Corbolenium* habuerunt artificem: sex minora cortice marmorato eleganter vestiuit atque exstruxit D. *Schmuzer*. Statuas vero mira pulchritudine fictas, nec non reliqua gypseo toreumate inducta ornamenta artifici vbique manu fecit celeberrimus D. *Diego Carlonius*.

Imagines Aris insertas plerasque pinxit supra laudatus Julius Penso Genuensis: duae, videlicet Christi e Cruce depositi, & S. Josephi animam agentis penicillo D. *Carlonii* fratris superioris expressae sunt: S. Joann. Nepomuc. Iconem vero D. *Spiegler* pinxit.

Picturam Templi ad leges artis opticae viuidissimis coloribus perfecit cit publica fama laudatissimus D. *Cosmas Damianus Assam* Aulae Bauarico - Ducalis Pictor. Subsellia chori 96. dirigente opus Domino

 Feucht-



Feuchtmayr opere vermiculato perpulchre elaborauit Josephus Koch scrinarius monasterii.

Hoc igitur templo, vt diximus absoluto atque exornato rogante Abbate nostro aduenit Reuerendissimus ac Celsissimus Princeps & Episcopus Constantiensis illudque solemni consecratione assistente Reuerendissimo D. *Francisco Joanne Antonio a Sirgenstein* Suffraganeo & Vicario Generali, atque Episcopo Vthinensi: Diacono D. *Joanne Marquardo a Sirgenstein*, & D. *Joanne Ernesto Comite de Koenigsegg Aulendorff* Subdiacono, Ecclesiae Cathedralis Canonicis 10. Sept. Anno 1724. dedicauit. Festo itaque hoc per octiduum, singulis diebus maxima populi frequentia occurrente, omnium adgratulatione celebrato, haec inscriptio in atrio supra portam maximam adpensa fuit:

TRIVNI DEO, PRETIOSISSIMO E
CHRISTI LATERE PROFLVO SANGVINE
THAVMATVRGO, PATRIAE ASYLO:
IMMACVLATE CONCEPTAE BENEDICTINI
ORDINIS PROTECTRICI VIRGINI DEIPARENTI
MARIAE, TVTELARIBVS PATRONIS
MARTINO ET OSWALDO: POTENTISSIMORVM
GVELPHONVM PRINCIPVM INSIGNI
PIETATE ET LIBERALITATE FVNDATA
VINEA SVB Rmi DD. SEBASTIANI
ABBATIS WEINGARTENSIS XXXVI. TER FELICI
REGIMINE, PRAESENTEM BASILICAM
AEDIFICAVIT, SEPTENNIO CONSVMMAVIT,
DEDICAVIT, CONSECRAVIT DIE X. SEPT.
ANNO M.DCC.XXIV.

Dum



Dum porro alia, eaque ſe digna meditaretur maximus Praeſul, fatali mortis telo ictus victima cecidit, atque in templo a ſe conſtructo prope altare S. Sebaſtiani ſeptentrionem verſus locato, vt voluerat, ſepultus, atque a ſuis ſequenti Epitaphio decoratus eſt:

SISTE GRADVM VIATOR!
EN JACET HIC
PER QVEM INSIGNIS HAEC STAT BASILICA.
NOMEN QVAERIS?
EST, IMMO FVIT!
D. D. SEBASTIANVS HYLLER
IMPERIALIS VINEARVM MONASTERII ABBAS XXXVI.
QVI
ANNO AETATIS LXIII. REGIMINIS XXXIII.
REPARATAE VERO SALVTIS M.DCC.XXX. DIE X. MAY.
HVIC SAECVLO MORTVVS EST,
IN PIIS SVORVM ANIMIS SEMPER VICTVRVS.
SAXEO IN HOC LECTVLO SVAVIVS DORMIENTI
PIVS ACCINE
REQVIEM SEMPITERNAM.

ALPHONSVS II. JOBST, ABBAS XXXVII.

Alphonſus hic noſter in domo teutonica *Norimbergae* ortus eſt anno 1684. 30. Nouembr. Profeſſus anno 1706. 18. April. Primitias celebrauit anno 1710. 29. Septembris.

In variis ante Praelaturam muniis exercitatus eſt. Cellerarius, Culinarius ſua cuique ſine mora & Typho diſtribuit. Sacrae ſuppellectilis Cuſtos in Hofen decorem domus Dei magnopere dilexit & auxit. Nouitiorum Magiſter ad S. Regulae ad S. Regulae normam ſuos effingere pro virili laborauit. Sed & rei oeconomicae praefectus, nec effuſa prodigalitate, minus ſordida tenacitate querendi anſam ſuis inprimis dedit.

Denique



Denique in Abbatem 13. Maji anno 1730. electus, constructam a Praedecessore Ecclesiam argenteo anno 1731. altari: & anno 1737. pretioso ornatu holoserico rubro, auro dense intexto haut leui pecuniarum sumptu Mediolanensibus exsoluendo insigniorem reddidit. Jurium Monasterii sibi concrediti fuit egregius Defensor: quamuis esset in loquendo tardior. Sub ejus regimine anno 1736. organum illud Augustum, atque in omni germania decantatum in ambone Templi construi coeptum est. quod 6666. fistulis compositum est, 12. follibus ventum eisdem aspirantibus. Ex fistulis stanneis maxima 36 pedes alta est, viroque justae magnitudinis transitum serpenti praebet, atque plaustrum vini seu 30. venas vastitate sua facile capit. Perfectum est tandem praeclarum opus anno 1750. quod suo artifici pneumatico D. Josepho Gabler Ochsenhusano celeberrimam & promeritam certe famam peperit. Dignum visum Cl. P. *Francisco Bedos* e Congregatione S. Mauri, vt ejus Ichnographiam aeri incisam Libro suo de constructione orgnanorum praefigeret *).

Vix ad clauum abbatialem positus 29. Sept. anno 1730. Imaginem thaumaturgae Virginis in Bergethreuthi ab ara laterali in summum solenniter transtulit: & 1. Octob. primum saeculum archifraternitatis S. Rosarii in Parochia Altdorffensi Pontificalibus indutus vestibus celebrauit. Anno vero sequenti 15. Junii primum lapidem Sacelli ad XIV. Auxiliatores consueto Ecclesiae ritu posuit.

Anno 1735. 7. Nou. facta a serenissimo Principe de Fürstenberg & Comite montis sancti DD. Frobenio Ferdinando praesentatione alicui Canonico, qui Praepositi Reuerendissimi ac Illustrissimi D. *Comitis ab Athembs* Romae degentis personam sustinebat, inuestituram Bettenbrunnensis Ecclesiae contulit.

10. Martii anno 1736. praesente omni Religiosorum coetu atque officialibus quoque aulicis SS. Sanguinem ex Seruatoris confosso Latere profluum denuo ex veteri *Christallo* in duas conchas prius diuisa in nouam transtulit puro auro gemmisque pretiosis vt ante cinctam circumque ornatam. Chrystallus haec unum integrum nec diuisum sed dedolatum corpus est, cujus partem infimam, postquam S. Cruor fuisset immissus, arcte claudi atque sigillo abbatiali muniri fecit. Omnes, quotquot aderant subortis lacrymis Deum collaudabant,

*) *l'Art du Facteur d'Orgues second. Part.*

dabant, eoquod concreta Ss. Sanguinis massa tot saeculorum cursu, nunc etiam libero aëri exposita esset conseruata, nec ullum detrimentum aut mutationem passa fuisset. Quae res haut sine prodigio gesta merito credebatur.

Anno 1737. 12. Nouemb. ad Celsissimum Marisburgum perrexit, cum eo & in ejus praesentia actum visitationis Monasticae in *Augia Diuite* suscepturus, quod & factum est.

Hac etiam occasione inter memoratum Principem & Episcopum cum Abbate nostro de ferendis ad erigendum Marisburgi *Seminarium Clericorum saecularium* suppetiis actum est, atque inter eos praeter quasdam alias in has Leges Conuentum fuit. 1. Abbas Weingartensis quinque florenorum millia ad Seminarium instituendum ceu donum gratuitum conferet. 2. Titulo Seminarii a Weingartensibus deinceps vltra nihil exigatur. 3. Illud *quantum* nunquam alio casu Monasterio nostro praejudicium creet. 4. Hae pecuniae nullis aliis quam Seminarii vsibus applicentur. 5. Censu annuo per decem aut duodecim annos soluto liberum sit Monasterio aut summam capitalem persoluere aut censum pro libitu continuare. 6 Si Seminarium (quod Deus nolit) aut desinere, aut in aliorum manus peruenire contingeret, summa capitalis Monasterio refundatur. 7. In admittendis ad Seminarium Alumnis praecipua Weingartensium Subditorum seu candidatorum habeatur ratio. Actum *Hegnae* 20. Nouemb. anno 1737. *Joannes Franciscus Episcopus Constantiensis & Augustanus. Mppria.*

Eodem anno prima Decembris die Dominica I. Aduentus Domini circa undecimam noctis horam tristissima sese, omnibus somno sepultis, aperuit scena. Exortum nimirum est Tonsoris incuria in Conuentu periculosissimum incendium, quo totum Monasterium cum ob locorum angustias, tum ob venti quandoque flantis impetum in rogum redigendum timebatur. At Dei misericordia clamante pro nobis ad coelum Ss Sanguine Christi seruati sumus, exusto duntaxat vno Scholarum tractu a porta Conuentus ad inferiorem se hortum protendente. Viorum haut pauci testimonium dixere, ventum data ex Capella S. Catharinae cum Ss. Sanguine contra ignem benedictione subito consedisse. Durauit incendium in alterum vsque diem, ad quem restinguendum & ne vlterius serperet praepediendum praeter nostros operam suam egregie contulerunt vicini Altdorffenses, Albaugienses, Baindenses, inprimis vero

 

Rauenſpurgenſes, qui dexteritate ſua plurimum valuere. 9na ejusdem menſis gratiae ſolennes actae praemiſſo ad concionem ſermone ad incendii circumſtantias valde accomodo. Reuerendiſſimus e praeſenti periculo Monaſterium cum templo erepturus voti religione ſe obſtrinxit: quod vt exſolueret, acceptique beneficii & memoria exſtaret & monumentum, *antipendium* (ſic vocant) ex probo puroque argento Auguſtae Vindelicorum opere anaglyptico affabre confectum Ss. Sanguini anathema poſuit cum hac inſcriptione:

HIC IesV SangVIs tVebatVr VIneaM ab Igne DeVorante.

Vltimo regiminis ſui anno pro domo Dei praecipue ſollicitus Praeſul 3. Junii ſacrum Lapidem ad templum parochiale Altdorffi a ſe e fundamentis aedificandum cum ceremoniis potificalibus fixit: ſed morte praeuentus id negotii ſucceſſori reliquit. Nam Salisburgo, quo ceu *aſſiſtens* Vniuerſitatis 9. Junii profectus fuerat, 1. Julii redux, variis concurrentibus morbis conſumptus, habita antequam ſpiritum exhalaret ad horam vsque paterna ad ſuos commonitione ſedens inter diſcipulorum manus placidiſſime obdormiit 13. Nou. anno 1738.

PLACIDUS RENZ
ABBAS XXXVIII.

Natus eſt *Stetenae ad forum frigidum*, non ignobili Sueuiae oppido anno 1692. 19. Maji ſacram Dom. Benedicti Religionem heic profeſſus anno 1710. 9. Februarii poſt ſexennium anno videlicet 1716. eadem die, qua patruus ejus noſter P. Placidus Renz Jubilaeum ſacrum Hoſenae fecit, ipſe primam ad Aras hoſtiam ſacerdos litauit.

Vir erat coeteroquin omni ſcientiarum genere excultus, facundia linguae praeprimis potens. Docuit populum in Cathedra ſacra egregius orator. Inſtruxit Juuentutem ſcholaſticam Rhetor omnibus numeris abſolutus. Primo in Vineis per annos non paucos, tum in Vniuerſitate Salisburgenſi publicus Philoſophiae & Theologiae Inſtitutiones habuit, accedente ſua ſingulari eloquentia doctrinam quaſi infudit, editis etiam ſuis ſcriptis clarus. Fuit inſuper coetus mariani Praeſes, Religioſi conuictus Regens, ac nobiliſſimi Parthenonis

nonis Confeſſarius, ſpartam ſuam in quouis horum munerum exacte complens.

Anno demum 1738. 17. Nouembris e Cathedra Theologica Salisburgenſi ad Abbatiam Weingartenſem euectus eſt. Vix domum reuerſus, Monaſterii cujus curam ſuſceperat Jura non tam defendit, quam auxit dexterrime, attamen non ſine maximis impenſis. Nam anno mox ſequente media hyeme Viennam profectus, apud Auguſtiſſimum Imperatorem Carolum VI. tantum effecit, quantum vix ab alio ſperare licuiſſet.

Ceterum plurima quoque aedificia Placidus noſter cum ad vtilitatem, tum ad decorem in Dynaſtiis noſtris vel e fundamento erexit, vel collapſa reſtaurauit: jecitque fundamenta illius magnifici aedificii, cui poſtea Reuerendiſſimus Abbas Dominicus noſter ſuperſtruxit atque ad tecta deduxit. Templum elegantiſſimum Altdorffii maximis ſumptibus conſummauit *), organum pneumaticum non minori aeris impendio ad hodiernum ſplendorem deduxit, ejus tamen perfectionem ſucceſſori quoque relinquens. Vt nihil de Bibliotheca dicam, quam ſane lectiſſimis & pretioſiſſimis libris inſigniter prorſus locupletauit. Tantis vero erogationibus ita aerarium exhauſtum eſt, vt ingentia contrahere debita neceſſum fuerit: quae exinde quoque non modice adaucta ſunt, quod nimio phyſicarum & Chymicarum experimentationum amore abreptus plus juſto Alchymiſtis eorumque vanis artibus ſeſe crediderit. Vulnere Vineae grandi inflicto, & ne quidem in hanc vsque diem obligato.

Anno 1740. *Bettenbronnam* profectus eſt, D. Franciſcum Joſephum Storer a ſereniſſimo Principe Frobenio Ferdinando de Fürſtenberg & Heiligenberg in Praepoſitum praeſentatum, inueſtiturus: vt nullam de aliis itineribus, quae variis ex cauſis peregit, mentionem faciamus.

Ob ingraueſcentes languores viribus fractis vltro mitram poſuit, & in manus Capituli reſignauit, Hofenae deinceps moraturus, vbi primum praecipuum ei ſtudium fuit, curandae potius animae quam corporis, quod debile ac languidum exinde fuit. Repetitis igitur Apoplexiae ictibus omnium fere ſenſuum & membrorum vſu deſtitutus anno 1748. 28. Julii pie obiit, & in cryptam Hofenſem illatus placide illic quieturus, qui plurimum viuus laborauerat.

*) *Adjecta eſt haec inſcriptio:*

DIVo OsVVaLDo AngLIae RegIaeDes Iſtas erIgI, ornarIqVe CVraVIt VInea.



DOMINICUS II. SCHNIZER
ABBAS XXXIX.
Professione & Sacerdotio Jubilaeus.

Natus *Campidoni* honestissimis Parentibus 10. Sept. anno 1704. Ignatii nomine ferens in S. Baptismatis Lauacro. Charismata meliora aemulatus S. Benedicto nomen seque totum in Monasterio nostro dedit. Vbi ad profitendam Regulam admissus 27. Aprilis anni 1727. Dominici nomen & omem tulit. Absolutis qua domi, qua Salisburgi studiis, incruentam die 14. Octob. anno 1731. Deo Victimam obtulit; minime tunc ratus, post quinquaginta annos eidem sacrae rei rursus, & abbatiali quidem honore auctum, se operaturum: adeo humiliter de se sensit semper. Haec ipsa quoque modestia silentium mihi indixit, vt plura de Eo haut commemorem. Recte factum, lubensque obsequor, quoniam alias aut nimium palpasse, aut minus laudasse viderer. Ergo 9. Decembris anno 1745. communibus votis ac jubilo Abbas electus post — — innumeros exantlatos suorum Commodo labores — — viuit — — viuat!

Hinc TIBI nec metas, rerum nec tempora pono.
Hoc precor: vt viuis, sic moriare senex!



SVCCIN-

SVCCINCTA SERIES

ABBATVM WEINGARTENSIVM.

	ann. init. Regim.	Annus obitus.	Dies emortual.
S. ALTO conditor cellae, ab ipſo Altenmünſter dictae	c. a. 750.	c. a. 770.	9. Febr.
RUDOLFUS *a reſtauratione*	c. a. 1000.	c. a. 1025.	——
EBERHARDUS	c. a. 1025.	— —	——
HEINRICUS in Altmünſter vltimus.	c. a. 1040.	— —	——
translatus cum ſuis in Altdorff	1047.	— —	——
I. In monte S. Martini ſeu Weingartten	1055.	c. a. 1070.	15. Jan.
II. BERINGERUS	c. a. 1070.	c. a. 1080.	13. May.
III. ADILHELMUS	c. a. 1080.	— —	25. Aug.
IV. WALICHO	c. a. 1088.	c. a. 1108.	27. Decemb.
V. CHUNO DE WALPURG	c. a. 1109.	c. a. 1132.	14. Aug.
VI. ARNOLDUS	c. a. 1133.	c. a. 1140.	18. Octobr.
VII. GEBHARDUS	c. a. 1141.	c. a. 1149.	30. Jan.
VIII. BURCHARDUS	c. a. 1149.	c. a. 1160.	4. Febr.
IX. DIETHMARUS	c. a. 1160.	c. a. 1180.	14. Octobr.
X. MARGUARDUS (*mox alteri ceſſit*)	c. a. 1180.	— —	2. Octobr.
XI. WERNHERUS	c. a. 1181.	c. a. 1188.	25. May.
XII. MEINGOSUS	c. a. 1188.	1200.	22. April.
XIII. BERCHTOLDUS	1200.	1232.	19. Septemb.
XIV. HUGO	1232.	1242.	28. Nouemb.
XV. CONRADUS DE WAGENBACH	c. a. 1243.	1265.	31. Dec. *)

XVI.

*) *Hanc diem emortualem tribuit ei Imago hujus Abbatis in aula Abbatiali adpenſa, unde hauſerit auctor? neſcio. Si hoc, tunc ex dictis certus redditur annus obitus.*



	ann. init. Regim.	Annus obitus.	Dies emortual.
XVI. Hermannus de Biechtenweiler	1266.	1299.	28. Decemb.
XVII. Fridericus Heller	1300.	1315.	23. April.
XVIII. Conradus de Ibach	1315.	1336.	16. Martii.
XIX. Conradus de Vberlingen	1336.	1346.	7. April.
XX. Heinricus de Ibach	1346.	1363.	21. Septemb.
XXI. Ludovicus de Ibach	1363.	1393.	19. Febr.
XXII. Joannes de Essendorff	1393.	1418.	28. Septemb.
XXIII. Joannes Blaurer	1418.	1437.	17. April.
XXIV. Eberhardus a Freydang (*resign.*)	1437.	1462.	8. Junii.
XXV. Jodocus Bentelin	1455.	1477.	17 May.
XXVI. Caspar Schiegg	1477.	1491.	6. Septemb.
XXVII. Hartmannus de Burgau	1491.	1520.	25. Febr.
XXVIII. Gerwicus Blaurer	1520.	1567.	31. Aug.
XXIX. Joannes Hablizel	1567.	1575.	14. Nouemb.
XXX. Christophorus Raitner (*resign.*)	1575.	1590.	27. Decemb.
XXXI. Georgius Wegelin	1586.	1627.	10. Octobr.
XXXII. Franciscus Diethrich	1627.	1637.	1. Octobr.
XXXIII. Dominicus I. Laymann	1637.	1673.	15. Septemb.
XXXIV. Alphonsus I. Stadelmayer	1673.	1683.	19. Julii.
XXXV. Willibaldus Kobold	1683.	1697.	17. Junii.
XXXVI Sebastian Hyller	1697.	1730.	10. May.
XXXVII. Alphonsus II. Jobst	1730.	1738.	13. Nouemb.
XXXVIII. Placidus Renz (*resign.*)	1738.	1748.	20. Julii.
XXXIX. DOMINICUS II. Schnizer	1745.	viuit.	viuat!



ERRATA.

Pag. 5. *lin.* 3. *lege* Eccard. *pag.* 6. *lin.* 4. *lege* vos. *pag.* 6. *lin.* 12. *lege* excerpta. *pag.* 6. *lin.* 12. *lege* ad. *pag.* 7. *lin. ult. lege* eum. *pag.* 12. *lin.* 25. *lege* Scharniza. *pag.* 14. *lin. ult. lege* factum. *pag.* 16. *lin.* 24. *lege* Carolidarum. *pag.* 30. *lin.* 24. *dele* meam. *pag.* 35. *lin.* 1. *lege* Walpurgensibus. *pag.* 35. *lin. penultima dele duo. pag.* 40. *lin.* 24. *lege* 1182. *pag.* 44. *lin.* 4. *lege* Lutterbrunnen. *pag.* 44. *lin.* 8. *lege* vacauerit. *pag.* 44. *lin.* 26. *lege* carentanum. *pag.* 44. *lin.* 30. *lege potitus. pag.* 47. *lin.* 10. *lege* Indict. XIII. *pag.* 47. *lin.* 16. *lege* Historicorum. *pag.* 53. *lin.* 17. *lege* Marshalcus. *pag.* 53. *lin.* 25. *lege* Burchardi. *pag.* 55. *lin.* 15. *lege* providus. *pag.* 57. *lin.* 6. *adde* non protraxisse. *pag.* 58. *lin.* 1. *lege* Homonomia. *pag.* 58. *lin.* 11. *lege* etenim *pro* &. *pag.* 59. *lin.* 21. *lege* Anno. *pag.* 61. *lin.* 19. *lege* Drusardus. *pag.* 67. *lin.* 2. *lege* etiam. *pag.* 72. *post* 21. *insere:* Charta sequens ex Archivio S. Blasii descripta est: *pag.* 72. *lin.* 33. *lege* necessitate. *pag.* 74. *lin.* 28. *lege* mutationem obliuionis. *pag.* 83. *lin.* 25. *lege* regalis. *pag.* 87. *lin.* 7. *lege* translatas. *pag.* 87. *lin.* 14. *lege* frisingensis. *pag.* 88. *lin.* 16. *lege* vobis. *pag.* 88. *lin.* 19. *lege* quamuis. *pag.* 92. *lin.* 7. *lege* finis. *pag.* 93. *penult. lege* undique. *pag.* 95. *lin.* 8. *lege* nostræ. *pag.* 96. *lin.* 24. *lege* mandauimus. *pag.* 96. *ult. lege* folio. *pag.* 100. *lin.* 18. *lege* ad. *pag.* 109. *lin.* 29. *lege* defunctis. *pag.* 128. *in Not.* * *lege consuet. pag.* 129. *in Not.* ** *lege Dam. pag.* 130. *lin.* 19. *lege* hos. *pag.* 130. *lin.* 24. *lege* occurrit. *pag.* 138. *lin. penult. lege* constantiensis. *pag.* 155. *lin.* 22. *lege* nundinarum. *pag.* 156. *lin.* 8. *lege* 1178. *pag.* 157. *lin.* 5. *adde* clari. *pag.* 163. *lin.* 23. *lege* von. *pag.* 164. *ult. lege* Kunsegg. *pag.* 181. *lin.* 4. *lege* Rauensburgenses. *pag.* 181. *lin.* 14. *lege* Bilgerini. *pag.* 192. *lin.* 26. *lege* paruerint. *pag.* 199. *lin.* 15. *lege* possent. *pag.* 200. *lin.* 16. *lege* 4to Septembris. *pag.* 203. *lin.* 10. *lege* scis. *pag.* 216. *lin. post* 11. *inseratur:* Juuat hic adnectere litteras diffidationis tres cum Abbate nostro communicatas. Sunt ejusmodi: *pag.* 221. *lin.* 26. *lege* 1530. *pag.* 223. *lin.* 5. *lege* studeo. *pag.* 223. *lin.* 28. *adde* Monasteriorum Weingarten. *pag.* 225. *lin.* 14. *lege* Vinearum. *pag.* 232. *lin.* 38. *lege* XXXXI. *pag.* 237. *lin.* 4. *dele* Ao. 1547. etc. (*semel.*) *pag.* 241. *lin.* 31. *lege* servituri. *pag.* 241. *lin.* 33. *lege* posse. *pag.* 245. *lin.* 15. *adde* Isnensis Ulricum. *pag.* 246. *lin.* 11. *lege* audebat. *pag.* 252. *lin.* 28. *lege* votis. *pag.* 252. *lin.* 30. *lege petitionis. pag.* 253. *lin.* 8. *lege* consultorem. *pag.* 255. *lin.* 8. *lege* quum. *pag.* 259. *lin.* 16. *lege* Episcopi. *pag.* 273. *lin.* 18. *lege* dictitabant. *pag.* 274. *lin.* 1. *lege* structura. *pag.* 274. *lin.* 3. *lege* Cineres. *pag.* 277. *lin.* 7. *lege* 1577. *pag.* 277. *lin.* 15. *lege* Milites. *pag.* 278. *lin.* 4. *lege* dispareret. *pag.* 279. *lin.* 30. *sub. litt. T. lege litt. W. Ersamer lieber etc.* pag. 281. *pag.* 282. *lin.* 2. *lege* ipsus. *pag.* 283. *lin.* 3. *lege* Præfectos. *pag.* 284. *lin.* 5. *lege* hae. *pag.* 284. *lin.* 23. *lege* singuli. *pag.* 284. *lin.* 24. *lege* in Dormitorio servetur silentium. *pag.* 285. *lin.* 19. *lege* talesque ausus. *pag.* 286. *lin.* 32. *lege* referrent. *pag.* 286. *lin.* 34. *lege* Ciuitatum. *pag.* 288, *lin.* 29. *lege* 1562. *pag.* 293. *lin.* 17. *lege* inuidiam. *pag.* 296. *lin.* 15. *lege* probe. *pag.* 296. *NB. erratum in Numeris marginalibus. pag.* 296. *IIdo lin.* 13. *lege* eum. *pag.* 297. *lin.* 24. *lege* finio. *pag.* 298. *lin.* 16. *lege* dictum. *pag.* 299. *lin.* 19. *lege* Academias. *pag.* 301. *lin.* 18. *lege* Malaspina. *pag.* 301. *lin.* 20. *lege* Reipublicae Christianae. *pag.* 302, *lin.* 31. *lege* bonos. *pag.* 303. *lin.* 24. *lege* antea. *pag.* 305. *lin.* 10. *lege* vero. *pag.* 306. *lin.* 11. *lege* ad rem. *pag.* 306. *lin.* 31. *lege* docet, cui. *pag.* 307. *lin.* 7. *lege* Reuerenda. *pag.* 308. *lin.* 33. *lege* indefessus. *pag.* 309. *lin.* 12. *lege* operam. *pag.* 311. *lin.* 5. *lege* sibi ad duos. *pag.* 311. *lin.* 8. *lege* ob varia. *pag.* 311. *lin.* 8. *lege* meam moram. *pag.* 312. *lin.* 19. *lege* desiderare. *pag.* 312. *lin.* 20. *lege* offerimus. *pag.* 313. *lin.* 11. *lege* diuinique. *pag.* 313. *lin.* 26. *lege* Nuncii. *pag.* 313. *lin.* 29. *lege rumor. pag.* 315. *lin.* 1. *lege* operam quam. *pag.* 316. *lin.* 20. *lege* modum. *pag.* 317. *NB. notam in medio Epistolae lege ad calcem ipsius. pag.* 325. *lin.* 13.

adde

adde dari posse. *pag.* 325. *lin.* 30. *lege* in Christo. *pag.* 326. *lin.* 14. *lege* aspernandum. *pag.* 334. *lin.* 7. *lege* Fuggerus. *pag.* 335. *lin.* 29. *lege* nulli. *pag.* 336. *lin.* 5. *lege* aliquali *pag.* 336. *lin.* 12. *lege* qui. *pag.* 336. *lin.* 27. *lege* paruis. *pag.* 336. *lin.* 29. *adde* post *non* possit. *pag.* 337. *lin.* 2. *lege* habui. *pag.* 337. *lin.* 3. *lege* caream. *pag.* 337. *lin.* 16. *lege* rogem. *pag.* 338. *lin.* 4. *lege* spero. *pag.* 338. *lin.* 21. *lege* praepeditus respondere differret. *pag.* 342. *lin.* 14. *lege* spiritus. *pag.* 342. *lin.* 20. *lege* facta est. *pag.* 343. *lin.* 24. *lege* Vinea. *pag.* 346. *lin.* 15. *lege* 1. Martii. *pag.* 347. *lin.* 9. *lege* parsum. *pag.* 348. *lin.* 10. *lege* Benedicti. *pag.* 351. *lin.* 6. *lege* eamdem Rundmam. *pag.* 352. *lin.* 34. *lege* accinctos. *pag.* 355. *lin.* 12. *adde* post *fuerit*, partem jam vidimus. *pag.* 359. *lin.* 16. *adde* post *tum*, ob negotia. *pag.* 363. *lin.* 3. *lege* onymus. *pag.* 369. *lin.* 26. *lege* Reuerendissime. *pag.* 373. *lin.* 15. *lege* angitur. *pag.* 374. *lin.* 27. *adde* non, *pag.* 384. *lin.* 17. *lege* mox. *pag.* 385. *lin.* 5. *lege* 1608. *pag.* 388. *lin.* 8. *adde* nec vellet. *pag.* 389. *lin.* 7. *lege* [illegible]patus. *pag.* 393. *lin.* 5. *lege* caueant. *pag.* 393. *lin.* 20. *adde* intricati. *pag.* 398. *lin.* 19. *adde* non. *pag.* 399. *lin.* 2. *lege* potui. *pag.* 408. *lin.* 7. *lege* Partibus. *pag.* 408. *lin.* [illegible]. *adde* in preces. *pag.* 410. *lin.* 11. *lege* Reuerentiam. *pag.* 416. *lin.* 14. *lege* respondendum. *pag.* 416, *lin.* 15. *lege* responsurum. *pag.* 419. *lin.* *penult.* *lege* confirmat. *pag.* 421. *lin.* 12. *lege* comparendum. *pag.* 426. *lin.* 23. *lege* vocatus. *pag.* 427. *lin.* 8. *lege* *fecerunt.* *pag.* 430. *lin.* 4. *lege* odoris. *pag.* 430. *lin.* 4. *lege* reuertitur. *pag.* 430. *lin.* 12. *lege* facta. *pag.* 431. *lin.* 28. *lege* confessiones. *pag.* 431. *lin.* 31. *lege* *sumsit.* *pag.* 431. *lin.* *vltima lege* Altdorffensem. *pag.* 432. *lin.* 16. *lege* lotionem. *pag.* 436. *lin.* 23. *dele* a. *pag.* 438. *lin.* 14. *lege* velitis. *pag.* 439. *lin.* 14. *lege* ad. *pag.* 441. *lin.* 4. *lege.* Caesaria. *pag.* 441. *lin.* 7. *lege* resumtis. *pag.* 443. *lin.* 14. *lege* nobis. *pag.* 443. *lin.* 33. *lege* minas. *pag.* 444. *lin.* 18. *lege* munitum. *pag.* 446. *lin.* 1. *lege* ac medium. *pag.* 448. *lin.* 31. *lege* Majorum. *pag.* 449. *lin.* 2. *lege* fuit. *pag.* 452. *lin.* 19. *lege* arriperent. *pag.* 455. *lin.* 16. *lege* tenus. *pag.* 455. *lin.* 20. *lege* Dominicam. *pag.* 455. *lin.* 23. *lege* dimissus. *pag.* 463. *lin.* 5. *lege* morte. *pag.* 465. *lin.* 4. *lege* optimus. *pag.* 465. *lin.* 9. *lege* apta. *pag.* 467. *lin.* 29. *lege* rediit. *pag.* 472. *lin.* 15. *lege* familiariter. *pag.* 475. *lin.* 15. *lege* professus est. *pag.* 476. *lin.* 28. *lege* *ablaturus.* *pag.* 477. *lin.* 24. *lege* direpti. *pag.* 478. *lin.* 24. non petentibus. *pag.* 478. *lin.* 27. *lege* lytrum. *pag.* 480. *lin.* 32. *lege* tuti. *pag.* 481. *lin.* 4. *lege* quod. *pag.* 481. *lin.* 14. *lege* exorauerat. *pag.* 482. *lin.* 14. *lege* Veberlinganis. *pag.* 483. *lin.* 5. *lege* Vrbis. *pag.* 483. *lin.* 26. *lege* praesertim. *pag.* 484. *lin.* 4. *lege* pruinas. *pag.* 489. *lin.* 31. *lege* Numini. *pag.* 490. *lin.* 29. *lege* ac. *pag.* 496. *lin.* 3. *lege* & ruri & domi. *pag.* 499. *lin.* 4. *lege* floccis. *pag.* 499. *lin.* 26. *lege* meritus. *pag.* 502. *lin.* *vlt.* vocantur. *pag.* 503. *lin.* 28. *lege* Referendarium. *pag.* 507. *lin.* 11. *lege* Marienberg. *pag.* 513. *lin.* 7. *lege* exstruxerat. *pag.* 518. *lin.* 10. *lege* distributi. *pag.* 518. *lin.* 23. *lege* 40 - ae. *pag.* 523. *lin.* 22. *lege* defensum. *pag.* 524. *lin.* 13. *lege* Caesari. *pag.* 524. *lin.* 23. *lege* vbi. *pag.* 526. *lin.* 18. *lege* Nauim. *pag.* 526. *lin.* 20. *lege* Blumeneggium. *pag.* 526. *lin.* 21. *dele* eggium ex. *pap.* 526. *lin.* 22. *lege* aliquot. *pag.* 528. *lin.* 22. *lege* inde. *pag.* 529. *lin.* 22. *lege* Dominii. *pag.* 533. *lin.* 5. *adde* cum Cancellario. *pag.* 539. *lin.* 2. *lege* Frisoni. *pag.* 539. *lin.* 29. *dele* cit. *pag.* 541. *lin.* 29. *lege* virorum. *pag.* 544. *lin.* 11. *lege* Pontificalibus. *pag.* 544. *lin.* 20. *lege* dixi. *pag.* 546. *lin.* 5. *lege* nomen tulit.

NB. Interpunctionum signa toties a Typographo fuisse neglecta vehementer doleo. Beneuolum Lectorem precor, vt ea, sicut & reliquos errores pro sua prudentia emendare ipse dignetur.

